DEGLI
ARCHIATRI
PONTIFICJ

VOLUME SECONDO

IL QUAL CONTIENE

L' APPENDICE DE' MONUMENTI

E GL' INDICI A TUTTA L' OPERA.

IN ROMA
NELLA STAMPERIA PAGLIARINI
MDCCLXXXIV.

CON LICENZA DE' SUPERIORI.

AVVERTIMENTO AL LETTORE.

Eccoti, o mio diſcreto Lettore, i Monumenti, de' quali io ti ho parlato nel Volume precedente. Egli è il vero che eſſendo queſti per la più parte nati in tempo poco cari alle Muſe, ed alle Grazie, prendono aſsai di rado il viſo della leggiadria, e della venuſtà; ſi preſentano anzi bene ſpeſſo in un aſpetto rozzo, ed irſuto, e nojoſo fuor di miſura. Non laſciano con tutto ciò di eſſere utiliſſimi, e di piacere pur anche a quelle perſone, le quali, ricuſando in ogni coſa il fuco e le fallacie, hanno avvezzato lo ſpirito alla ſemplicità, ora maſſimamente che, ſcoſſo il giogo della ſoverchia credenza, non ſi vuol più aver fede ad alcuno Storico, s' egli non reca le prove di tutto ciò, che racconta. Le note, che ho poſte alla fine di ciaſcun Documento, ſervono ad illuſtrare più coſe, e più perſone non abbaſtanza conoſciute; ed erano poi neceſsarie a volere che il ſecondo Volume non foſſe diſſimile dal primo. Gl' Indici, come ſuol dirſi, coronan l' Opera, della qual ſono la parte migliore, e più importante: così eſſi ti ſiano utili, come a me ſono ſtati moleſti. Vivi felice.

APPENDICE
DE' DOCUMENTI.

Num. I. (1)

6. Maggio 1238. *V. pag.* 15.

GREGORIUS &c. Ven. Fratri . . . . Archiepiſcopo Toletano Salutem &c.

TYrannidem, quam Portugalliæ Rex Illuſtris dudum exercuit in Eccleſias Regni ſui diutius divulgatam, Fraternitatem tuam credimus non latere. Ipſe enim cum a primævo adoleſcentiæ ſuæ flore ſe aſſueſeciſse debuerit timori divini nominis & amori, immaturos juventutis ſuæ fructus in flore corrumpens, ac veſtigia Patris ſui deſerenda non deſerens (2), qui Eccleſias & Perſonas eccleſiaſticas pene importabilibus oppreſſionibus tribulavit a principio Regni ſui, quod a Rege Regum, prout oſtendit operibus, non agnoſcit, Eccleſias omnes, & Viros eccleſiaſticos pravis inductus, & utinam non ſeductus, conſiliis ſic oppreſſit, & opprimit inceſſanter, quod nulla in Regno ipſo libertatis eccleſiaſticæ veſtigia remanſerunt, nec his contentus, tanquam ingratitudinis filius, oblitus beneficiorum a Sede Apoſtolica perceptorum, ad deſiderabilia noſtra, Familiares noſtros videlicet, qui deberent ob reverentiam noſtram eſse ab omni prorſus incurſione ſecuri, extendit præſumptione dampnabili manus ſuas. Nam quaſi ei modicum

dicum videretur, quod olim dil. fil. Magistrum Johannem, Decanum Ulixbonen., Capellanum nostrum, qui, sicut tua circumspectio non ignorat, ob prærogativam meritorum in nostris, & Fratrum nostrorum oculis invenit gratiam, & favorem, & eidem Regi dudum obsequiosus fuerat, & devotus, nostris obsequiis insistentem sine omni culpa bis spoliaverat bonis suis, nuper, quod non absque amaritudine cordis audivimus, nec sine pudore narramus, motus ex eo, ut dicitur, graviter contra ipsum, quod se, prosequendo jus suum, S. Gometii, qui se pro Electo Ulixbonen. gerebat, opposuit, quanquam idem S. nihil juris haberet penitus, sicut patuit ex post facto, eundem Decanum per F. Serpentinum, Fratrem suum, dictum Infantem, & quosdam alios spoliari tertio fecit omnibus bonis suis, domos dirui Decanatus, & utensilia omnia, & quæcunque ibidem reperta sunt, more prædonum, hostiliter concremari, & addens afflictionem afflicto, excogitato novo supplicii genere, universos, qui eum consanguinitate, vel affinitate contingunt, post spoliationem bonorum coegit miserabiliter exulare, ac aliis diversis persecutionum generibus illos persequitur, quasi hostes, ita quod jam non audent per Regnum ambulare in publico, sed latent, non absque timore gravis periculi, in occulto, & qui aliis affluebant, proh dolor! vitæ necessaria mendicare ab aliis compelluntur. Ad majoris etiam ipsius Regis cumulum dampnationis accedit, quod cum quidam Decano adhærentes eidem, persecutionis rabiem fugientes cum suis, & ejusdem Decani bonis ad quandam Ecclesiam confugissent, dictus Frater ejus, quod est auditu horribile, non absque ipsius Regis conniventia, cum, eo prohibente, talia fieri nequivissent, Sarracenos, cum fores essent clausæ, nec Christiani vellent inferre tantam con-

contumeliam Creatori, fecit intrare per tectum, qui Altare pollutis pedibus conculcantes, vexillo vivificæ Crucis fracto, & Chrismate ac Eucharistia pedibus, quasi luto, viliter conculcantes, diripuerunt bona hujusmodi ut prædones. Illius igitur vestigia imitati, qui honorari in honore suorum, & contempni se asserit in contemptu, eidem Decano, cujus anxietates non ambigimus esse nostras, ac suis illatas nobis irrogatas injurias reputantes, paterno eis affectu compatimur, & ne persecutores ipsorum eis, tanquam penuriam patientibus, valeant insultare, dignum duximus ipsis congrue providere. De tua ergo sinceritate, qui Romanæ Ecclesiæ, ac suorum zelaris honorem, idubitatam fiduciam obtinentes Fraternitati tuæ &c. per Apostolica scripta mandamus quatenus, sicut de gratia nostra confidis, tam ab Ecclesiis Cathedralibus, & aliis, quam Monasteriis Regnorum Castellæ, & Legion., ubi commodius expedire videris, facias Decano prædicto, & suis Clericis, & Laicis persecutionem hujusmodi patientibus provisionem decentem, & congruam, dilatione, ac excusatione cessantibus, donec, persecutione ipsa cessante, pacificam possessionem ablatorum habuerint, assignari &c. Dat. Laterani secundo Non. Maii Anno XII.

(1) *Ex Reg. Greg. IX. Ann.*XII. *ep.*87.

(2) Onorio III. scrivendo a questo medesimo Re Sancio II. alli 15. di Gennajo del 1224. (*A.* VIII. *epist.* 183.) per animarlo al ben fare, gli dice, *Accepimus autem quod Patris tui vestigia deserenda non deseris, sed ea, præsertim in oppressione Clericorum, & subversione libertatis Ecclesiasticæ, pravis seductus & inductus consiliis, expressius imitaris*. Poi narra i mali gravissimi recati alla Chiesa dal Padre di lui Alfonso II., de' quali parla ancora nella Lettera 507., ed Innocenzo III. nelle Lettere 8. e 9. dell'anno XIV.; e di quelli poi commessi dal Figlio sono piene le Lettere di esso Onorio (*A.* XI. *n.* 492.) e del successor suo Gregorio (*A.* I. *n.* 70. 71. V. 146. 147. VII. 121. *e* 122.). Ed è ben cosa memoranda, che nel tempo, ch'egli con tal procedere irritava questo Pontefice, a lui volesse raccomandarsi per essere sciolto dalle Censure, procacciatesi *cum in exercitu, vel alibi constitutus, non suadente diabolo, sed ordinandi aciem, vel declinandæ pressuræ necessitate cogente, virga interdum impulerit quosdam Clericos, sive manu* (Wadingo *Ann. To.* II. *pag.* 362.).

Num. II. (1)

27. Novembre 1240. V. pag. 17.

GREGORIUS &c. Ven. Fratri J. Episcopo Ulixbonensi Salutem &c.

Dudum Ecclesia Ulixbonen. destituta Pastore, & ejusdem provisione ad Sedem Apostolicam devoluta, Nos, ne ipsa Ecclesia, quae ob multiplices electiones, & varios litigiorum circuitus gravem in spiritualibus, & temporalibus sustinuerat laesionem, irreparabile in utrisque incurreret detrimentum, Ven. Fratribus nostris . . . Archiepiscopo Toletan., & . . . Episcopo Palentin. provisionem ipsius Ecclesiae duximus committendam. Praefati vero Archiepiscopus, & Episcopus habentes prae oculis solum Deum, & intendentes providere potius Ecclesiae, quam personae, nostri auctoritate mandati de te, quem Nobis, & Fratribus nostris longa morum experientia notum reddit, & familiaris conversationis examine comprobatum, eidem Ecclesiae in Episcopum providerunt, prout suis Nobis Litteris, processum eorum continentibus, fideliter intimarunt. Nos autem, processu ipso diligenter inspecto, consideratis etiam circumstantiis universis, quas in hoc vidimus attendendas, nec non & cum Fratribus nostris deliberatione habita diligenti, cum nullus contra te apparuerit legitimus contradictor, nisi quidam Michael Ovequiz, quem per ea, quae intelleximus, merito repulimus ut indignum, processum approbavimus Archiepiscopi & Episcopi praedictorum, & te tandem in Presbyterum ordinantes propriis manibus consecravimus in Episcopum Ecclesiae memoratae. Caeterum Magistro Johan-

hanne, dicto Doctore Legum, M. Nuniz, qui se Ulixbonen. Canonicum asserebat, pro se ac E. Archid. Sanctaranen., Magistro Dominico, & Johanne Dominici Canonicis Ulixbonen., nec non & pro M. & E. Ovequiz, se pro Rectoribus Sancte Marie de Sintria, & Sancti Jacobi de Turribus veteribus Ecclesiarum gerentibus Ulixbonen. Dioec., quorum exhibuere mandatum, & Durando Cancellario . . . Regis Portugalensis Illustris pro ipso Rege opponere se tibi volentibus, dil. Fil. nostrum I. Tituli Sanctae Praxedis Presbyterum Cardinalem tibi & eis concessimus Auditorem. Cumque coram ipso te diffamare super pluribus criminibus niterentur, idem Cardinalis de speciali mandato nostro, & Fratrum consilio in his, quae famam & statum personae tuae tangebant, eis audientiam denegavit. Tandem ad importunam eorum instantiam libellum quendam famosum recepit, quem ei, non tamen in judicio, porrexerunt, in quo contra te multa crimina proponebant. Cum igitur, eodem libello per jamdictum Cardinalem summatim nobis, & Fratribus nostris exposito, videremus quod non zelo justitiae, sed ex odii fomite, invidiae stimulis agitati te diffamare tantummodo intendebant, praesertim cum essent contra eos manifesta indicia, & probabiles conjecturae, utpote qui te suum, & suorum inimicum esse in libello hujusmodi fatebantur, attendentes nihilominus, quod nostris, & fel. rec. Honorii Papae Praedecessoris nostri obsequiis per viginti annos & amplius familiariter inhaerentem, vitae munditia, honestas morum, prona devotio, & laudabilis conversatio, Nobis & Fratribus nostris nota, te fecerunt omni exceptione majorem, ac pati nolentes, quod contra processum nostrum tam sollempniter habitum aliquorum linguae lubricum audiretur, ipsos contra te non duximus audiendos, eis super praemissis

missis perpetuum silentium imponentes. Dat. Later. quinto Kalend. Decembris Anno XIV.

(1) *Ibid. A.* XIV. *ep.* 176.

Num. III. (1)

1. *Maggio* 1278. *V. pag.* 27.

In nomine Domini Amen: ab ejus nativitate Anno Domini 1278. Indictione VII. tempore Domini Nicolai PP. III. die Kallendarum Mensis Maii. Hoc namque tempore congregato generali, & speciali consilio, ac Baylivis arcium Communis Viterbii in Palacio dicti Communis ad sonum tube & Campane, ut moris est, de mandato nobilis viri Domini Jacobini de Lombardis (2) Vicarii dicti Communis per magnificum virum Dominum Ursum de filiis Ursi Potestatem (3) Communis predicti, ipse Vicarius voluntate & decreto dicti Consilii, ipsumque Consilium auctoritate & decreto dicti Vicarii fecerunt, constituerunt, creaverunt, atque ordinaverunt eorum, & dicti Communis Syndicum, Procuratorem, & Nuncium specialem Dominum Petrum Jacoppi (4) Judicem, Civem Viterbiensem presentem ad promictendum Domino Angelo de Veczosis Camerario (5) Sanctissimi Patris Domini Nicolai Papæ tertii nomine & vice prefati Domini Pape, & Ecclesie Romane, ac nomine Venerabilium Patrum Dominorum Cardinalium stipulaturi, quod Inquisitores heretice pravitatis constituti, seu constituendi per Sedem Apostolicam procedere contra hereticos, credentes, receptatores, defensores, ac fautores eorum sine contradictione qualibet juxta formam ab eadem Sede dictis Inquisitoribus traditam, vel tradendam, & sicut eis melius

lius visum fuerit, & expedire videbitur, tute libere permittentur (6). Et ad promictendum quod predicti D. Ursus Potestas, & Dominus Jacobinus Vicarius, Consilium, & Commune Viterbii, ac Officiales ipsorum quocumque nomine censeantur ad hec exequenda prefatis Inquisitoribus ad eorum requisitionem impendent oportunum consilium, auxilium, & favorem; quodque statuta Summi Pontificis, & alia edita contra hereticos, & alios predictos ad mandatum dictorum Inquisitorum in ejusdem Communis Capitularibus conscribentur. Et ad promictendum quod Camere in Palatio, vel circa Palatium, seu prope Palatium D. Papæ incepte, edificabuntur, & complebuntur, & alia de novo fient ad voluntatem & arbitrium ipsius Domini Papæ vel Camerarii supradicti, & quod hec fient continue, & sine intermissione, & dilatione aliqua fraudolosa: ita quod quolibet die licito in illis edificabitur, & operabitur per plures Magistros, & operarios, ac Manuales quousque predicta opera ad omnimodam voluntatem Domini Pape fuerit consumata, & ad promictendum quod predictum Commune Viterbii Dominis Cardinalibus pro se & suis Domesticis, & Commensalibus, eorumque Familiaribus gratis hospitia concedet, & si contigerit, quod aliqui dictorum Cardinalium in domibus aliquarum Ecclesiarum fuerint hospitati, nihilominus pro Domesticis & Commensalibus, & eorum Familiaribus dabuntur ultra ab eodem Commune gratis hospitia, que ipsis extiterint opportuna; & ad promictendum, quod Camerario Domini PP., ac singulis Clericis (7), & Officialibus Camere ipsius Domini Pape (8), Vice-Cancellario (9), Auditori Contradictarum (10), Conrectori (11), Penitentiariis, Bullatoribus, Elymosinariis, Senescalco (12), Panacteriis (13), Bucticulariis (14), & omnibus Servientibus albis & nigris (15), Ma-

Marefcalco Juftitie (16), & aliis Marefcalcis Marefcalle equorum fuorum, & Medico ipfius Domini Pape, ac Mercatoribus ipfius D. Pape (17) unum hofpitium, ceterifque de domeftica & commenfali familia ipfius Domini Pape, ac illis, quibus ipfe Dominus de Camera fua fubiret hofpitiorum pretia, gratis prefati Communis fumptibus hofpitia fimiliter tribuentur; nec non & omnibus Capellanis Commenfalibus Domini Pape; & ad promictendum quod predictum Commune pro predictis hofpitiis folvet de binis in binis menfibus totaliter penfionem. Et ad promictendum quod dum Curiam Romanam refidere contingerit in eadem Civitate Poteftas, feu Confules, & ceteri Officiales, qui fint devoti Deo, & Ecclefie Romane fideles, & quibus nulla ab eadem Ecclefia poffit haberi fufpitio, ad dicte Civitatis regimen affumantur. Et ad promictendum, quod in aliis hofpitiis, que habebunt ceteri Curiales, feu Curiam fequentes eandem, talis modus fervabitur, videlicet quod nulli hofpiti penfio quantumcumque fubpremi vel bonis fingulis menfibus x. libr. ufualis monete fummam excedet, & quod fuper hiis, & aliis hofpitiis conftituentur duo Taxatores, Viri providi & honefti, unus per Camerarium Domini Pape, & alter per Commune Civitatis ejufdem, & fi non fuerint fuper aliquo, vel aliquibus in taxatione concordes, tertius per eundem Camerarium ftatuatur, cujus taxactio plenam obtineat firmitatem. Et ad promictendum, quod aliquis Civis Civitatis predicte non exiget, nec recipiet, nec per aliquem modum aliquatenus extorquebit ab aliquo Curiali, vel fequente Curiam aliquod juramentum, pignora, cautiones, aut conventiones, vel pactum fuper hofpitiis conducendis, fet obfervabitur fecundum quod taxatum fuerit a Tacxatoribus, qui ad hoc extiterint ordinati, neque predictum juramentum,

tum, cautiones, pignora, aut conventiones, vel pactum recipientur, vel extorquebuntur ab aliquo, etiam si aliquis de predictis Curialibus, vel Curiam sequentibus eam, vel eorum aliquis paratus fuerit voluntarie facere, vel invitus; & si contra factum fuerit in aliquo premissorum nullius penitus sit momenti, quinimo predicti Potestas, Vicarius, & Commune Viterbii quoslibet eorum Cives ad restituendum pignus seu pecuniam, nec non ad rescidendum cautiones hujusmodi, conventiones, & pacta de plano, & sine aliquo Judicii strepitu compellere teneantur. Et ad promictendum quod Meczale (*) nectum boni & puri frumenti Domino Pape, Cardinalibus, Familiaribus eorundem, ac ceteris Curiam ipsam sequentibus pro solidis . . . . (*sic*) . . . . monete minute dumtaxat, & non ultra vendetur. Meczale vero ordei pro solidis . . . (*sic*) . . . ac spelte pro solidis . . . ejusdem monete in venditione reddatur, arbitrio, & extimatione Vener. Patris Domini Fratris Philippi Viterbiensis, & Tuscanensis Episcopi, & Domini Andree Fusci Viterbiensis statuendum & ordinandum ad ipsius Domini Pape, vel ejus Camerarii requisitiones usque ad recollectionem segetis presentis estatis: nec aliqua ratione deteriorabitur forum in talibus in eadem Civitate usque ad dictum tempus. Deinceps vero pro qualitate & conditione temporum, & pro modo fertilitatis fructuum pretium predictis rebus victualibus statuetur vilius vendendis vel carius arbitrio duorum bonorum Virorum, quorum unus per Camerarium, & alter per Commune Viterbii eligetur. Et si fuerint in pretio statuendo discordes, Camerarius tertium ordinabit, cujus tacxationi, & providentie stabitur de predictis. Et ad promictendum quod super vino, carnibus, piscibus, li-

(*) al. *Metale*.

lignis, palea, & aliis ad victum hominum & equorum necessariis duo similiter boni Viri, unus per Camerarium, & alter per Commune prefatum deputabuntur ad tassanda predicta, sicut viderint expedire; & si forsan ipsi fuerint super aliquibus in ac parte discordes, Camerarius tertium deputabit, si volet, cujus tacxationi, & providentie stabitur de predictis quicquid per eum extiterit ordinatum. Et ad promictendum quod predictum Commune quecumque ordinata fuerint super premissis per tacxatores eosdem, & specialiter per illos, quos Camerarius ad hoc duxerit ordinandos, faciet firmiter observari. Et ad promictendum, quod dum Curia fuerit in motu eundi ad Civitatem eandem, vel ab ipsa redeundi, predictum Commune faciet per totum districtum suum vias & stratas, donec Curia collocata fuerit, cum diligentia custodiri; & si medio tempore, vel quamdiu in dicta Civitate moram traxerint, seu exinde recedendo in eodem districtu, aliquas violentias, vel rapinas fieri contigerit, easdem dictum Commune perdentibus totaliter emendabit, specialiter autem res D. Pape, quas ad Civitatem ipsam premictet, donec idem Dominus personaliter illuc accesserit, dictum Commune ad requisitionem Nuntii ipsius Domini faciet ne de die, vel de nocte violentia, rapina perdi aliquatenus valeat cum summa custodia, cautela. Et ad promictendum, quod dictum Commune emendabit integraliter si quid ex eis violentia, vel rapina interim perderetur. Et ad promictendum quod idem Commune dabit & concedet somarios, equos, & equitaturas sufficientes & necessarias ad deferendum res Domini Pape, & Familiariorum ipsius, tamen cum expensis congruis, & competentibus Domini, & Familiariorum eorumdem, que tacxabuntur sicut in aliis tacxationibus est expressum. Et ad promictendum quod singuli

guli Cives ipſius Civitatis poſt quam a Penitentiariis, Cardinalibus, vel Mareſcallis Domini Pape, ſeu eorum ſpecialibus Nuntiis ſuper hoc moniti fuerint, non recipient aliquas meretrices, lenas, vel lenones, & ſi recepiſſent, ſtatim poſt monitionem ipſius hujuſmodi de predictis domibus expellentur, nec ſuſtinebunt, quod in tota Civitate, vel ejus diſtrictu in aliquibus locis, vel hoſpitiis admictentur. Et ad promictendum quod Poteſtas, ſeu Conſules, Conſilium, & Commune Civitatis predicte non impedient, nec impedire permictent, quin Mareſcalcus Domini Pape in Curiales, & ſequentes Curiam, undecumque ſint, libere officium ſuum, ac juriſditionem exerceat conſuetam, ſet juvabunt ipſum. Et ad promictendum inſuper quod predicti Poteſtas, Vicarius, & Commune, quamdiu ibi fuerit Curia Domini Pape, aliquem Curialem, vel advenam in eorum Civem aliquatenus non admictent. Et ad promictendum quod curſus monete Paparinorum inhibeatur in Viterbio, & current ibidem Curtunenſes, Peroſani, & alie monete illos equivalentes, quouſque Dominus Papa aliam monetam equivalentem, vel aliam ſecundum ejus beneplacitum duxerit ordinandum. Et ad promictendum quod pyſcine lini removebuntur, & ponentur in gonceto (*). Et ad promictendum quod non ſit in Viterbio Exgravator (19), vel alius, qui impediat ad Romanam Curiam appellantes. Et ad promictendum quod florenus auri pro XLVIIIJ. ſol. & dimidio Curtunenſis recipietur. Turonenſis groſſus de argento pro LVIJ. denariis Cortonenſibus, Aquilinus pro XXXVIIJ. denariis Curtunenſibus, & Venetus pro XXX. Cortonenſibus recipietur, & duo Veneti pro uno Turonenſi groſſo, Romaninus groſſus pro IIIJ. ſolidis & dimidio Corton. recipietur (20). Et ad promi-

(*) al. *joberto*, o *joverclo*.

miđtendum, & jurandum in anima Poteſtatis, Vicarii, Conſilii, & Communis, & etiam ſingulorum hominum de ipſa Civitate, quod omnia & ſingula ſupradicta dictum Commune obſervabit, & faciet obſervari ſub pena duorum millium marcarum argenti. Et ad obligandum jure pignoris, & ypotece predictis omnibus, & ſingulis actendendis, & obſervandis omnia bona Communis Civitatis predicte: & ad promictendum ſupradictis dare, & dari facere a dicto Commune ydoneam cautionem. Et quod predicta omnia & ſingula predictum Conſilium approbabit ſub pena predicta. Promictentes ſe ratum & firmum habituros quicquid per ipſum Syndicum, Procuratorem, & Nuntium ſpecialem factum fuerit de predictis, & quolibet predictorum ſub ypoteca & obligatione bonorum dicti Communis.

Actum in Palatio dicti Communis Viterbii. Et interfuerunt Dominus Mattheus de Flagano Judex, Magiſter Franciſcus de Banneo Regio, Magiſter Marcus de Galleſio, & Magiſter Guidus Notarii dicti Communis, Angelutius banditor dicti Communis, & alii plures Teſtes rogati.

Ego Johannes Domini Nicolay de Interampne Apoſtolice Sedis auctoritate Notarius predictis omnibus, & ſingulis interfui, & mandato, auctoritate, ac voluntate dictorum Vicarii, & Conſiliariorum predicta omnia & ſingula ſcripſi, & publicavi.

(1) *Ex orig. membr. in Arch. Arcis S. Angeli Arm.* XIII. *Capſ.* I. *num.* 3. Il Platina giudicò degna di eſſere queſta carta traſcritta, ed autenticata in uno di que' tre groſſi Volumi, che compoſe col titolo *Privilegia S. R. E.*, i quali ſi conſervano ora nello ſteſſo Archivio.

(2) Credo che queſti foſſe della nobil Famiglia de' Lombardi Romana. In una Bolla di Gregorio IX. (*A.* IX. *num.* 438.) parlaſi di un Giacomo di Enrico Lombardi, Giuſtiziere di Roma, che io giudico eſſere ſtato il Padre di queſto Giacomino, che è forſe colui, che in un monumento dell' A. 1242., pubblicato dal Ch. Monſignor Garampi (*Mem. della B. Chiara pag.* 246.) diceſi *Jacobinus Jacobi Lombardi*.

(3) Non è adunque vero quello, che afferma il Buſſi (*Storia di Viterbo p.*169.), che

che Niccolò III. eleggesse cotesto suo Nipote in Preside di Viterbo dopo di essersi condotto in detta Città. Lo avea nominato prima, e fattolo anche Maresciallo; e Rettore della Provincia del Patrimonio, nella quale s'impadronì di alquante Castella, e fu per queste dopo la morte dello Zio in grandi controversie con i Viterbesi, che lo avevano deposto dal Governo.

(4) Nello stesso Archivio di Castello (*loc. cit. num.*4.) è l'obbligo originale in carta bambacina, che alli 20. di Maggio fece in Roma questo Procuratore avanti al Camerlingo del Papa, nel quale è ripetuto tutto quello, che si ha nell'Istrumento presente. Intervennero all' atto Pietro Faustans (*Faciffante* dicesi in un Istrumento del 1279. *Arch. eod. Arm.* XIII. *Capf.* VI. *num.*30., e *de Fazestant* nel Ruolo, di cui in appresso) Cappellano del Papa, e Maestro Ber. Prevosto di Marsiglia, e Custode della Camera. Di questo ho parlato nell'Opera alla pag. 23., e perchè allora lessi la tronca voce *Ber.* Bernardo, e non Berengario, come deesi in ogni modo, sognai un Prevosto Bernardo, che non ci poteva aver luogo. Non solo fu egli Vice-Camerlingo, e *Custode* della Camera, ma Chierico altresì (che era cosa ben diversa), e con questa carica lo chiamano più Bolle di Clemente IV., e di Gregorio X. Nel Ruolo di Niccolò III. è due volte nominato senza alcuna dignità, ma dopo il Camerlingo sempre, certamente perchè ne faceva le veci; ed una volta per errore di chi scrisse è detto *Magister Bengarius* (*pag.* 173.), ed un'altra *Dominus Prepositus Massilie* (*pag.* 181.); ma l'aggiunta del *nigrum theta*, o sia della voce *obiit* in quel primo luogo ci fa sapere, ch'ei si morì verso la fine del detto anno 1278.

(5) Cotesto Camerlingo di Niccolò III., Fratello forse di Martelluccio Vezzosi, Domicello di esso Papa (*Ruolo cit.*), è ricordato in un altro Istrumento di non so qual compra fatta pel Papa pur alle calende di Maggio del 1278. (*Arch. Arc. S. Ang. Arm.* III. *Capf.* VII. *n.*1. *Cod. Cencii in Arch. Vatic. p.*402.), e nel Registro del Papa medesimo alli 4. dello stesso Mese, ed Anno (*A.*I. *Tom.* II. *n.* 8.). Morì agli 8. di Settembre dell'anno istesso, siccome narra il Martirologio necrologico della Basilica di S. Pietro, nella cui pag. 126. t. si legge, *Obiit D. Angelus de Vezosis Concanonicus noster, Domini Pape Camerarius, relinquens Basilice* L. *libr. provis. conversas in emptione Castri Prete pertuse. De proventibus dicti Castri pro anniversario ejus* XX. *soll.* Gli Editori del Bollario Vaticano nel dar conto di tal compra, non dicono che fosse fatta con i denari del nostro Camerlingo (*To.* II. *p.*366. *not. a.*). Veramente nel citato Martirologio non è espresso l'anno della morte di lui, ma è manifesto che fu il divisato, perchè nel Febbrajo dell' anno seguente 1279., siccome vedremo al numero, che a questo succede, teneva il Camerlingato un Bernardo; e come d' Uomo già estinto parla del Vezzosi il Pontefice Niccolò nel Marzo del 1280. (*Reg. A.*III. *T.*II. *n.*43.). L' antecessor suo nella carica dee essere stato un Rainaldo, morto alli 4. di Decembre per testimonianza di quel Codice, che alla pag. 171. t. dice, *Obiit Magister Raynaldus Marci Domini nostri PP. Camerarius, redimens Crucem stationariam, & faciens fieri Campanam, nomine Camerariam, sua propria pecunia. Orate gratis.* Una Bolla, inserita nel suo Formolario da Marino Ebulo (*num.* 3139.), data sicuramente da Niccolò III., dispone di un Canonicato della Cattedrale di Parigi, vacante *per obitum Magistri Raynaldi Marci Camerarii nostri.*

(6) Vi era bisogno di obbligare a questo i Viterbesi, perchè pochi anni prima *inquisitionem hæretice pravitatis male, seu pessime tollerantes, seditionem fecerunt, Rectore præsente, & facto conflictu inter partes duo interfecti fuerunt*, siccome racconta Clemente IV. in una Lettera al Cardinale di S. Adriano nell'Agosto del 1265. (*Reg. A.* I. *Tom.* IV. *num.* 74.).

(7) Non erano più di tre o quattro i Chierici della Camera in questo Secolo, e Notai pubblici quasi tutti. Il Ruolo della Famiglia di Niccolò III., del qual dirò nelle note alla Bolla, che viene appresso, non ce ne dà che uno, di nome Paoletto, ma io ne conosco un altro, rinomatissimo ne' Registri Pontificj, cominciando da Innocenzo IV., e pervenendo fino a Bonifacio VIII., cioè Giffredo, o Giffredino, o Gaufrido de Vezano, Notajo Imperiale, Canonico Cameracense, e Leodiense, che Giovanni XXI. mandò Nunzio e Collettore ne' Regni d'Inghilterra, Sco-

Scozia, ed Ibernia (*Reg. Bon. VIII. A.* II. *n.* 203.) con 7. soldi di sterlinghi al giorno, accresciutigli fino a dieci da Martino IV. (*Reg. Honor. IV. A.* I. *n.* 464.). Morì in Curia poco dopo il suo ritorno dalla Nunziatura nel 1301., il che ricavasi da una Lettera scritta al Camerlingo Pontificio Giovanni da un Senese, che si trovava in Londra alli 18. di Ottobre di questo anno (*Instr. Miscell. in Arch. Vat.*).

(8) Tra questi fu per certo il lodato Vice-Camerlingo Berengario, l'Uditor della Camera, che era allora Guglielmo de Pileto, Canonico di Mans (*Arc. Arc. S. Ang. Arm.* XIII. *Caps.* VI. *num.* 30.), il Luogotenente suo Maestro Giacomo da Parma, Canonico di Chalons, e Maestro Paolo da Rieti Canonico di Messina, Notajo della Camera, divenuti poscia entrambi Chierici di essa Camera (*Reg. Nic. III. A.* I. *Tom.* II. *num.* 7. *e* 8. *Mart. IV. Tom.* II. *A.* II. *num.* 31. *Honor. IV. A.* I. *n.* 481. *e* 482. *Nic. IV. A.* II. *n.* 7. *e* 42. *Arch. Arc. S. Ang. Arm.* XIII. *Caps.* XI. *num.* I.). In quel Ruolo sono tutti ricordati, ma del solo Guglielmo è espressa la carica.

(9) Vice-Cancelliere di Niccolò III. fu Pietro Peregrosso da Milano, il qual ebbe tal dignità anche sotto Giovanni XXI., che così lo chiama in una Bolla de' 30. di Settembre del 1276., che sta nel Registro di Bernardo da Napoli (*n.* 409.), e negli Annali del Rainaldi (*A.* 1276. *n.* 33.). Non seguitò adunque in questo posto sotto Giovanni l'Arcidiacono di Bergamo Lanfranco, come dice il Ciacconio.

(10) Era Giffredo di Anagni (*Reg. Nicol. III. A.* II. *Tom.* II. *n.* 3. 4. *e* 29.) fino dall'anno 1276. sotto Giovanni XXI., da cui è mentovato nella citata Bolla, e lo fu anche sotto Martino IV. nel 1282. quando rinunciò il Vescovado di Todi, eletto dal Capitolo (Ughelli *Tom.* I. *pag.* 1353.), e quando alli 23. di Maggio fu mandato Rettore nello spirituale, e nel temporale della Marca di Ancona (*Reg. Mart. IV. A.* II. *Tom.* II. *n.* 3. 4. *e* 5. De Magistris *Istor. di Anagni pag.* 43.). Fu Cappellano di esso Niccolò (*To.* I. *A.* I. *n.* 249. *&c.*), Decano di Sant' Omer, ignoto ai Sammartani (*Tom.* III. *pag.* 481.), ed una volta ancora Nunzio nella Germania (*Reg. Nicol. III. A.* II. *Tom.* II. *n.* 47.).

(11) Non so chi si fosse, tacendone il nome il detto Ruolo.

(12) Parimente non so nè quale questa dignità si fosse, nè chi ed ora e prima e poi la sostenesse, non avendone trovata alcuna menzione, e conoscendo solo de' Senescalchi Pontificj sotto Celestino, ed Innocenzo Terzi, e Gregorio IX., personaggi nobilissimi, e adorni di altre grandi cariche. Il Baluzio nell' Opera, che ora citerò (*pag.* 749. *e* 750.), ha dimostrato che Senescalco si chiamò alcuna volta il Maresciallo della Curia del Papa; ma tal cosa non dee poter essere in questo Istrumento, in cui si fa menzione di entrambi; nè possiam pensare al Senescalco della Cancelleria Apostolica, il qual parmi cominciasse a comparire sotto Martino V.

(13) In quel Ruolo si ha un Bajolo Panatiere, ed un Albertino Servente della Panateria.

(14) Ivi il Bottigliere chiamasi Gualtiero da Spoleto, e lo Scrittore e Servente della Bottiglieria Pietro di Raimondo.

(15) Sono da cinquanta nel Ruolo questi Serventi bianchi e neri.

(16) Il Maresciallo della Giustizia con altro nome chiamossi Maresciallo della Curia del Papa. Il Baluzio (*Vitæ Papar. Aven. Tom.* I. *pag.* 750. *e* 800.) parla della di lui dignità, e giurisdizione, ed i Maurini pure ne parlano nelle aggiunte al Du-Cange, ed il Carpentier. Gli antichi Pontefici ne onorarono bene spesso i loro Nipoti, e Parenti, e nel tempo di Niccolò III. esercitò tal impiego il detto suo Nipote Orso, nominato espressamente nel Registro alli 4. di Maggio del 1278. (*An.* I. *Tom.* II. *n.* 8.). Nel Ruolo è indicato senza alcun nome il *Maresciallo della Giustizia*, cui per grazia si davano XX. *Viande* in vece di XV.

(17) Il Ruolo ci ha conservato il nome di uno di questi Marescialli della Marescalcia de' Cavalli, la qual era divisa in bianca ed in nera, ed è Fra Giovanni, di cui fa menzione nel 1282 Martino IV., che lo appella Maresciallo della Famiglia Pontificia (*Reg. An.* II. *Tom.* II. *num.* 18. 22. 30. 70. *e* 82.). Serviva poi questo Papa in tal posto insieme con Fra Giovanni anche un Simone de Genuliaco (*ib. A.* I. *num.* 6. *e* 105.).

(18) Questi pure hanno la lor parte di pane, vino, biada, fieno &c. in quel Ruolo, e sono chiamati *Mercatores Curiæ*, *Mercatores Florentini*.

(19) Co-

(19) Così si dissero alcuna volta i Magistrati delle Città d'Italia ne' Secoli XIII. e XIV. (V. il Du-Cange, e il Carpentier). In un atto di sommissione, che nel 1283. fecero a Martino IV. i Frusinonati, si obbligarono questi a riconoscere, e tenere *pro Rectore, Potestate, Consule, & Exgravatore, seu quocumque alio nomine censeatur* quello, che il Pontefice manderà (*Arch. Arc. S. Ang. Arm.* XIII. *Caps.* VI. *num.* 30.).

(20) Questo articolo, e l'altro, che risguarda il corso della Moneta Paparena, potrebbe prestar materia ad una giusta dissertazione, non che ad una lunga nota; e meriterebbe sopratutto di essere illustrato coll'ajuto di un Codice, che è nell'Archivio Vaticano, in cui si hanno i conti di alcune Decime, esatte nella Provincia del Patrimonio, ed in Viterbo principalmente, l'anno 1275. con i ragguagli, e prezzi delle stesse monete, che s'incontrano in questa carta, e di più altre eziandio.

NUM. IV. (1)

20. *Febbrajo* 1279. *V. pag.* 26.

NICOLAUS &c. Dilecto Filio Magistro Johanni Lucæ (2) Civi Romano, Medico, & Familiari nostro Salut. &c.

De tuæ devotionis meritis, quibus erga Nos, & Romanam Ecclesiam te vigere obsequiosa, & sincera fidelitate sentimus, familiari experientia notitiam obtinentes, congruum arbitramur personam tuam munificentia Sedis Apostolicæ confovere, ut tu Nos, & eandem Ecclesiam tibi sentiens liberalitate propitios, in solita devotione concrescas, & obsequendo devotius tuæ fidelitatis constantiam tibi sentias profuturam. Intendentes itaque ut, veluti bene meritus, a Nobis gratiam consequaris, quinquaginta quinque libras Provisinorum in Castro de Nympha (3) Velletren. Dioec. Ecclesiæ prædictæ debitas annuatim in festo Assumptionis B. Virginis persolvendas, & cujusdam silvæ, quam ibidem eadem habet Ecclesia, & terrarum de Subsilice in illis partibus consistentium fructus, redditus, & proventus, prout Ecclesiæ prædictæ debentur, præsentium tibi auctoritate concedimus percipiendos a te usque ad nostræ bene-

pla-

placitum voluntatis. Decernentes ex nunc irritum & inane ſi contra conceſſionis noſtræ tenorem ſecus a quoquam extiterit attemptatum. Et ut in prædictis circa poſſeſſionem, & proprietatem Eccleſiæ prædictæ in futurum memoria certior habeatur, volumus, quod annis ſingulis infra quindenam feſtivitatis Natalis Domini duodecim Proveſinos cum oſtenſione iſtarum litterarum Cameræ noſtræ perſolvas; quod ſi facere forte contempſeris omne jus, quod tibi ex præſenti conceſſione deberetur, ex tunc ad prædictam Eccleſiam devoluatur. Nulli ergo &c. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum x. Kal. Martii Anno ſecundo.

NICOLANS &c. Dilectis Filiis Berardo Plebano de Faverio (4) Camerinen. Diœc. Camerario noſtro (5), & . . . . Abbati Monaſterii Sancti Gregorii de Urbe (6) Salutem &c.

De meritis devotionis, quibus dilectum filium Magiſtrum Johannem Lucæ, Civem Romanum, Medicum, & Familiarem noſtrum erga Nos, & Romanam Eccleſiam vigere obſequioſa & ſincera fidelitate &c. (ut ſupra verbis competenter mutatis uſque *devolvatur*). Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum per vos, per per alium, ſeu alios, eidem Magiſtro, vel ejus Procuratori ſuo nomine prædictas quinquaginta quinque libras, & fructus, redditus, & proventus eoſdem faciatis auctoritate noſtra juxta conceſſionis noſtræ tenorem integraliter exhiberi. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtante ſi aliquibus a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, vel excommunicari nequeant, aut ſuſpendi per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam de indulto hujuſmodi mentionem. Dat. ut ſupra.

NI-

NICOLAUS &c. Dilectis Filiis . . . . . Poteſtati Conſilio, & Communi de Nympha Velletren. Dioec. Salut. &c.

De meritis &c. uſque *devolvatur*. Quocirca Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eidem Magiſtro, vel ejus Procuratori ſuo nomine de quinquaginta quinque libris, fructibus, redditibus, & proventibus ſupradictis ſic liberaliter, juxta conceſſionis noſtræ tenorem, reſpondere curetis, quod exinde poſſit veſtra devotio merito commendari. Dat. ut ſupra.

(1) *Ex Reg. Nic. III. An.* 1I. *To.* 1I. *ep.* 2. 3. *e* 4.

(2) Mi è, non ha molto, venuto fatto di leggere un altro inſigne monumento, che nomina queſto Medico, ed è il Ruolo della Famiglia dello ſteſso Niccolò III., ſcritto nel Maggio dell'anno primo del ſuo Pontificato, e meſſo al pubblico dal Ch. Monſignor di Cirene in fine delle *Memorie* di alcune Chieſe di Rieti. S' incontra in eſso per quattro volte *Magiſter Joannes Medicus*, come quegli, cui erano dovute le *prebende* dalla Cucina, dalla Panateria, dalla Bottiglieria, e dalla Mareſcalcia. Vi ſi trovan anche due, che hanno titolo di Fiſico, Maeſtro Campana, o Campano, che è ſempre nella claſse de' Cappellani, e Maeſtro Pietro, i quali ſono dal dotto Editore chiamati nell'Indice Medici Pontificj. Lo furono forſe, ma non baſta ciò per aſſerirlo con ſicurezza: dirò bensì che il Campano è il famoſo Filoſofo di Novara, del quale ho poche coſe accennate alla pagina 31.

(3) Queſto è un Caſtello aſſai rinomato nella Storia de' baſſi Secoli, poſſeduto ſucceſſivamente da varj Padroni, i quali però hanno ſempre riconoſciuto il dominio della Chieſa Romana ſopra di eſso, dopo che fu da Coſtantino donato al Ponteſice Zaccaria.

(4) Al Piovano di queſto Luogo ſcriſſe una volta Innocenzo IV., raccomandandogli Accurimbono, detto Compoſte, figliuol di Berardo Aimuco da Camerino, che era ſuo Famigliare, e Cuoco da più anni aſsai favorito (*Reg. A.* v. *ep.* 938.).

(5) Ho già detto che queſto Berardo, Cappellano Apoſtolico, Teſoriere della Chieſa Turonenſe, e Canonico Eboracenſe, fu il ſucceſſore del Camerlingo Vezzoſi, e lo fu nel Pontificato di Niccolò III., di Martino, di Onorio, e di Niccolò IV. trovandolo io ricordato ſino alli 18. di Gennajo del 1288. in una pergamena della Cancelleria di Ravenna (*num.* 53.), e ſino alli 14. di Febbrajo in un' altra dell' Archivio di Caſtello (*Arm.* XIII. *Capſ.* I. *num.* 8.), nel quale n' è anche una, che agli 8. di Luglio dell'anno 1289. ci dà per Camerlingo un Niccolò *illuſtre e reverendo Signore* (*ibid. Capſ.* IX. *num.* 12.), il quale ſi diſse *de Trebis*, e fu Primicerio di Metz, e Notajo Apoſtolico (*ibid. Capſ.* XI. *n.* I. *Capſ.* XII. *n.* I. *Form. Marini Ebuli n.* 3154. *Reg. Nic. IV. A.* 1I. *num.* 203. *A.* IV *num.* 77.). Nel citato luogo del Bollario Vaticano Berardo è malamente nominato Piovano *de Taveria*.

(6) Queſti è forſe l'Abate Bartolomeo, ſucceſſor di Gregorio, il quale alli 6. di Marzo del 1289. fu trasferito da Martino IV. alla Badia di S. Paolo (*Reg. A.* I. *ep.* 105.), ſoſtituitogli nella prima Badia alli 16. di Novembre un altro Bartolomeo da Monreale, Monaco di S. Paolo, eletto dallo ſteſso Abate, in cui ſi erano quelli di S. Gregorio comprome ſſi (*A.* 1I. *ep.* 56.). Dal governo di S. Gregorio paſsò a quello di Subiaco, e circa la metà dell' Ottobre del 1296. alla Chieſa di Foligno (*Reg. Bonif. VIII. An.* 1I. *num.* 511. 540. *Annal. Camald. To.* v. *p.* 147. 154. 162. 224. *&c.*). L' Ughelli lo fa diſcendere dalla Famiglia Caetani, nè io ſo il perchè.

Num. V. (1)

9. Novembre 1310. *V. pag.* 47.

CLEMENS &c. Dilecto Filio Mevaldo Domino de Guarda, Laico Aquen. Dioec. Salut. &c.

Cum a Nobis petitur &c. usque perducatur effectum. Sane petitio tua nobis exhibita continebat, quod quondam Magister Petrus de Garda, Physicus noster, volens terrena in coelestia, & transitoria in aeterna salubri commercio commutare, in suo ultimo testamento provide ordinavit, ac Executoribus dicti testamenti mandavit, ut in Ecclesia de Scos, in qua idem testator, dum vixerat, unam Praebendam ad laudem divini nominis duxerat ordinandam, Praebendam aliam de novo creare deberent, ac Praebendarium ponere in eadem, qui pro sua, & benefactorum suorum animabus inibi Missarum solemnia debeat celebrare. Quare Nobis humiliter supplicasti, ut executoribus praelibatis creandi de novo dictam Praebendam juxta dispositionem testationis ejusdem in praefata Ecclesia de Scos, ac instituendi Praebendarium in eadem, & quod tu, & successores tui, qui erunt pro tempore, ad praedictam Praebendam, cum ipsam vacare contigerit, possitis personam idoneam Ven. Fratri nostro . . . . Episcopo Aquensi (2) praesentare auctoritate Apostolica concedere dignaremur. Nos itaque, tuis piis supplicationibus inclinati, quod eisdem Executoribus liceat dictam Praebendam de novo creare, ac Praebendarium instituere in eadem, tibique, & successoribus tuis, Dominis de Guarda, ad dictam Praebendam, cum ipsam vacare contigerit, praefato Episcopo per-

personam idoneam præsentare , dummodo ad id ipsius Episcopi accedat assensus , liberam auctoritate Apostolica concedimus facultatem . Nulli ergo &c. Dat. Avinione quinto Idus Novembris Anno v.

In eundem modum eidem Mevaldo , ut in proxima superiori usque quondam Magister Petrus de Garda , Canonicus Aquensis , Physicus noster , cujus tu nepos , & legitimus hæres existis , cupiens terrena in cælestia , & transitoria in æterna salubri commercio commutare , pro suorum remedio peccatorum quandam presbyteralem Præbendam in Ecclesia de Scos Aquen. Dioec. de speciali licentia , & consensu Venerabilis Fratris nostri . . . Aquensis Episcopi , Dioecesani Loci de novo creavit , sufficientibus eidem Præbendæ de facultatibus suis possessionibus assignatis , de quibus Presbyter in eadem Præbenda perpetuo serviturus possit congrue sustentari , dictusque Episcopus ad præsentationem ejusdem Magistri Petri quemdam Presbyterum instituit in eadem , qui ibidem pro anima sua , & progenitorum suorum Missarum (sollemnia) & alia divina officia debeat celebrare : hoc in creatione ejusdem Præbendæ ordinato specialiter , & convento , quod cum Præbendam prædictam per mortem dicti Presbyteri , vel alterius , qui eam pro tempore obtineret , in futurum vacare contingeret , idem Magister Petrus dum viveret , & post ejus obitum Dominus Domus de Garda , qui esset pro tempore , ad prædictam Præbendam personam idoneam dicto Episcopo repræsentet , dictusque Episcopus eam instituat in eadem , prout in patentibus Litteris inde confectis , ejusdem Episcopi sigillo munitis , plenius dicitur contineri . Nos itaque , tuis supplicationibus inclinati , quod super hoc pie & provide factum est ratum , & gratum habentes , illud auctoritate Apostolica ex certa scientia confirmamus , & præsentis

 scri-

ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. Datum ut ſupra.

(1) *Ex Reg. Clem. V. An.* v. *ep.* 1071.

(2) Garzia di Arnaldo. La prima memoria, che di lui ci offrono i Regiſtri Apoſtolici, è delli 22. di Novembre del 1305. (*Clem. V. An.* I. *ep.* 95. *e* 96.), e l'ultima del primo di Giugno 1326. (*Joh. XXII. An.* x. *Par.* II. *ep.* 1873.); e però il Necrologio, che citaſi dai Sammartani (*Tom.* I. *pag.* 1050.), in cui ſi dice morto agli 8. di Gennajo del 1326., ſi ha da intendere del 1327. alla maniera della Curia Romana. Bernardo Arcidiacono di Alviſio nella Chieſa di Saintes fu eletto dopo di lui alli 19. di Gennajo di queſt' anno 1327. (*ibid. A.*XII. *Par.* I. *ep.* 709.), deſtinato già due giorni avanti, ſiccome il Papa confeſsò a Gaſtaldo Conte di Foix, che gli avea raccomandato Arnaldo di Guglielmo de Audoniis da Poggioalto (*A.*XI. *ſecret. ep.*706.), eletto dal Capitolo (Sammartani *loc. cit.*), ma eſcluſo dal Pontefice, che fecelo citare avanti a ſe per mezzo del Veſcovo Olorenſe, e del Sagriſta Oſcenſe, a' quali ſcriſse alli 23. di Maggio (*ibid. ep.* 703.).

Num. VI. (1)

15. *Marzo* 1312. *V. pag.* 44.

CLEMENS &c. Venerabilibus Fratribus univerſis Patriarchis & Archiepiſcopis & Epiſcopis, ad quos præſentes Litteræ pervenerint, Salut. &c.

Dudum quondam Magiſter Arnaldus de Villanova, Clericus Valentin. Dioec., Phyſicus noſter, dum adhuc viveret, pluries poſtquam aſſumpti fuimus ad culmen Apoſtolicæ dignitatis, Nobis dixit oretenus, ſe valde utilem Librum ſuper Medicinæ pratica compilaſſe, quem Nobis frequenter dare promiſit, & etiam verbo dedit, in Nos ex tunc, in quantum potuit, ejuſdem Libri dominium transferendo. Cum igitur dictus Magiſter Arnaldus morte præventus præfatum Librum tradere Nobis juxta hujuſmodi promiſſionem nequiverit, Fraternitati veſtræ, ac veſtrum ſingulis in virtute obedientiæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus omnes Electos, Abbates, Priores, Decanos, Præpoſitos, Archidiaconos, Ar-

Archiepiſcopos, Plebanos, & alios Eccleſiar. Prælatos, & quaslibet alias perſonas eccleſiaſticas, religioſas, & ſæculares, exemptas, & non exemptas Ciſtercien., Cluniacen., Cartuſien., Præmonſtraten., Sanctor. Benedicti, & Auguſtini, ac Prædicatorum, & Minorum, & quorumcumque aliorum Ordinum, & etiam laicos cujuſvis ſtatus, vel dignitatis exiſtant veſtrarum Civitatum, & Diœceſium in majoribus & aliis Eccleſiis, & Locis veſtris, de quibus expedire videritis, per vos, vel per alium publice & generaliter ex parte noſtra monere curetis, quod quicumque habet, vel ſcit Librum prædictum, aut ſciverit, vel habuerit in futurum, illum vobis per ſe, vel per alium quantocius revelare, ſeu per dil. fil. Bernardum Oliverii Clericum, latorem præſentium, quem propter hoc ſpecialiter mittimus, vel per alium fidelem Nuntium deſtinare procuret (2). Nos enim in omnes, & ſingulos Librum hujuſmodi quomodolibet occultantes, vel qui quam citius commode poterunt revelare, ſeu mittere, ut prædicitur, non curarint, ex nunc, prout ex tunc, excommunicationis ſententiam promulgamus. Dat. Viennæ Id. Martii Anno ſeptimo.

(1) *Ibid. An.* VII. *ep.* 1065.

(2) Gregorio XI. fu forſe ancor più voglioſo di aver Libri, che non compariſce con queſta Lettera Clemente V. Alli 9. di Agoſto del 1374. non ebbe appena ſentito a dire delle Storie di Trogo Pompejo, che ſi erano ſcoperte in Vercelli, che ſcriſse a quel Veſcovo perchè gliele aveſſe mandate ſubitamente (*Secret. An.* IV. *pag.* 199.); e due giorni dopo diede ordine a Bernardo Cariti, acciocchè aveſse nella Sorbona fatta ricerca di alcune Opere di Cicerone, e, copiatele, le ſpediſse il più preſto poteſse (*ib. p.* 199. *t.*); e al Card. Guglielmo Nuvoletti, Legato in Italia, ſi raccomandò perchè gli procuraſse copia de' Libri del morto Petrarca colla ſeguente Lettera (*ibid.*). *Satis diſplicenter accepimus dilectum Filium Franciſcum Petrarcam, tam præclarum moralis ſcientiæ lumen, noviter ab hac luce ſubtractum. Verum quia hoc eſt omnibus naturale, poſtquam illo caremus, Libros ejus habere nimium affectamus. Circumſpectionem itaque tuam hortamur attente, quatenus de Libris ejus per fidelem inveſtigatorem inquiri facias diligenter, potiſſime de Africa, Eglogis, Epiſtolis, Invectivis, Libris de vita ſolitaria, & aliis, quæ ipſum ex præcipuo Dei dono miro lepore audivimus texuiſſe, illoſque pro Nobis per Scriptores intelligentes facias exemplari; & exemplatos cures ad Nos per fidos delatores illico deſtinare. Datum Novis Avinionen. Diœc.* 3. *idus Aug. Pont. noſtri A.* IV. Alli 29. di Settembre comandò ad alcuni Miniſtri del Veſcovo di Barcellona, che gli faceſsero aver ſubito un' Opera di Raimondo Lullo (*ib. pag.* 201.).

NUM.

Num. VII. (1)

1324. &c. V. pag. 52.

Die 21. Julii (1324.) tradidimus Domino Gaufrido Episcopo Cavallicen. Domini Pape Phisico, videlicet pro portatura lignorum infra Palacium una (2) saumata Carbonum, ovis duobus Caussaponh. una zona secreta factura unius Almusse Erminorum (3), duabus Tunicis secretis, duabus libr. thuris tachetis aptandis cc. lxxx. pellibus Erminor., & tribus Clamidibus, ac duobus Caputiis, & una Almussia dictor. Erminorum faciendis vij. libr. iiij. sol. x. den. ob. Vien. Et pro pulveribus unius Electuarii xxvj. sol. 2. den. Vien. & duab. libr. Coliandri preparati, & tribus Brustiis pictis, duab. libr. liquericie cisse medicina Domini Nostri duab. libr. feniculi pulverisati, duab. seris positis in quod. cofino, & quad. caxa, & xxiiij. libr. aque rosacee Amforis parvis necessar. & iiij. Amforis lvij. sol. ij. den. ob. Vien. emptis & expen. pro Domino Nostro Papa per dictum Dominum Episcopum precio in universo xj. libr. viij. sol. iij. den. Vien., quam summam solvimus dicta die Domino Egidio Turqueti Capellano suo.

Die 19. Decembris pro rebus infrascriptis in Montepessulano emptis per Franciscum Baccalli de Avinion. tradit. & assignat. Domino Gaufrido Episcopo Cavallicen. pro usu hospitii Domini Nostri, vid. pro duob. quintalibus iiij. libris uno quarto de Zucara (4) cafetina ad rationem xix. libr. vj. sol. viij. den. Tur. parvor. pro quintali quolibet, & pro uno quintali iij. lib. iij. quart. Zucare de Babilonia precio pro toto xix. libr. ix. den. Tur., & pro uno quintali xxxj. libr. uno quarteno cum di-

dimidio Zucare cafetine empte Avinion. pretio xxiiij. libr. xiiij. ſol. i. den. Tur. Et pro xxv. libr. Canele pretio viij. libr. xvij. ſol. vj. den. & x. libr. Gariofoli precio xvj. libr. x. ſol. Tur. & pro i. libr. cum med. Sipicanardi pretio x. ſol. & pro ij. Unciis ambre ſine pretio viij. libr. x. ſol., & pro x. libr. Aniſij Bruſtiis, Maſſapanis, Banaſtis (5), cordis, tela, expenſis ſerpelhature, & portature, & pro iiij. pellibus pretio lxxv. Lib. v. ſol. & pro xxv. libr. Zinziberis electi pretio vii. lib. x. ſol. Tur, pro toto ſolvimus dicto Franciſco cxxviij. libr. xvij. ſol. ix. den. Tur. parvorum.

Die v. Menſis Jan. (1325.) pro rebus infraſcriptis receptis, & emptis per Dominum Gaufridum Epiſcopum Cavallicenſem pro Domino Noſtro Papa, vid. pro pulveribus unius Electuarii pretio xxvj. ſol. Vien., & pro diverſis ſpeciebus poſitis in Cicomatis pretio xx. ſol. x. den. Vien., & pro nucleis pinarum pretio ix. ſol. Vien., & pro x. Pautoneriis pretio xv. ſol., & pro lotura pannorum Capelle Domini pretio i. flor. aur. & pro iiij. Candelabris pro Capella pretio xvj. ſol., & pro quodam Tripode pretio xiij. ſol. ix. den., & pro Regalicia, & Maſſapanis, Amforis, Thure pro Capella, ceratura trium maparum Capelle, ſcepis, cachis, & aliis minut. pro hoſpitio lix. ſol. ob., & pro uno quintali, & xxv. lib. Mellis pro confectibus Domini pretio xxxvij. ſol. iij. den. Vien. ſolvimus dicto Domino Epiſcopo recipienti per manus Domini Egidii Capellani ſui ix. libr. xvj. ſol. x. den. ob. Vien. & i. flor. auri.

Die 14. Menſis Decembris (1325.) pro rebus infraſcriptis emptis per Dominum Cavallicen. Epiſcopum neceſſariis pro confectibus Domini Noſtri, & pro Camera, in qua dicti confectus fuerunt per Dominum Epiſcopum ſuprad., vid. pro una concha erea, & quadam Braſeria ferrea

rea emptis precio LXIIJ. sol. Vien., & pro uno quintali & dimidio mellis precio XLV. sol., & pro diversis seminibus, & speciebus positis in confectibus, & pro thure, & aliis minutis pro dictis confectibus precio IIIJ. libr. XJ. den. ob. Vien. Item & pro Fusta empta ad reparandum & aptandum Cameram supradictam, & pro postibus tam ibi quam in Capella Domini Nostri positis, & pro clavis, & clavibus, & serraturis, & loquerio Magistrorum, qui aptarunt Cameram pretio XJ. lib. IJ. sol. IIJ. den. Vien. solvimus dicto Domino Episcopo recipienti per manum Domini Bermandi Restesini Capellani sui XX. libr. XJ. sol. IJ. den. ob. Vien.

Die 14. Mensis Octobris (1331.) pro tribus quintalibus de Zuchara emptis a Bernardo de Dion Mercatore Avinion. pro confectibus Domini Nostri Pape, & traditis Domino Gaufrido Episcopo Cavallicensi, Phisico Domini Nostri pretio LXX den. agn. auri & IIJ. den. Tur. groff. solvimus dicto Mercatori.

Die 28. Mensis Octobris pro speciebus infrascriptis emptis in Montepessulan. per Franciscum Baralhi Mercatorem Avinion. pro usu hospitii Domini Nostri Pape, & per ipsum traditis Domino Gaufrido Episcopo Cavallicen. vid. pro XXV. libr. Gingiberi, & pro XXV. libr. Canele, & sex libr. Cariofoli & IIIJ. libr. Spicanardi, decem libris de Maciis & L. libr. Anicii, & centum Massapanis vacuis, Serpelheriis, cordis, & portatura solvimus dicto Francisco XXVIIJ. libr. VJ. den. Tur. parv.

Die 19. Decembris pro diversis vestibus tam yemalibus quam estivalibus folrandis Domini nostri, & Pautoneriis & Camisiis faciendis, & quodam Pluviali forando, & pro quibusdam operibus secretis ipsius & minutis solvimus Domino Gaufrido Episcopo Cavallicen. recipienti per manus Domini Raymunduti Restazini Capellani sui

VIJ.

vij. sol. ix. den. Tur. grofs. cum o. i. den. coronat.

Die 16. Januarii (1332.) pro uno quintali & decem libris, minus uno carto, de Zucara Babilonie, empta a Francisco Baralli, & tradita Domino Gauffrido Episcopo Cavallicen. pro confectionibus Domini Nostri Pape, solvimus dicto Francisco xxij. den. agn. auri minus vj. den. coronat.

(1) *Ex Libris introitus, & exitus Palatii Apostolici Tom.* xcvi. *pag.* 76. *e* 177. *Tom.* cxi. *pag.* 68. *t. Tom.* clxi. *p.*100. *t.*

(2) Lo stesso che *Somata*, che il Du-Cange spiega *onus Somarii*.

(3) Cioè di Ermellini.

(4) Anche il Du-Cange cita esempj di questa voce in genere feminino.

(5) *Massapanus* vuol dire cassetta, e *Banastus* cesta, vedasi il citato Du-Cange.

Num. VIII. (1)

7. Maggio 1326. V. pag. 37.

In nomine Domini Amen.

Universis . . . . Officialis Parisiensis Salutem in Domino.

Notum sit omnibus, quod Anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo vigesimo sexto, Indictione nona Mensis Maij die septima, Pontificatus Sanctissimi Patris & Domini Nostri D. Joannis div. provid. PP. XXII. Anno decimo. Coram Nobis sedentibus pro tribunali, more solito, & loco consueto, in nostra Curia Parisiensi . . . . . personaliter constitutus Venerabilis, & discretus vir Magister Guillielmus de Brixia, Archidiaconus Bononie, & Canonicus Parisien., ac D. Pape Capellanus . . . . . Ad opus fundationis unius Domus in Civitate Bononie, vel in suburbiis pro pauperibus Scholaribus in ea capiendis, substituendis, & instituendis donationem, collatio-

nem, translationem, & assignationem, ordinationes quoque, & statuta fecit in modum, qui sequitur. Ad onorem Dei Omnipotentis, Beate Marie Virginis, & totius Curie Celestis. Ego Magister Guillielmus de Brixia, Archidiaconus Bononie, & Canonicus Parisiensis, ac Domini Pape Capellanus desiderans in Civitate Bononie, que mihi est, & fuit retroactis temporibus omni possessione precara, doctrine Studium perpetuis temporibus . . . . . dono, confero, transfero, & assigno, ordino quoque, & statuo que inferius subsequuntur. In primis volo & ordino, quod in Civitate Bononie, vel in Suburbiis in loco congruo, capaci, & honesto emmatur de bonis meis una domus, vel area, sive solum pro una domo edificanda, que sit capax, & conveniens pro recipiendis quinquaginta pauperibus Scholaribus pro tempore per me, vel per alios ibidem ponendis, & collocandis. Eademque domus edificetur tam cum Capella, sive Oratorio, quam cum cameris, & aliis receptaculis necessariis quinquaginta Scholaribus pauperibus inferius designandis . . . . Item volo, & ordino dictam domum vocari Domum Scholarium Magistri Guillielmi de Brixia, Archidiaconi Bononie, ac Archidiaconum Bononie, qui pro tempore erit, volo Magistrum hujusmodi Domus futuris temporibus nominari. Item volo, atque . . . . promitto, quod deinceps, scilicet incipiendo a festo Beati Michaelis, quod erit anno Domini 1327. in antea, octo Scholares pauperes perpetuis temporibus in predicto Studio tenebo . . . . Et ex nunc te Petrum de Bugalano Diœcesis Brixie presentem, & ex certa scientia iis omnibus consentientem pro uno ex predictis elligo, atque nomino . . . . . De quibus quidem octo Scholaribus duo illorum studebunt in Jure Canonico, duo in Medicina, & quatuor in liberalibus Artibus, naturali Philosophia, & morali

rali per tempora inferius designata .... Item ordino, & statuo quod omnes, & singuli redditus mei, obventiones, & proventus presentes, & futuri in quibuscunque pecuniis, vel rebus temporalibus consistant, quos habeo in Civitate, Diocesi, & districtu Bononie, applicentur, & assignentur pro victu, & ad victum pauperum Scholarium, scilicet prefati Petri, & aliorum septem .... volo distributionem fieri de bonis meis, & redditibus memoratis, ut videlicet Domus predicta prius empta, edificata, & parata, dictisque octo Scholaribus centum viginti libre annue assignentur pro victu, ut premittitur, eorundem, residuum redituum meorum predictorum reservetur, & assignetur pro aliis Scholaribus prefatis octo adjungendis ..... ita videlicet, quod .... assignentur quindecim libre bonenorum pro cujuslibet Scholaris pauperis victu in communi vivendo ..... Domum autem predictam, & Scholares ibidem ordinari, & disponi volo perpetuis temporibus in hunc modum. In primis ordino, quod quecumque persona Ecclesiastica, vel Secularis .... dederit eidem Domui quindecim libras bonnenorum perpetui redditus pro victu unius Scholaris ..... eadem persona, & hii, quos ad hoc sibi elegerit successores, habeant perpetuum jus ponendi Scholarem .... Item ordino, quod Venerabilis, & discretus vir Dominus Johannes Andree (2), & Dominus Bonandreas (3), eo casu, quo idem Dominus Johannes Andree seu vaccare nollet, sive non posset, qui sunt Viccarii mei, & Procuratores septem Scholares una cum Petro predicto per me ellecto .... eligant, & ponant undecumque fuerint oriundi, & maxime de Civitate, sive Diocesi Brixie, prout eidem Domino Johanni, vel dicto Domino Bonandree videbitur faciendum .... Post obitum vero meum .... Archidiaconum Bononie, successorem meum,

 & in

& in perpetuum ſucceſſorem ejuſdem mihi elligo, & conſtituo ſucceſſores. Ita quod Archidiaconus Bononie, qui pro tempore fuerit, per ſe, vel per ejus Vicarium, vel aliam perſonam idoneam, & expertam, quam ad hec duxerit deputandam, hec adimpleat, & etiam huic Domui incumbentia valeat, & debeat ſuportare. Item Fundatores, ſi qui ſint, ſeu reddituum pro victu Scholarium hujus Donatores, ſi preſentationem ſibi retinuerint, preſentabunt Scholares Archidiacono Bononie, ſive perſone ſuperius deſignate, qui preſentati, ſi idonei reperti fuerint, admittantur, & inſtituentur . . . . Item ſtatuo, & ordino, quod unus de numero ſupradicto aſſumatur in dicta Domo Magiſter in Artibus, ſi inveniri poterit, alioquin alius Baccalarius ſufficiens, & idoneus ad legendum aliis Scholaribus, & quibuſcumque aliis audire volentibus, & maxime pauperibus gratis Methaphiſicam, & Philoſophiam naturalem, & moralem, & habeat idem Magiſter, ſeu Baccalarius quindecim libras bononen. pro expenſis in communi in dicta Domo fiendis, prout unus de Scholaribus predictis. Et ultra hoc etiam habeat alias quindecim libras bon. pro pena, labore, & ſalario ſuo ratione doctrine, de quibus ſuam faciat voluntatem . . . . Item quod unus Artiſta ſit in dicta Domo ultra ſex annos, neque Medicus ultra ſeptem annos, neque etiam Canoniſta ultra ſeptem annos, niſi Magiſter, & qui preſentaverint ad victum aliud concorditer ordinaverint. Datum & actum Pariſiis in Domo Epiſcopali Nobis Officiali Pariſien. ſedent. pro Tribunali in noſtra Curia.

(1) *Ex Archivo Civitatis Bononiæ.*

(2) Il famoſo Canoniſta Bologneſe, detto nell' epitaffio RABBI. DOCTORVM. LVX. CENSOR. NORMAQ. MORVM.

(3) Queſti è un altro bravo ed *ameno* Canoniſta pur di Bologna, che fu figliuol di Pietro Buonandrei de Stipa, ſiccome dice l' Alidoſi (*Dottori Bologn. di Gius canon. e civ. pag. 7. e 43.*), morì l'anno 1333., e fu ſepolto con queſta iſcrizione, che leggeſi nel Chioſtro de' Frati di S. Giacomo.

ANNO TRECENTENO TERTIO CVM VNA TRIGENO
IAM POST MILLE CHRISTI AVGVSTO DECIMO MISTI
CELITVS ELECTVS SED HIC EST CORPORE TECTVS
MORIBVS SERENVS DECRETORVM DOCTOR AMENVS
BONANDREAS ORTVS BONANDREAS VNDIQVE PORTVS
ORA LECTOR TOTA PRO ILLO MENTE DEVOTA.

Visse con molta celebrità in que' tempi anche un Giovanni Buonandrea, Professore di Rettorica, e di Poetica. V. la egregia Opera del Ch. Signor Conte Fantuzzi Tom. II. pag. 375.

N u m. IX. (1)

3. *Maggio* 1335. *V. pag.* 52.

BENEDICTUS &c. Cariſſimo in Chriſto Filio Roberto Regi Siciliæ Illuſtri, Salutem &c.

Cum Ven. Fr. noſter Gaufridus, Epiſcopus Regenſis Phyſicus familiaris noſter pro perſonæ noſtræ cuſtodia continuis obſequiis noſtris inſiſtat, Regiam Excellentiam attentius deprecamur, quatenus ipſum Epiſcopum, & Eccleſiam ſuam Regenſem habens pro noſtra, & Apoſtolicæ Sedis reverentia in ſuis agendis favorabiliter commendatos, mandare velit Regalis Providentia ſuis Officialibus Provinciæ, ut eoſdem Epiſcopum, & Eccleſiam cum honeſtate juſtitiæ favore benigno pertractent, nec eis inferant, aut inferri permittant, quantum in eis fuerit, ab aliis injurias, vel aliquas indebitas novitates. Dat. Avinione v. Non. Maij Anno Primo.

(1) *Ex*

(1) *Ex Reg. Bened. XII. An.* 1. *Litt. secr. num.* 178. Queste Lettere segrete, a differenza di quelle, che si spedivano in Curia, si dicevano *passate per la Camera* del Papa.

Num. X. (1)

20. *Decembre* 1338. *V. pag.* 72. *n. a.*

BENEDICTUS &c. Dilecto Filio Gotio S. R. E. Presbytero Card. olim Patriarchæ Constantinop. (2) Salutem &c.

Urgens universalis Ecclesiæ non dissimulanda necessitas his temporibus Nos, & Fratres nostros reddidit anxios in perquirendis Viris secundum cor nostrum idoneis ad Cardinalatus præeminentiam assumendis. Opus quidem esse ipsi Ecclesiæ conspicimus, ut ad tantum ministerium exercendum Viri assumantur idonei, Deum timentes, diligentes justitiam, & avaritiam abhorrentes. Ideoque Nos cum Fratribus eisdem, præhabita deliberatione provida & matura, inter alios, quos ad tantum gerendum offitium nostrum, & dictorum Fratrum consilium honorari decrevit, ad personam tuam, quam bonorum omnium largitor Altissimus multis virtutibus insignivit, nostræ considerationis intuitum dirigentes, te ad onus hujusmodi ministerii de Fratrum ipsorum consilio duximus assumendum. Quocirca discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus onus prædictum humeris tuis Apostolica dispositione impositum humiliter suscipiens, & devote ad nostram, & Apostolicæ Sedis præsentiam, absque morosæ dispendio tarditatis, accedas una nobiscum divinis obsequiis, & ejusdem Ecclesiæ servitiis vacaturus. Dat. Avinione XIII. Kal. Januar. Anno quarto.

(1) *Ex Regest. Bull. secr. Bened. XII. An.* IV. *num.* 442.

(2) Eletto alli 14. di Giugno del 1335., essendo allora Precentore di Carpentras, e Cappellano Apostolico, dopo il Cardinal Mauroceno (*Reg. Ben. XII. A.* 1. *Par.* 1. *num.*

num. 479.), che dalla Pieve di S. Maria di Murano era ſtato fatto Patriarca alli 13. di Aprile del 1332. per morte di Niccolò Curario (*Reg. Joh. XXII. A.* XVI. *Par.* I. *ep.*978.) : e però non riman luogo tra queſti due per Pietro Veſcovo di Averſa, come, fidandoſi dell'Ughelli, ha creduto ci poteſs' eſſere il Le Quien (*Tom.* III. *pag.* 812.). Ed eſso poi ha laſciato di nominare il vero ſucceſſore di Gozio, Rolando Scarampi di Aſti, ſtato già Veſcovo di Reggio, e promoſso al Patriarcato dopo il Cardinalato di queſto alli 6. di Ottobre del 1339. (*Reg. Ben. XII. A.*V. *n.* 702.) : ma ſi morì a capo di pochi giorni, e laſciò la Chieſa ad Enrico pur di Aſti alli 24. del Meſe ſeguente (*ibid. num.*728.), e non già nel Decembre dell'anno precedente, ſecondo i conti del medeſimo Le Quien.

NUM. XI. (1)

15. *Decembre* 1351. *V. pag.* 77.

CLEMENS &c. Ven. Fratri Petro Epiſcopo Pariſienſi (2), Cancellario Cariſſimi in Chriſto Filii noſtri Johannis Regis Franciæ Illuſtris Salutem &c.

Diebus iſtis non longe præteritis tumor quidam ex humorum malitia congregatus, ex quo quædam febrilis diſcraſia cauſabatur, faciem noſtram mirabiliter alteravit, & diebus aliquibus nos ſic vehementer afflixit, *ut Medici ad curationem adhibiti de ſalute noſtra quodammodo deſperarent* (3). Sed benedictus Deus, qui vulnerat, & medetur, quiq. plagat, & ſanat, dum vehementius ſæviret infirmitas ſævitiæ ſuæ terminum poſuit, & tumorem illum pietatis ſuæ medicamine reprimens, prioris nos reſtituit beneficio ſoſpitatis, quamvis adhuc aliqualis debilitatis reliquiis teneamur. Hæc igitur, Frater, quem ex diſcraſia hujuſmodi, auditis, ut credimus, tam loquacitate famæ, quam multorum varia ſcriptione rumoribus, anxium eſſe tenemus indubie, Fraternitati tuæ ſignificanda decrevimus, ut dolorem, quem ingeſſit precordiis tuis diſcraſia languoris, pellas hujuſmodi, & de conceſſa nobis gratia valetudinis a ſalutis Auctore læteris. De infirmitatis autem ipſius qualitate, ac ſalute reſumpta poteris certius informari

mari per dil. Fil. Nobilem Virum Garinum de Apcherio, Domicellum Mimatensis Dioec., Nepotem nostrum, qui Nobis in infirmitate hujusmodi curiose ac sollicite admodum obsecutus fuit, latorem præsentium, quem ad carissimum in Christo Fil. nostrum Jo. Regem Franciæ illustrem providimus destinandum (4). Dat. Avinione XVIII. Kal. Januar. Anno decimo.

(1) *Ex orig. pergam. inter Instrum. miscell. Arch. Vatic. Extat & in Reg. Clem. VI. epist. secret. A.* X. *pag.* 144.

(2) Pietro della Foresta, che fu poi Cardinale. Essendo Canonico di Parigi, e Diacono fu fatto Vescovo Tornacense alli 24. di Luglio del 1349. (*Reg. Clem. VI. An.* VIII. *Tom.* III. *Par.* I. *pag.* 21. *t.*), e si obbligò a pagare i comuni servigj alli 27. del detto mese (*Lib. Oblig.* XXII. *p.* 93. *t.*), alli 20. di Decembre del 1350. fu trasferito alla Chiesa di Parigi (*Reg. Ann.* IX. *Tom.* I. *pag.* 9.), e agli 8. di Febbrajo del 1352. a quella di Rohan (*Reg. Ann.* X. *Par.* II. *pag.* 58.). Si veda ora quello, che i Sammartani hanno di lui scritto ne' Tomi III. pag. 227. VII. p. 133. e XI. pag. 80., e se ne emendino i difetti.

(3) Queste parole lineate sono state cancellate nella pergamena, e mancano nel Registro.

(4) E appunto nella Lettera, che scrisse al Re, parlasi di questo Messo Garino da Castel nuovo, Signore di Apcherio, di cui il Baluzio *Vitæ PP. Aven. Tom.* I. *pag.* 831. *e* 1421. *Tom.* II. *p.* 614. *e* 1056.

NUM. XII. (1)

25. Ottobre 1374. V. pag. 97.

GREGORIUS &c. Dilecto Filio Francisco de Senis Medicinæ Doctori, Salutem &c.

Inter cæteras Civitates Nobis, & Ecclesiæ Romanæ immediate subjectas, ad Civitatem Perusinam sincerum gerimus devotionis affectum, illamque optamus commodis, & honoribus augeri, & præcipue quod in ea in qualibet facultate solempne Studium vigeat, quod Locorum, qui illo potiuntur, & gaudent, est singulare decus, & utilitatis præcipuum incrementum. De tua igitur perspicuitate, ac scientia, præsertim in facultate Medicinæ, quamplurimum fidedignorum testimonio, & antequam esse-

essemus ad apicem Apostolicæ dignitatis assumpti, ac deinde continuatis temporibus informati (2), te ad legendum ordinarie in dicta Civitate Perusina scientiam Medicinæ pro tempore a festo B. Lucæ proxime venturo inchoando, usque ad nostrum beneplacitum cum salario ducentor. flor. auri tibi annis singulis solvendorum, cum honoribus, & oneribus consuetis tenore præsentium constituimus, & etiam ordinamus, mandantes illi, vel illis, ad quem, vel ad quos pertinet, vel imposterum pertinebit, solutio salariorum Doctoribus Perusini Studii facienda, quod tibi salarium prædictum persolvant in terminis consuetis. Dat. Avinione VIII. Kal. Novembris Anno quarto.

(1) *Ex Reg. Greg. XI. de Indult. A.* IV. *pag.* 78. Alcuni Volumi del Registro di questo Papa, siccome del suo antecessore Urbano V., s'intitolano *De Indultis, Privilegiis, et Dispensationibus*, a differenza di quelli, che hanno le Bolle Camerali, Curiali, e Segrete.

(2) Tra le Lettere segrete Pontificie di questo medesimo anno quarto, ma del giorno 15. di Marzo, ne ho trovata una scritta da Avignone ai Malavolti di Siena, la qual comincia, *Litteras vestras, Nobis per dilectum Filium Franciscum Bartholomæi de Senis, Medicinæ Professorem præsentatas, benigne recepimus, et contenta in illis, et quæ Nobis idem Franciscus pro vestri parte retulit gratanter audivimus etc.* (*pag.*170 *t.*). Avealo adunque Gregorio XI. conosciuto non solo per la fama, ma anche personalmente in Avignone, prima che lo mandasse Lettore a Perugia. Trovo altresì nel detto Registro (*pag.* 37.) un' altra Lettera, che il Papa tre mesi dopo, cioè agli 11. di Giugno, mandò al Cardinal Legato, e Vicario in Italia, per rampognarlo del non aver ancora messo in possesso della Podesteria della Terra di Medicina Francesco da Siena, cui l'avea egli conferita in vista de' servigj prestati alla Chiesa dalla buo: me: di Giovanni di lui Fratello. Questo Francesco non dee essere l'Archiatro, se è vero che il Fratel suo, chiamato Giovanni, vivesse sotto Innocenzo VII. eziandio, e fosse pur Medico di professione. Conciossiacchè il Giovanni, Fratello del primo, era morto nel 1374., ed era stato Giureconsulto, e Famigliare di Gregorio XI., dal qual ottenne la conferma in Podestà di Medicina, e di Villa Fontana alli 30. di Giugno del 1371., eletto già dal Card. Egidio Albornozzi: e fu fatto allora Consigliere, ed Assessore de' Cardinali Vicarj in Italia, colla paga di 100. fiorini al mese, e coll' obbligo di risiedere in quel tempo in Bologna (*Reg. de Indult. An.* I. *pag.* 23.). Alli 6. del mese seguente fu dichiarato eziandio, per fino a tanto fosse vissuto, Vicario del Castello di Civita nuova della Diocesi Fermana (*Instr. miscell. A.* 1371. *pag.* 41.).

Num. XIII. (1)

16. Marzo 1379. V. pag. 94.

CLEMENS &c. Dil. Filio Magistro Raymundo de Pozolis Archidiacono Vivariensi, Magistro in Medicina, Capellano nostro, Salutem &c.

Grata tuæ familiaritatis ac devotionis obsequia, quæ Nobis hactenus fideliter impendisti, & adhuc solicite impendere non desistis, Nos inducunt, ut votis tuis, illis præsertim, quæ divini cultus augmentum, & animarum salutem respiciunt, favorabiliter annuamus. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte tua petitio continebat, quod tu de propria salute cogitans, & cupiens terrena in cælestia, & transitoria in æterna felici commercio commutare, in Dioec. Vivariensi, aut alibi ad honorem Dei, & divini cultus augmentum pro tuæ, & parentum tuorum animarum salute unam Capellam construere, & ædificare, seu construi, & ædificari facere, ac etiam de bonis propriis a Deo tibi collatis pro uno perpetuo Capellano inibi Domino servituro sufficienter dotare proponis. Quare Nobis humiliter supplicasti, ut tibi faciendi præmissa licentiam concedere dignaremur. Nos igitur tuum in hac parte laudabile propositum commendantes, hujusmodi supplicationibus inclinati, construendi, & ædificandi, seu construi, & ædificari faciendi hujusmodi Capellam in dicta Dioec., vel alibi, in loco tamen ad hoc congruo & honesto, dote tamen sufficienti hujusmodi, ut præmittitur, assignata, ac jure parocchialis Ecclesiæ, & cujuslibet alterius in omnibus semper salvo: jure tamen Patronatus in eadem Capella tibi, & tuis hæredibus, seu suc-

ſucceſſoribus in perpetuum reſervato, plenam & liberam devotioni tuæ auctoritate Apoſtolica licentiam elargimur. Nulli ergo &c. Dat. Fundis XIV. Kal. Aprilis Anno primo.

(1) *Ex Reg. Clem. VII. Antip. An. 1. Tom. 1. pag. 76. t.*

Num. XIV. (1)

circa il 1380. *V. pag.* 107.

Franciſcus de la Fara Doctor in Medicina Civis Romanus ſub juramento depoſuit que ſecuntur.

Primo dixit, quod ipſe non erat in Urbe tempore electionis facte de iſto Domino Papa, ſed eadem die venit, qui ivit ad videndum Dominum Jacobum Card. de Urſinis (2), & queſivit ab eo utrum iſte eſſet verus Papa, & reſpondit dictus Card., certe Domine Franciſce vos vultis plura ſcire, & alia. Iſte ſimiliter ivit ad videndum Dominum Cardinalem de Sancto Petro (3), & cum loquerentur de Papa, dixit ille Cardinalis, neſcio ſi Romani bene fecerint.

Item dixit, quod viſitabat dictum Cardinalem Sancti Petri quando infirmabatur de infirmitate, ex qua obiit (4), & fuit paſſus morbum caducum, ſeu epilicicum, & ſpumabat, & vertebat oculos terribiliter, & die, qua obiit, arripuit eum bene ter paroſiſmus, & mortuus fuit valde cruciatus, quia linguam collidebat cum dentibus propter maliciam infirmitatis, & iſte faciebat quod ſibi poneretur lignum inter dentes, & faciebat vultum horribilem (5), & ſic mortuus eſt nulla facta mentione de Papa. Verum eſt tamen, quod ante confeſſus fuit, & recepit Viaticum ſicut potuit, & tunc videbatur aſſerere, quod Dominus Urbanus eſſet verus Papa (6).

Item dixit, quod fuerat cum Domino Jacobo Card. de Orſinis tempore, quo obiit, & quamdiu infirmus fuit in Talliacotio, & iſte preſenſit mortem ſuam per aliquos dies ante, & per unam diem ante ejus obitum fecit publicari teſtamentum ſuum, & loquutus eſt, quod illum tenebat pro vero Papa, quem declararet Concilium, & fecit ſe abſolvi auctoritate quarumdam litterarum Domini Pape Gregorii, & dicebat, quod antequam cognoſceret mentes Cardinalium quamdiu fuit cum iſto Urbano, ipſe cogitabat, quod eſſet verus Papa, ſed poſtquam fuit in Villa Fundorum, & cognovit mentes Cardinalium, quod dubitat de ejus electione, utrum fuerit canonica, & ſi ipſe ſciret indubitabiliter quod eſſet verus Papa, quod in omne eventum ipſe Cardinalis ſtetiſſet cum eo.

Item iſte teſtis audivit a Simone Cubiculario dicti Cardinalis, quod Dominus Reginaldus Frater ejus inſtabat nimis apud dictum Cardinalem, quod ſe declararet pro Papa Urbano ante ejus obitum, & cum ſolicitaret eum, dixit, Domine Reginalde non facias me iraſci, alias ego dicam verba, que nolis audire, & iſta audivit a dicto Simone.

Item dixit, quod Dominus Card. ſemper loquutus fuit uſque ad punctum mortis, & nunquam vidit mori cum tanta devotione, & contritione, & cum diceretur Miſſa coram eo, tempore elevationis Eucareſtie miſit ſpiritum cum tanta ſuavitate, quod mirabile fuit, & cum perfecta cognitione, & rationis vigore.

(1) *Ex To.* XIV. *Arm.* LIV. *pag.* 8. *t.* È queſto uno de' molti Volumi, ne' quali ſono raccolte le materie, ed i proceſſi originali riſguardanti lo Sciſma, nato dopo la morte di Gregorio XI., e che ſi citano aſſai ſpeſſo dal Rainaldi. Alla pag. 208. del detto Tomo è una copia, ſcritta allora, della celebre Lettera, che il Cancellier Fiorentino Coluccio Salutati mandò in nome de' Fedeli a' Cardinali Oltramontani (non a' ſoli Franceſi, come diceſi nella edizione delle Lettere di lui) per ridurli alla obbedienza di Urbano VI. La vide eſſo Rainaldi, e ne pubblicò una parte al num. 52. dell' A. 1378. Così pubblicò il Baluzio quaſi tutta la depoſizione del Medico della Fara (*l. c. Tom.* I. *p.* 1100. *e* 1036.), preſa da un Codice, che fu dell'Antipapa Bene-

Benedetto XIII. (*pag.* 1281. 1286. 1289.), perchè parvegli favorir molto il suo sistema: e la stimò da tanto, che si avvisò di poterla contrapporre al detto, e al fatto del Conte Rinaldo Orsini, Fratello del Cardinale, e alle testimonianze solennissime del Cardinal Pileo de Prata, e di Francesco da Urbino Vescovo di Faenza.

(2) In Tagliacozzo, dove morì, e fece testamento, al qual intervenne come testimonio questo Medico altresì (*Arm.* LIV. *Tom.* XIV. *pag.* 109.).

(3) Francesco Tebaldeschi: si disse il Cardinale di S. Pietro perchè fu Decano de' Canonici di questa Basilica. Baluzio *l. cit.* *pag.* 1032. Dionigi *Crypta Vatic. pag.* 110.

(4) Morì alli 6. di Settembre, come hanno dimostrato i detti due Scrittori.

(5) Vedasi il Baluzio *loc. cit. pag.* 958.

(6) Tommaso di Acerno Vescovo di Luceria presso il Muratori (*S. R. I. To.* III. *Par.* I. *p.* 728.) dice: *Dominus S. Petri obiit in fide D. N. Papa Urbani VI., & publicavit in ultimis, quod Urbanus VI. erat verus Papa, sicut fuit D. Petrus, vel Silvester*. Tuttavia nel Tomo XLIII. delle *Obbligazioni Camerali* alla pag. 52. è numerato tra' Cardinali, che ubbidivano a Clemente VII., siccome il detto Cardinal Orsini alla pag. 58.

NUM. XV. (1)

3. *Ottobre* 1382. *V. pag.* 94.

Petrus miseratione divina Archiepiscopus Arelatensis (2), Domini Pape Camerarius (3) Vener. Viro Domino Poncio de Crocis, Canonico Aniciensi, in Aniciensi, & ceteris aliis Civitatibus & Dioec. Apostolico Nuncio, & Collectori, & ejus Subcollectori in Civit. & Dioec. Mimatensi, Salutem in Domino. Exposuit Sanctissimo Domino Nostro Pape Venerabilis vir Dominus Raymundus de Pozouls, Capellanus Commensalis, ac Phisicus Domini Nostri Pape, nec non Precentor, & Canonicus prebendatus Ecclesie Aniciensis, Priorque Prioratus secularis sine cura Sancti Leodagarii Mimatensis Dioecesis, quod vos Procuratores suos in predictis Beneficiis suis vigore commissionis vobis generaliter facte pro rata procurationum, & subsidiorum impositorum auctoritate Apostolica Clero precium illarum tangen., dictum Dñum Raymundum ratione Beneficiorum suorum predictorum inquietatis, & etiam molestatis. Quare de expresso mandato dicti Domini Nostri Pape facto nobis super hoc oraculo vive vocis vobis, & vestrum cuilibet tenore presentium precipimus, & man-

& mandamus, quatenus Domino Raymundo predicto, vel procuratoribus suis de procurationibus, & subsidiis predictis, & aliis exactionibus, seu impositionibus quibuscumque nihil penitus ex certis causis ad hoc animum dicti Domini Nostri moventibus petatis, recipiatis, vel exhigatis; nec molestetis eosdem occasione predicta, mandatis generalibus, vel specialibus, etiam ultimo & nuper per Dominum Nostrum, & per nos in contrarium vobis factis, non obstantibus quibuscumque. Processus, monitiones, & sententias, si quos, vel quas contra ipsos, vel eorum alterum promulgastis, de mandato, quo supra, tollentes, & amoventes, quos, & quas nos etiam tollimus, & amovemus per presentes. Dat. Avinion. sub sigillo nostri Camerariatus officii die tertia mensis Octobris Anno a Nativitate Domini 1382. Indictione v. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Clementis Divina providentia Pape Septimi.

(1) *Ex Orig. pergam. inter Instr. miscell. Arch. Vatic.*

(2) I Sammartani (*Tom.* I. *pag.* 578.) non sanno quando Pietro venisse a questo Arcivescovado, ma trovandosi ne' Libri dell'Archivio l'obbligo, ch'ei fa, di pagare i soliti comuni servigj agli 11. di Agosto del 1374. (*Tom.* XXXV. *Obligat. p.*186.) può argomentarsi che fosse pochi giorni prima nominato a tal dignità.

(3) Eletto alli 20. di Giugno del 1371. (*Tom.* XXXIX. *Obligat. pag.*113.).

NUM. XVI. (1)

10. *Febbrajo* 1383. *V. pag.* 105.

CLEMENS &c. Venerabili Fratri Antonio Archiepiscopo Mediolanensi (2), Salutem &c.

Pia devotorum Christifidelium desideria, illa præsertim quæ divini cultus augmentum, & animarum salutem respiciunt, libenter Apostolico favore prosequimur, eisque benignum impartimur assensum. Exhibita siquidem Nobis nu-

nuper pro parte dilectæ in Christo Filiæ nobilis mulieris Reginæ de la Scala, dilecti Filii nobilis viri Barnabonis de Vicecomitibus Militis Mediolanensis Uxoris, petitio continebat, quod ipsa dudum ad laudem, reverentiam, & honorem sanctæ & individuæ Trinitatis, & Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, & divini cultus augmentum, nec non pro suæ, & dicti Barnabonis, ac successorum suorum animarum salute quandam Ecclesiam in Porta nova Mediolanensi, sub vocabulo ejusdem Beatæ Mariæ, cum palatiis, domibus, ædificiis eidem Ecclesiæ contiguis canonice fundavit, & construi fecit: & quod de bonis a Deo sibi collatis Ecclesiam ipsam adeo sufficienter dotare proponit, quod exinde Præpositus, & viginti Canonici, qui esse debeant in Presbyteratus ordine constituti, & Capitulum faciant in eadem, ac duo Custodes Clerici, & alii Ministri, Conversi nuncupati, in eadem Ecclesia perpetui Beneficiati, quos per eandem Reginam ad ipsam Ecclesiam, deputari contigerit, & qui in eadem Ecclesia perpetuis temporibus deserviant in divinis, & alia Beneficia Ecclesiastica non obtineant, vitam suam poterunt congrue sustentari. Quare pro parte dictæ Reginæ, Nobis extitit humiliter supplicatum, ut dictam Ecclesiam in Collegiatam erigi, ac jus patronatus ejusdem Ecclesiæ, ac jus præsentandi Præpositum, & Canonicos, ac Beneficiatos prædictos Archiepiscopo Mediolanensi pro tempore existenti eidem Reginæ, ac hæredibus, & successoribus suis secundum lineam masculinam descendentibus, prout per ipsam Reginam ordinari contigerit, perpetuo reservari de benignitate Apostolica mandaremus. Nos igitur ipsius Reginæ pium, & laudabile propositum in hac parte plurimum in Domino commendantes, hujusmodi supplicationibus inclinati Fraternitati tuæ, de qua in his, & aliis specialem in Domino

no fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus ſi, diligenti informatione per te prius habita, de præmiſſis repereris ita eſſe, dote ſufficiente hujuſmodi ad tuum arbitrium, ex qua Præpoſitus, Canonici, & Beneficiati prædicti poſſint congrue ſuſtentari, Archiepiſcopalia jura ſolvere, & alia eis incumbentia onera hujuſmodi ſupportare, ut præfertur, eidem Eccleſiæ primitus aſſignata, ac jure parochialis Eccleſiæ, & cujuslibet alterius in omnibus ſemper ſalvo, Eccleſiam ipſam ſic, ut præmittitur, fundatam auctoritate Apoſtolica in Collegiatam erigas, & inſtituas, & ordines, quod bona ipſa, quæ per eandem Reginam eidem Eccleſiæ in dotem contigerit aſſignari, abſque Romani Pontificis, & Reginæ, ac hæredum, & ſucceſſorum prædictorum licentia, & conſenſu alienari non poſſint quoquomodo: & quod jus patronatus ipſius Eccleſiæ, ac jus præſentandi, ſeu eligendi Præpoſitum, Canonicos, & Beneficiatos prædictos ad ipſam Reginam hac vice primaria, & quamdiu vixerit, & demum ad hæredes, ſeu ſucceſſores prædictos, de quibus eadem Regina ordinaverit, ut præfertur, ac eorumdem Præpoſiti, Canonicorum, & Beneficiatorum inſtitutio ad te, & ſucceſſores tuos Archiepiſcopos Mediolanenſes, qui erunt pro tempore, debeant perpetuo pertinere. Datum Avinione IIII. Idus Februar. Anno quinto.

(1) *Ex Reg. Clem. VII. Ant. Tom.* IV. *pag.* 132. *t.*

(2) Dalla Chieſa di Savona, nella quale era ſtato poſto alli 27. di Novembre del 1355. nella età di 23. anni (*Reg. Inn. VI. An.* III. *Tom.* I. *Par.* II. *pag.* 217. *t.*), e non nell'anno appreſſo, ſecondo il detto dell'Ughelli (*Tom.* IV. *pag.* 739.), venne portato alla Metropoli di Milano, che da alquanti meſi vacava pel Cardinalato di Simone de Broniaco, alli 26. di Maggio del 1376. (*Reg. Bull. diverſ. Greg. XI. An.* VI. *Tom.* III. *pag.* 76. *t. Ind. An.* VI. *pag.* 20.). Il Giulini (*Continuaz. To.* II. *pag.* 275.) per conciliare le due diverſe epoche del Cardinalato di Simone, e dell' Arciveſcovato di Antonio, quaſi che non poteſse una eſſere lontana dall'altra, ha gratuitamente ſuppoſto, che queſti lo aveſse in quel giorno, in cui il Cardinale il Titolo de' SS. Giovanni, e Paolo.

E giacchè ho aſsegnato ora per la prima volta il giorno preciſo della elezione di Antonio, farò con Simone egualmente corteſe,

tese, e dirò che essendo tuttavia *in minoribus*, ed Arcidiacono di Bologna fu alli 18. di Luglio del 1371. eletto Arcivescovo di Milano, nel luogo di Guglielmo Posterla, morto in Curia pochissimi giorni prima, conciossiacchè fosse ancor vivo alli 7. di quel mese, e capace perciò di avere un indulto dal Papa di poter celebrare, o far celebrare avanti giorno. Lo stesso Giulini (*p.* 223.) si è grandemente affaticato per saper tali cose, ma non le ha sapute, quantunque siasi d'assai approssimato al vero. Le Bolle poi per tutto ciò sono in quella parte del Registro di Gregorio XI., che il regnante Sommo Pontefice Pio VI. ha fatto molto providamente in questi ultimi mesi dall'Archivio di Avignone trasferire nel Vaticano, con il rimanente, che vi era, de' Registri degli altri Papi Avignonesi, e delle memorie, e carte spettanti ad essi (*An.* I. *Tom.* I. *Par.* I. *p.* 147. *Tom.* II. *Par.* II. *p.* 254.).

NUM. XVI. b. (1)

8. *Agosto* 1383. *V. pag.* 105.

CLEMENS &c. Universis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis, Salutem &c.

Dum præcelsa meritorum insignia, quibus Regina Cælorum Virgo Dei Genitrix gloriosa sedibus prælata sidereis, quasi stella matutina prærutilans, devote considerantes indaginem perscrutamur; dum etiam infra pectoris arcana revolvimus, quod ipsa, utpote mater misericordiæ, mater gratiæ, pietatis amica, humani generis consolatrix, pro salute Fidelium, qui delictorum onere prægravantur, sedula exoratrix, & pervigil ad Regem, quem genuit, intercedit, dignum, quinimo potius debitum reputamus, ut Ecclesias, & loca in honore sui nominis dedicata gratiosis remissionum prosequamur impendiis, & gratiarum muneribus honoremus. Cupientes igitur, ut Ecclesia Beatæ Mariæ, quam nuper dilecta in Christo Filia nobilis Mulier Regina (2) de la Scala, uxor dilecti Filii nobilis Viri Barnabovis de Vicecomitibus, Militis Mediolanensis, in Porta nova Civitatis Mediolanensis canonice fundavit, & de bonis a Deo sibi collatis illam, una cum Palatiis, & Domibus eidem Ecclesiæ contiguis pro usu, & habitatio-

tatione unius Præpositi, & viginti Canonicorum, & cæterorum aliorum Clericorum perpetuorum Beneficiatorum in eadem Ecclesia ædificari fecit, & sufficienter dotare proponit, congruis honoribus frequentetur, & ut Christifideles eo libentius causa devotionis confluant ad eamdem, quo ex hoc ibidem uberius dono cælestis gratiæ conspexerint se refectos; de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus vere pænitentibus, & confessis, qui in Nativitatis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, ac Pentecostes, nec non in Nativitatis, Annunciationis, Purificationis, & Assumptionis ejusdem Beatæ Mariæ, Nativitatis quoque Beati Johannis Baptistæ, dictorum Petri & Pauli, ac Beati Barnabæ, & omnium aliorum Apostolorum, & Evangelistarum, ac in Sancti Laurentii, Sancti Christophori, Sanctorum Gervasii & Protasii, Sancti Dionysii, Sancti Georgii, Sanctorum Cosmæ & Damiani, Sancti Vincentii, Sancti Donati, Sanctorum Naboris & Felicis, Sanctorum Nazarii & Celsi Martyrum, ac in Sancti Ambrosii, Sancti Bernardi, Sancti Antonii, Sancti Galdini, Sancti Simpliciani, Sancti Gotardi, & Sancti Leonardi Confessorum, ac in Beatæ Mariæ Magdalenes, Sanctæ Agnetis, Sanctæ Catherinæ, Sanctæ Margaritæ, Sanctæ Luciæ, Sanctæ Ursulæ, & Sanctæ Teclæ Virginum, ac ipsius Ecclesiæ Dedicationis festivitatibus, diebus Dominicis Quadragesimæ, nec non per ipsarum Nativitatis, Resurrectionis festivitatum Octavas, & per duas dies dictam festivitatem Pentecostes immediate sequentes præfatam Ecclesiam devote visitaverint, annuatim singulis, videlicet festivitatum, & dierum Dominicorum, ac Octavarum, & aliorum duorum dierum prædictorum diebus, quibus eandem Ecclesiam visitaverint, ut præfertur, quadraginta dies de injunctis

eis

eis pænitentiis misericorditer relaxamus. Datum apud Pontem Sorgiæ (3) Avinionensis Dioec. VI. Idus Augusti Anno quinto.

(1) *Ibid. pag.* 134. *t.*

(2) Questa Bolla conferma semprepiù la opinione del Giulini (*Par.* II. *pag.* 361.), che Regina non fosse morta alli 18. di Giugno del 1383., ma bensì nell'anno seguente, e in detto giorno: siccome dello essere stati molti Milanesi del partito di Clemente oltre le cose narrate, provano abbondantemente i Registri di esso Antipapa venutici poc'anzi da Avignone, ne' quali si trovano altresì le molte Bolle, che colui diede in questo medesimo anno al Card. Tommaso de Cassaco, allorchè mandollo a perseguitare per ogni maniera nella Provincia Milanese i seguaci di Urbano VI., e quella, con cui permise al Conte di Virtù di poter trattare con gli Scismatici, che erano ne'suoi Stati; tanto si teneva egli sicuro di averlo dalla sua.

(3) Insigne Luogo del Contado Venesino, nel quale i Papi fecero soventemente la loro ordinaria residenza, e fabbricaronvi perciò un magnifico Palazzo, la Zecca, ed altro.

NUM. XVII. (1)

1385. *V. pag.* 97.

Incipiunt Obligationes Prelatorum, qui se obligarunt Apostolice Camere, & Sacro Collegio Reverendissimorum in Christo Patrum Dominorum S. R. E. Cardinalium pro communibus servitiis eorumdem, & quinque minutis servitiis consuetis, incipiendo de Anno Nativitatis Domini Nostri Yesu 1385. Indictione VIII., & finiendo, prout sequitur, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Urbani divina providentia Pape VI. Anno octavo, residente prefato Domino Nostro in Civitate Januensi apud Ecclesiam Sancti Johannis Jerosolimitani.

Anno, Indictione, Pontificatu predictis, die vero Sabbati 23. Mensis Septembris prefatus Sanctissimus Dominus noster Papa aplicuit Januam cum decem galeis Januensibus, & descendit prope dictam Ecclesiam Sancti Johannis Jerosolimitani, & abitavit ibidem.

 An-

Anno &c. 1386. Indictione ix. die dominico 16. dicti Mensis Decembris prefatus Sanctiss. in Christo Pater, & Dominus Noster Dominus Urbanus divina providentia Papa VI. feliciter recessit de Civit. Janue, navigaturus cum duabus galeis, & una galeotta suis sumptibus & expensis armatis ad plagiam Motroni prope Castrum Petre Sancte Lucan. Dioc.

Anno &c. 1387. die vero lune 23. Mensis Septembris prefatus Sanctissimus &c. feliciter recessit de Civitate Lucana, iturus ad Civitatem Perusinam cum pulcerrima, & copiosa Armigerorum societate, ac cum pluribus ex Dominis Italie tam de Romandiola, quam de Marchia Anconitana, Ducatu Spoletano, & aliis diversis Provinciis.

Anno &c. die dero .... Octobris prefatus D. N. intravit Perusiam cum suis Reverendissimis in Christo Patribus, & DD. DD. S. R. E. Cardinalibus, & alia sua Curia, ac cum tota comitiva Armigerorum, quam secum habebat, & a Civibus Perusinis fuit honorifice, & cum maximis honore, & reverentia, & festo gratiose tractatus, & receptus: & pro sua, & pro suorum mansione pro tunc deputavit Palatium Episcopale apud majorem Ecclesiam Perusinam, & in Platea Perusina.

Anno &c. 1388. Indictione xi. die vero Sabbati octava Mensis Augusti Sanctissimus &c. de Civitate Perusii feliciter recedens cum sua Romana Curia iter versus Neapolim assumpsit, & usque ad Civitatem Ferentinam Campanie se contulit, & ex certis legitimis & sanctis causis mutavit propositum, & ad Urbem se voluit transferre.

Anno, Indictione, Pontificatu quibus antea, die vero Martis prima Mensis Septembris prefatus Dominus Noster de dicta Civitate Ferentina in Campania feliciter recedens

se

ſe cum tota Romana Curia felicius tranſtulit ad almam Urbem, & intravit per portam Sancti Johannis Lateranen., & a Romanis cum maximis gaudio, reverentia, & honore, & feſtis fuit acceptus, & ad Palatium apud Sanctum Petrum fuit aſſociatus.

(1) *Ex Tom.* XLVIII. *Oblig. Prælat. ab A.* 1385. *ad* 1397. *pag.* 19. 45. 58. *e* 72. Gli Storici generali, e particolari non raccontano colla debita eſattezza queſto viaggio del Papa, ed alcuni sbagliano nello aſſegnare i meſi, e le giornate di eſſo.

Num. XVIII. (1)

3. *Agoſto* 1388. *V. pag.* 100.

URBANUS &c. Dilecto Filio Johanni de Glandaronibus Rectori Hoſpitalis S. Mariæ de la Scala (2) Senen. Salutem &c.

Per alias noſtras Litteras dil. Filio Dominico Præpoſito Monaſterii S. Tomæ (3) Senen. per Præpoſitum ſoliti gubernari Ord. Humiliatorum, fructuum, & proventuum in Civitate, & Diœc. Senen. Cameræ Apoſtolicæ debitorum Succollectori, pridem in mandatis dediſſe meminimus, ut quadringentos florenos auri per eum in bonis, quæ bo. me. Dominicus Epiſcopus Termulanus (4) tempore obitus ſui habebat, & ex certis cauſis erant diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervata, repertos, pro dilecta in Chriſto filia Catherina, dilecti filii Franciſci de Senis Magiſtri in Medicinis, Phyſici noſtri nata, maritanda, & pro dote, ſeu dotis parte ipſius apud te ſine mora deponeret. Cum autem, ſicut dictus Franciſcus nobis nuper ſignificare curavit, idem Succollector ex hujuſmodi quadringentis florenis auri trecentos dumtaxat penes te duxerit deponendos, nos intendentes, quod hujuſmodi mandatum noſtrum

ſtrum plenum ſortiatur effectum, volumus, tuæque diſcretioni mandamus, quatenus, receptis præſentibus, dictos trecentos florenos auri penes dilectos filios Cecchum Jacobi, & Meum Antonii, eorumque Socios, Cives, & Mercatores Senenſes deponas in uſum dotis hujuſmodi integre, & fideliter convertendos. Ipſis enim Civibus per alias noſtras litteras mandavimus, ut, quamprimum præfata Catherina alicui viro legitime fuerit deſponſata, tam prædictos trecentos, quam illos centum florenos, quos aliunde penes eos deponi jubemus, hujuſmodi viro pro ipſa dote, ſeu parte ipſius dotis, debeant aſſignare. Et inſuper ejuſdem Succollectoris indemnitati præcaventes, tibi noſtro, & Apoſtolicæ Cameræ nomine ipſum Succollectorem de hujuſmodi trecentis florenis penes te depoſitis quitandi plenam concedimus tenore præſentium poteſtatem. Dat. Peruſii 3. Non. Auguſti Anno undecimo.

F. de Lanz. (5).

Gratis de mandato D. N. Papæ A. de Gajeta (6).

(1) *Ex Reg. Urb. VI. Tom.* II. *p.* 208.

(2) La Cappella, o Oratorio di queſto Spedale fu arricchita di varie Indulgenze da' Pontefici Clemente VI., e Urbano V., conſervandoviſi una Croce prezioſa grande e ſolida ricoperta di lamine d' oro, la Lancia, un Chiodo, la Spugna, e i Peli della Barba di N. S.: la metà del Velo, dell'Infula, e della Cintura di Noſtra Donna, ed altre inſigni Reliquie (*Reg. Clem. VI. An.* I. *Tom.* IX. *pag.* 284. *Urb. V. de Indult. An.* I. *pag.* 112. *Litter. commun. An.* II. *pag.* 384.). Non ſo poi ſe ſia egli lo ſteſso, che l' Oſpedale della medeſima Città, detto di Santa Maria della Miſericordia, di cui ci ha data la Storia il Ch. Signor Cavalier Tiraboſchi nel I. Volume delle memorie dell' Ordine degli Umiliati (*pag.* 180.).

(3) Di queſto Monaſtero vedaſi eſso Signor Tiraboſchi (*l. cit. To.* II. *p.* 105.). La Lettera, che il Papa dice di avere ſcritta a Domenico, trovaſi nel citato Regiſtro alla *pag.* 209. *t.*: ſcriſſe pure per la medeſima coſa lo ſteſſo dì ad alcuni Cittadini e Mercadanti di Siena (*p.* 208. *t.*).

(4) Morì, dice l'Ughelli, dopo l'anno 1387., e ſuccedettegli circa queſt' anno iſteſso un Andrea, il qual però eſſendoſi obbligato in Camera pel pagamento de' ſoliti ſervigj alli 29. di Aprile dell' anno 1388. (*Oblig. Tom.* XLVIII. *pag.* 67. *t.*), pare che di pochi giorni prima foſſe ſtato eletto.

(5) In queſto luogo è ſottoſcritto il Secretario di Urbano VI. Gio: Franceſco de Lanzanigo, Canonico di Lincolne, che fu anche Abbreviatore (*Lib. Oblig.* XLVIII. *pag.* 50. 65. *e* 97. *t.*), e Secretario di Bonifacio IX. (*ibid. pag.* 111. *Reg. Bon. IX. Tom.* II *pag.* 351.); e ne'Regiſtri di queſti due Pontefici abbiam ſoventemente il nome ſuo ſempre appiè delle Bolle a mano ſiniſtra di chi legge. Fra gli Abbreviatori di

di Curia lo ha posto il Ciampini (*pag.* 12. 13. *e* 14.), e fra' Secretarj Apostolici, e corrispondenti di Coluccio Salutati il Mehus (*Vita Ambr. Camald. pag.* CCCV.), ma non il Buonamici, che niun ne assegna al detto Urbano, il qual però oltre Francesco mantenne in tale offizio anche Pietro de Ulleron, o Ullerob, Arcidiacono Orsoriense nella Chiesa di Praga (*Reg. Tom.* II. *pag.* 170. *Instr. miscell.* 23. *Oct.* 1385.), malamente dal Ciampini (*l. c.*) chiamato P. de Vuseċt, e de Verborsea. Nè so che avess' egli altri Secretarj fuori de' due mentovati, perchè il Prevosto di Prato Bartolomeo di Francesco, che vorrebbe dargli il Bianchini (*Notiz. istor. della Cint. della Mad. pag.* 141.) non fu tale, ma Abbreviatore in quel tempo, siccome ben disse l'Ughelli (*To.* III. *p.* 336.), ed in appresso sotto Innocenzo VII. Reggente della Cancelleria (*Reg. To.* I. *p.* 154.). Tale non fu similmente quello Stefano, comecchè Secretario si spacciasse per vieppiù accreditare le iniquissime calunnie, che apponeva al povero Papa. Ecco ciò, che di esso racconta uno Anti-Ministro generale de' Minori. *Item audivi a Domino Stephano Doctore, quondam Secretario dicti Bartholomæi quondam Barensis, qui nunc est Neapoli, & ex conscientia ab eo recessit* (sicuramente per non essere punito de' suoi misfatti), *quod dictus Bartholomæus habebat sigilla materialia Regum Boemiæ, Ungariæ, & aliorum Principum multorum, & Dominorum, & Domini Cardinalis Cusentini, cum quibus dicto Domino Stephano præsente falsas litteras componebat, & ostendebat recipere novos Cursores, & sic Romanum Populum festivabat. Et addit quod per manus ejus fuit falsificatum testamentum Cardinalis de S. Petro*. Il Baluzio, che ha pubblicata così bella galanteria (*loc. cit. pag.* 1036.), non ha rossore di credere ad un Servitor fuggitivo, e ad un Frate Scismatico, che il Wadingo non potè mai saper chi si fosse (*Tom.* IX. *pag.* 23.), piuttosto che alle deposizioni di persone di molta probità, e dignità. Ma ad Urbano crederà egli, che protesta solennemente all' Arcivescovo di Canturberì colui essere un impostore, ed un falsario, ed avvisa gl'Inglesi a badar bene perchè non siano tratti in inganno dalle Bolle da esso falsificate? Possibile che avesse il Papa voluto scriver ciò in un tempo, che il fatto, ed il Secretario piccato soprammodo avrebbelo vergognosamente convinto del contrario? Mi appello a' Giudici in questo negozio men sospetti del Baluzio, che è tutto in favorir l'Antipapa Clemente. La Lettera a quello Arcivescovo è la seguente. *Cum nuper propositum fuerit in Consistorio coram Nobis, quod olim nonnullæ personæ tam ecclesiasticæ, quam sæculares de Regno Angliæ oriundæ diversas Litteras præter & contra conscientiam nostram sub nomine nostro, & sub Bulla nostra* per iniquitatis alumnum Stephanum de Cusentia, se falso prætendentem Secretarium nostrum, *tam super dispensationibus matrimonialibus, & super defectu natalium, quam etiam super indulgentiis Ecclesiarum, & unionibus Beneficiorum Ecclesiarum, & aliis diversis gratiis falso modo fabricatas ad partes illas de Romana Curia reportarunt, & illis utuntur in animarum suarum periculum, & scandalum plurimorum. Nos cupientes super hoc de opportuno remedio providere, Fraternitati tuæ mandamus, quatenus omnes & singulos habentes in quacumque parte dicti Regni aliquas Litteras &c. ad exhibendum tibi hujusmodi Litteras auctoritate nostra &c. compellas &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum* 15. *Kal. April. Pont. nostri An.* II. (*Reg. Tom.* I. *pag.* I.).

(6) Questi è lo Scrittore, o l'Abbreviatore di Curia, che manca nel Catalogo del Ciampini, il quale non fu troppo ben servito dall'Archivista d'allora Tommaso de' Giulj, che confuse gli Abbreviatori con i Secretarj, e con gli Scrittori, guastò molti lor nomi, e quelli di molti tacque.

NUM.

NUM. XIX. (1)

7. *Agosto* 1388. *V. pag.* 101.

URBANUS &c. Dil. Filio Benedicto (2) Abbati Monasterii Vallisumbrosæ Fesulanæ Dioec. Salutem &c.

Licet rerum ac temporum qualitate pensata Nobis caritative subvenire in pluribus tenereris, te tamen benigne supportatum habentes, volumus, tuæque discretioni in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus pro caritativo subsidio, quod Nobis in hac ardua necessitate solvere tenereris, quadringentos florenos auri dilecto filio Johanni de Senis in Artibus, & Medicina Magistro, Physico, & Familiari nostro, vel ejus nuncio, ad hoc ab eo speciale mandatum habenti, sicut gratiam nostram caram habes, per modum infrascriptum, videlicet ducentos & viginti usque ad unum mensem, postquam præsentes Litteræ tibi fuerint præsentatæ immediate sequentem, in nostra Perusina, & alios centum & octuaginta florenos auri usque ad alium Mensem ex tunc proxime secuturum in Lucana Civitatibus solvere non postponas: mandatum hoc nostrum taliter impleturus, quod obedientiam tuam per effectum merito commendare possimus, nec super hoc oporteat de alio remedio provideri. Datum Perusii VII. Idus Augusti Anno undecimo.

Gratis de mandato Jo. de Angladiis (3).

(1) *Ibid. pag.* 210. *t.*

(2) Quest'Abbate nel 1390. ha il suo nome tra quelli, che erano stati dichiarati incorsi nelle censure per non avere pagati i soliti comuni servigj (*Arm* XXIX. *To.* I. *pag.* 246. *t.*). Alli 12 di Giugno del 1396. fu da Bonifacio IX. destinato a prendere informazioni, ed a far processi sopra la vita de' Frati Minori nella Toscana (*Reg. Tom.* IV. *pag.* 83. *e* 112.).

(3) Il presente Abbreviatore, o Scrittore, è registrato dal Ciampini a questo medesimo anno (*p.* 13.).

NUM.

NUM. XX. (1)

1. *Luglio* 1392. *V. pag.* 107.

BONIFATIUS &c. Dilecto Filio Angelo Manuelis Judaei de Regione in Transtyberim de Urbe nato Judaeo, Medico, & Familiari nostro Salutem &c.

Cum, sicut familiari experientia comprobavimus, honestatis, & probitatis, ac virtutum decoreris ornatibus, ac nostris, & Ecclesiae Romanae obsequiis, prout a diu laudabiliter fecisti, insistere ferventius te disponas, gratumque propterea sentiamus tuae famae probitatis odorem, Nos propterea personam tuam grato prosequentes affectu, ac intendentes eam pro meritis dignioris nominis titulo, & gratia provenire, te in nostrum, & Apostolicae Sedis Medicum, & Familiarem, & sub Beator. Petri, & Pauli Apostolorum, ac nostra & Sedis praedictae protectione tenore praesentium recipimus, & aliorum Medicorum, & Familiarium nostrorum, & dictae Sedis numero aggregamus: intendentes, quod per hoc favoris Apostolici praesidia plenius sortiaris, teque omnibus privilegiis, honoribus, immunitatibus, indulgentiis, libertatibus, & exemptionibus, ac favoribus Familiaribus nostris, & dictae Sedis competentibus, & competituris, effectualiter uti volumus, & gaudere. Constitutionibus Apostolicis, & aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumq. Sic igitur de bono in melius studiis virtutum intendas, quod merito ad faciendum tibi pleniorem gratiam invitemus. Nulli ergo &c. Dat. Romae apud Sanctum Petrum Kalend. Julii Anno tertio.

P. de Bosco (2).

G. de mandat. D. N. PP. H. Bernghos (3).

(1) *Ex Reg. Bonif. IX. To.* II. *p.* 338. *t.*

(2) Pietro dal Bosco, Arcidiacono Sarnense nella Chiesa di Bordeau (*Reg. Bonif. IX. Tom.* II. *p.* 177. *t.*), fu uno de' Secretarj di Bonifacio IX. in questo, e ne' seguenti anni (*Lib.* XLVIII. *Oblig. C. A. p.* 122. *t.* 147. *t.*), ed è nominato tra gli Abbreviatori dal Ciampini (*pag.* 14. 15.). Il Buonamici appena ha saputo, che quel Papa ebbe per Secretario un Giovanni da Bologna, del quale dirò fra poco, ed ha poi vergognosamente ignorato Antonio Panciarini da Portugruario, Vescovo di Concordia, Patriarca di Aquileja, e Cardinale, che l' Ughelli avea apertamente detto essere stato uno de' Secretarj di Bonifacio (*Tom.* V. *pag.* 359.), siccome lo fu veramente (*Reg. To.* V. *pag.* 227. *t.*). Il Ciampini lo chiama sempre *A. de Portugruario* (*pag.* 13. 14. 15.), nè lo dà per Abbreviatore anche ad Urbano VI.

(3) Il medesimo Ciampini (*pag.* 14.) lo dice ora *H. de Burghos*, ora *H. Berughos*, e forse anche *B. Berngoys*.

NUM. XXI. (1)

27. *Giugno* 1393. *V. pag.* 40.

BONIFATIUS &c. Dilecto Filio .... Abbati Monasterii Sanctorum Naboris, & Felicis (2) Bononien. Salutem &c.

His, quæ piorum locorum commodum, & utilitatem respiciunt libenter annuimus, eaque prosequimur favoribus opportunis. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilector. filiorum Rectoris, Prioris nuncupati, & Scholarium Collegii in Civitate nostra Bononiensi, per quondam Guilielmum de Brixia, Archidiaconum Bononien. fundati, ac Nicolai de Zambeccariis (3) Civis Bononien. petitio continebat, quod idem Collegium nonnulla bona immobilia in eadem Civitate & Dioec. Bonon. consistentia, ex quorum fructibus, redditibus, seu proventibus quadraginta floreni auri annuatim per eosdem Rectorem, & Scholares tantummodo percipiuntur, habere dignoscitur, quodque idem Civis certa sua bona immobilia, quæ Rectori, & Scholaribus, ac Collegio præfatis magis utilia, quam dicta eorum bona essent, cum Rectore, & Scholaribus præfatis desiderat permutare. Quare pro parte Rectoris, & Scholarium, ac Civis prædictorum Nobis fuit humi-

humiliter ſupplicatum, ut eiſdem Rectori, & Scholaribus permutationem (4) hujuſmodi faciendi licentiam concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque de præmiſſis certam notitiam non habentes, diſcretioni tuæ, de qua in his, & aliis ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus de præmiſſis omnibus, & ſingulis, & eorum circumſtantiis univerſis, quæ circa hæc fuerint attendenda, te diligenter informes, & ſi per hujuſmodi informationem inveneris bona, quæ idem Civis pro permutatione bonorum Collegii hujuſmodi prædictis Rectori, & Scholaribus tradere voluerit, & cum effectu tradat meliora, & eiſdem Rectori, Scholaribus, & Collegio magis utilia, quam bona hujuſmodi dicti Collegii exiſtant, eſſe repereris, & quod non ſit dubium, quod permutatio hujuſmodi, ſi fiat, in utilitatem dicti Collegii cedat evidentem, hujuſmodi permutationem faciendi Rectori, & Scholaribus præfatis plenam, & liberam auctoritate noſtra licentiam largiaris. Dat. Peruſii (5) quinto Kal. Julii Pontificat. noſtri Anno quarto.

Jac. de Teram̃ (6).

(1) *Ex Reg. ejuſdem Pontificis A.* III. *Tom.* VII. *pag.* 80. *t. in Arch. Datar.*

(2) Nel Regiſtro Vaticano di queſto Papa Bonifacio ſi ha una Lettera, che i Bologneſi gli ſcriſsero alli 31. di Agoſto del 1392., avviſandolo dello eſſerſi eletto per Veſcovo Bartolomeo Raimondi, che era Abate de' SS. Nabore e Felice, e datogli in queſta Badia per ſucceſſore Caſtellano Zambeccari, inſigne Frate Minore, e pregano Sua Santità a voler approvare tali fatti, e confermarli coll' autorità ſua (*Tom.* II. *pag.* 375. *t.*), ſiccome ſubito fece; e l'Abate Caſtellano ſi obbligò a' ſoliti pagamenti alli 25. di Settembre per mezzo di Giovanni di Giacomo, Chierico Bologneſe, ed Abbreviatore delle Lettere Pontificie (*To.* LII. *Obl. C. A. p.* 31. *t.*). Non ſi tenne però molto tal Prelatura, perchè trovo che nel 1395. era Abate di quel Monaſtero un Delfino Gozzadini (*ib. pag.* 65. *t.*), il qual poco dopo fu mandato al governo della Badia di Nonantola (*ibid. p.* 141. *t.*), e da Martino V. a preſiedere alla Teſoreria di Romagna (*Catal. Offic. Mart. V. p.* 11. *t.*). V. l'Alidoſi *Dottori Bologneſi in Teologia &c. p.* 40. *e* 65.

(3) A queſto è diretta la Bolla di Eugenio IV., che ſi darà al numero XLV.

(4) Di una ſimil grazia fu Bonifacio pregato da Pietro Scappi, Precettore del Convento di S. Giovanni Geroſolimitano di Bologna, che voleva permutare una caſa, ſpettante alla ſua Precettoria, con' alquanti beni immobili, che gli offrivano Gabrielle e Giovanni figliuoli del quondam

dam Giacomo di Maestro Niccolò, Cittadini Bolognesi; e il Papa ne scrisse medesimamente all'Abate de' SS. Nabore e Felice, e nel giorno istesso, in cui scrissegli pel Collegio di Guglielmo *(Reg. eod. in Arch. Datar. pag. 79. t.)*.

(5) Partì da Roma Bonifacio IX. alli 2. di Ottobre dell'anno 1492. *iturus Perusium ad ibidem morandum cum tota sua Romana Curia; & in ejus exitu de Urbe fuit a Romano Populo cum maxima reverentia multipliciter honoratus*. Il suo viaggio fu per Monterotondo, Montopoli, Tarano, Narni, Terni, Spoleto, Foligno, Assisi, e alli 17. fu a Perugia, *ubi recepto primitus libero dominio ipsius Civitatis, & Comitatus a Dominis Perusinis, tunc regnante statu Nobilium Perusinorum, & existentibus exititiis Raspantibus Perusinis, fuit cum maximis festis, & reverentiis, & honoribus receptus, & honoratus*. Fermossi in Perugia sino alli 30. di Luglio del 1393., e disgustato delle insolenze de' Raspanti, che avea fatti ritornare in Città, nascostamente di notte si partì per Assisi, dove stette fino alli 4. di Settembre, poi passando per Foligno, Spoleto, Narni, Civita Castellana, Nepi, e Campagnano. alli 15. del detto mese fu in Roma *(To.* XLVIII. *Obl. C.A. p.* 141. 142. 149. *t.* 151. *t.* Muratori *S. R. I. Tom.* III. *Par.* II. *pag.* 830. Rainaldi *ad an.* 1393 *n.* 3. *)*.

(6) Manca di questo Abbreviatore il Catalogo Ciampiniano.

Num. XXII. (1)

4. *Novembre* 1393. *V. pag.* 101.

BONIFATIUS &c. Dilecto Filio Arcolano (2) Abbati Monasterii Sancti Antimi Clusinæ Dioec. fructuum, & proventuum Cameræ Apostolicæ in Civit. & Dioec. Perusina, & nonnullis aliis partibus debitorum Collectori Salut. &c.

Cum præsentia dil. filii Johannis de Senis, Magistri in Medicina, Medici nostri sit nobis plurimum opportuna, & ipse pro suo adventu nonnullis pecuniis indigeat, sine quibus ad Nos commode venire non potest, volumus, & tibi mandamus, quatenus de pecuniis per te nomine Cameræ Apostolicæ in partibus, in quibus Collector Apostolicus deputatus existis, collectis & recolligendis centum florenos auri de Camera eidem Johanni, seu ejus Procuratori ad hoc ab eo deputato ad quamcumque ipsius Johannis, vel dicti ejus Procuratoris requisitionem tradere & assignare procures, recepturus ab eo exinde quitanciam pro cautela. Nos enim eidem Johanni te de his,

quæ

quæ proinde a te receperit, noſtro, & ejuſdem Cameræ nomine quitandi penitus, & abſolvendi plenam, & liberam harum ſerie concedimus poteſtatem. Volumus autem, quod de his, quæ proinde ſibi tradideris, dictam Cameram certificare procures. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſecundo Non. Novembris Anno quarto.

P. de Boſco.

De Curia W. Boninc (3).

(1) *Ex Reg. ejuſdem in Arch. Vatic. ſecr. Tom.* III. *pag.* 163.

(2) Dee eſsere ſtato fatto Abate poco prima della data di queſta Bolla, perchè alli 16. di Luglio dello ſteſs' anno ſi era obbligato a' ſoliti pagamenti (*Lib.* XLVIII. *Oblig. C. A. p.* 148.). Della ſua Collettoria Perugina parla Bonifacio in un' altra Bolla delli 7. di Settembre pur del medeſimo anno (*Reg. Tom.* III. *p.* 136. *t.*).

(3) *W. Bonnit* è ſempre nominato nel Catalogo Ciampiniano pag. 14. 15.

Num. XXII. b. (1)

11. *Luglio* 1394. *V. pag.* 105.

CLEMENS &c. Ven. Fratri . . (2) . . Archiepiſcopo Mediolanenſi Salutem &c.

Jo. de Neapoli (3).

Sacrum Carthuſienſem Ordinem ſinceris zelantes affectibus piis Fidelium votis libenter annuimus, illis præſertim, quæ dicto Ordini, & animarum ſaluti credimus profutura. Nobis ſiquidem pro parte dilecti Filii Nobilis Viri Galeaz, Virtutum Comitis, fuit expoſitum, quod ipſe terrena in cæleſtia, & tranſitoria in æterna felici cupiens immutare commercio, & dictum Ordinem pro viribus augmentare, unum Monaſterium ipſius Ordinis prope Caſtrum Papienſe pro uſu, & habitatione unius, qui ejuſdem Monaſterii Prior exiſtat, & ſexaginta aliorum Fratrum dicti Ordinis Sacerdotum, cum perſonis, & Eccleſia, Campanili, & Campanis, Cimiterio, Domibus, &

aliis

aliis Officiariis neceſſariis pro animæ ſuæ ſalute fundare, & conſtruere; ac in Eccleſia ipſa quadraginta Altaria, in quibus quadraginta ex iiſdem Fratribus ad minus unam, præter conventualem, Miſſam ſingulis diebus celebrent, & celebrare teneantur, erigere, & Monaſterium ipſum pro uno Priore, & duodecim ex Fratribus in Sacerdotio conſtitutis, ac perſonis eis neceſſariis præfatis de preſenti, & pro aliis ex Fratribus, & perſonis ipſis impoſterum ſufficienter dotare proponat: ac humiliter ſupplicatum, ut ſibi dictum Monaſterium, ut præfertur, conſtruendi licentiam concedere, & quod Monaſterium, Fratres, & perſonæ prædictæ omnibus, & ſingulis privilegiis cæterorum dicti Ordinis Monaſteriorum utantur, & gaudeant, quodque dicti Fratres, ut præfertur, celebrent, ſtatuere, & ordinare de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur de præmiſſis certam notitiam non habentes, ac propoſitum hujuſmodi in Domino plurimum commendantes, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus dote hujuſmodi ſufficienti, ſaltem pro iiſdem Priore, & duodecim ex Fratribus, ut præfertur, in Sacerdotio conſtitutis, & perſonis eis neceſſariis primitus aſſignata, dicto Comiti fundandi, & conſtruendi dictum Monaſterium, ut præfertur, in loco ad hoc congruo, & honeſto, ad eum juſto titulo pertinente, auctoritate noſtra licentiam largiaris: eadem auctoritate ſtatuens, & ordinans, quod, ut præmittitur, Monaſterium, Prior, Fratres, & perſonæ predictæ, nec non cæteri ibidem impoſterum inſtituendi dictis privilegiis utantur, & gaudeant, ac Fratres ipſi, prætaxato numero Fratrum ſexaginta in Sacerdotio conſtitutorum impleto, Miſſas quadraginta, præter conventualem, in dictis quadraginta Altaribus, ut præfertur, ſingulis diebus celebrare teneantur. Volumus tamen, quod cum nu-

numerus Fratrum, cæterarumque personarum iisdem necessariarum in dicto Monasterio divino munere suscipiet incrementum, ut præmittitur, facias a dicto Comite pro Fratribus, & personis ipsis, cum ibidem augmentabuntur, dotem sufficientem primitus assignari. Datum Avinione 3. Kal. April. (4) Anno XVI. Exp. 18. Kal. Maii Anno XVI. R. de Valle. T. 17. Kal. Maii Anno XVII. Siffredus (5).

(1) *Ex Reg. Litterar. Apostolicar. Clem. VII. Ant. PP. To.* XVI. *A.* XVI. *p.*467. *t.*

(2) Cioè Antonio, del qual si è detto al num. XVI.

(3) Furono i Secretarj di Clemente VII. Giovanni Meciani, detto parimente Mocia, Mocie, e Messie da Napoli (*Reg. Tom.* III. *p.* 9. *Tom.* X. *p.* 605. *t. To.* XVI. *p.* 430. *t.*), che avea esercitato tal officio col Cardinal Giacomo Orsini (Mehus *Vita Ambr. Camald. p.* CCVII.), e che fu poi uno de' corrispondenti di Coluccio Salutati (*ib. p.* CCCV.), e Secretario similmente del successor di Clemente Benedetto XIII., dal qual fu fatto Officiale degli Archivj della Curia generale del Contado Venesino (*Reg. Tom.* II. *p.* 409. *t. To.* V. *p.* 250.), Giovanni Mureti, Scrittore delle Lettere della Penitenzieria, e Canonico di Mans (*Tom.* XII. *pag.* 112.), Egidio Juvenis, Cantore, e Canonico di Reims (*Tom.* X. *pag.* 605. *t. Tom.* XVI. *p.* 430.), Alberto degli Albizi di Firenze, Canonico di Tournai (*Tom.* XVI. *pag.* 468.), Scrittore di Giovanni XXIII. (*Reg. An.* VI. *Tom.* II. *pag.* 91. *in Arc. Dat.*), illustre Giureconsulto, e Conte Palatino (Mehus *loc. cit. & pag.* CCCLXIX.), e questi tre fecero da Secretarj ancora col nominato Benedetto (*T.* II. *p.*407. *t.* 409. 409. *t. T.* X. *p.* 12. *t.*), Ponzio di Beraldo, Correttore delle Lettere Apostoliche, ed Arcidiacono de Vallibus nella Chiesa di Cahors (*Tom.* X. *pag.* 605. *Arm.* LIII. *Tom.* VIII. *p.* 50. *t.*), Giovanni de Sanctis (*Tom.* X. *pag.* 603. *t. Tom.* XVIII. *p.* 187.), Gilberto de Tadinghen Tedesco, Scrittore, Abbreviatore, e Correttore delle Bolle (*Tom.* III. *p.* 157. *Tom.* V. *pag.* 144. *t. Tom.* XI. *pag.* 292. *t.* Baluzio *loc. cit. Tom.* I. *p.* 1096.), Bandeto de Quercu, Canonico di Reims (*Instr. miscell.* 15. *Jul.* 1385.), Enrico de Arena, Canonico di Cambrai (*To.* VIII. *p.* 140. *t. Tom.* X. *p.* 605. *t. Tom.* XIII. *p* 47. *t.*), Niccolò Le Diseur Notajo Apostolico, e Canonico di Noyon (*Tom.* IV. *p.* 88. *t. Tom.* X. *p.* 602.), e Giovanni da S. Martino, Scolastico nella Chiesa di S. Dionigi di Liegi (*Tom.* X. *pag.* 601.), i quali due ultimi aveano già servito il Pontefice Gregorio XI. (*Reg. Bull. Div. A.* VI. *To.* II. *pag.* 422. *t.* 423. *t. Tom.* III. *p.* 491. *t.* 493. *e* 604.) in compagnia de' nominati dal Buonamici, e di questi non nominati, Niccolò da Osimo, Arcidiacono di Andorra nella Chiesa di Urgel, Guglielmo Baronis, Cantore della Chiesa di Bayeux, e Correttore delle Lettere Apostoliche, Lamberto di Enrico de Gebens, Canonico della Chiesa di S. Giovanni di Osnabruk, e Luca della Penna, Dottor di Legge, ed amico del Petrarca, che Secretario Pontificio lo chiama nella Lettera prima del Libro XVI. delle *senili*.

(4) Al margine si è emendata questa data, e posta l'altra 5. *idus Julii*.

(5) Molte delle Bolle di Clemente VII., e di Benedetto XIII., e forse di altri, hanno in fine notato il giorno della spedizione, e quello anche della tradizione della Bolla, con i nomi degli Abbreviatori destinati a tali atti: e le tronche voci *Exp.*, e *T.* voglionsi interpretare *Expedita*, e *Tradita*, ed a questa parola spesse volte si vede aggiunta l'altra *Parti*.

NUM.

Num. XXIII. (1)

16. *Giugno* 1395. *V. pag.* 109.

BONIFATIUS &c. Ad perpetuam rei memoriam.

Cum propter nonnullas annuas pensiones, provisiones, & assignationes per Nos, & nonnullos alios Romanos Pontifices, prædecessores nostros, diversis personis super Censibus per nonnullos nostros, & Romanæ Ecclesiæ in temporalibus Vicarios, Commune Civitatum, Terrarum, Castrorum, & aliorum Locorum, quæ a Nobis, & dicta Ecclesia in Vicariatus tenent, Cameræ Apostolicæ debitis, ac etiam super nonnullis fructibus, proventibus, & juribus in diversis partibus consistentibus ad ipsam Cameram pertinentibus factas, Camera Apostolica, quæ multa onera necessaria subire habet, plurimum sit gravata. Nos volentes super hoc indempnitati ipsius Cameræ salubriter providere, quascumque hujusmodi provisiones per Nos, aut quoscumque prædecessores nostros hujusmodi sub quacumque verborum forma, & ex quibuscumque causis quibuscumque personis, quas præsentibus haberi volumus pro sufficienter expressis, & nominatis, factas (dilectis filiis Francisco de Ramponibus (2), Legum Doctore Bononiensi, & Angelo de Piperno Medico nostro dumtaxat exceptis), præmissis, & certis aliis de causis, quas etiam præsentibus haberi volumus pro sufficienter expressis, auctoritate Apostolica, & ex certa scientia tenore præsentium cassamus, revocamus penitus, & annullamus, easque nullius esse volumus roboris, vel momenti; districtius iisdem Vicariis, & quibuscumque ipsorum fructuum, reddituum, proventuum, & ju-

& jurium Collectoribus, & Succollectoribus, ac aliis, quorum intereſt, tenore præſentium eadem auctoritate inhibentes, ne contra caſſationis, & revocationis noſtrarum hujuſmodi tenorem eiſdem perſonis, vel earum Procuratoribus pro eis (prædictis acceptatis dumtaxat exceptis) aliquid de cætero ratione proviſionum, & aſſignationum hujuſmodi tradent, vel aſſignent, aut tradi faciant, vel etiam aſſignari. Decernentes ex nunc irritum &c. Nulli ergo &c. Datum apud Sanctum Petrum xvi. Kal. Julii Anno ſexto.

P. de Boſco.

De Curia W. Boninc.

(1) *Ex Reg. Bonif. IX. To.* III. *p.* 368. *t.*

(2) Aveagli Urbano VI. aſsegnati 300. annui fiorini pel buon ſervigio, che preſtava alla Sede Apoſtolica l' anno 1388. (*Reg. Tom.* II. *p.* 84. 84. *t.*), i quali furongli confermati da Bonifacio, ed impoſti ſopra del Cenſo, che pel Vicariato d'Imola pagava Lodovico Alidoſi (*Reg. Tomo* III. *pag.* 342. 368. *t.*), e poſcia traſportati ſopra l'altro dovuto da Pino e Cecco Ordelaffi, Signori di Forlì (*To.* v. *p.* 152. *t.*). Sono in iſtampa alcuni ſuoi Conſulti legali, e molti ne ho io veduti anche originali nel Codice 555. della Biblioteca Barberini, ed in uno dell'Archivio Vaticano. Di lui ſi parla dall'Alidoſi, e dal Fabrucci nel Tomo XXIII. degli Opuſcoli del Calogerà alla pag. XXXIX.

NUM. XXIV. (1)

I. *Maggio* 1396. *V. pag.* 109.

BONIFATIUS &c. Dilecto Filio Johanni de Piſcibus, Civi Beneventano, in Artibus, & Medicina Magiſtro, Familiari noſtro Salutem &c.

Quia pro fragilitate conditionis humanæ (2), & imbecillitate etiam proprii ſubjecti ſæpius morbis ſuccumbimus, nec eſt corporis ſanitas negligenda, ad quam, dum adeſt, conſervandam, &, dum abeſt, recuperandam Medicorum fidelium, & peritorum, ac etiam expertorum ſana conſilia, & amicabilis aſſiſtentia, poſt Dei gratiam, poſ-

possunt non pauca utilia conferre, teque multorum testimonia commendant, quod fidelitate præcipua, & caritativo zelo plurimum enitescis, naturali industria præpolles, & sufficienti peritia litterarum, & experientia multipliciter comprobata, adeo ut per extrinseca signa ad morborum qualitates, & causas cognoscendas largitor gratiarum Deus tibi tribuit ingenii promptitudinem, prout etiam sensibus propriis sumus experti, commendabiliter penetrare, & requisitis remediis providere. Nos consideratione præmissorum inducti te in Familiarem, Physicum, & corporalem Medicum nostrum præsentium tenore Apostolica auctoritate recipimus, & aliorum Familiarium, Physicorum, & corporalium Medicorum nostrorum consortio favorabiliter aggregamus. Intendentes quod per hoc omnibus privilegiis, prærogativis, immunitatibus, & indulgentiis gaudeas, & etiam potiaris, quibus alii Familiares, Physici, & corporales Medici nostri gaudent, & quomodolibet potiuntur. Tu igitur sic de bono in melius perseveres, quod merito ad prosequendum te specialibus gratiis, & muneribus inducamur. Nulli ergo &c. hanc paginam nostræ receptionis &c. &c. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Kalend. Maii Anno septimo.

F. de Montepolitiano (3).

G. de mandato D. N. PP. A. de Righa (4).

(1) *Ex eodem Regesto Tom.* IV. *p.* 155.

(2) Cassiodoro nella Formola degli Archiatri, siccome vedremo nelle note al num. XXXV., chiama la Medicina un'arte data da Dio *ad sustentandam humanæ fragilitatis indigentiam*.

(3) Ecco un nuovo Segretario di Bonifacio IX., che al Buonamici non volle mostrarsi. Compose Lettere eziandio per Innocenzo VII., per Gregorio XII., per Alessandro V., per Giovanni XXIII., e per Martino V. Bonifacio nel 1398. mandollo per affari a Perugia (*Reg. Tom.* V. *pag.* 46.), Innocenzo nel 1406. in Lombardia, ed in Romagna (*To.*I. *p.*197. *t.*), Giovanni parimente in Lombardia, ed a Venezia nel 1413. (*Tom.* VI. *pag.* 241. *t.*), e nelle parti d' Italia, e di Lamagna nel 1414. (*Tom.* VII. *pag.* 257. *t.*), e Martino V. nel 1418. ne'Regni di Sicilia (*To.* V. *pag.* 173. *t.*). Giovanni nella Bolla, con cui lo elegge Vescovo di Arezzo, dice chiaramente che era figliuolo di un Giacomo, ma quale il cognome suo si fosse

ſe non ſi ſa, come ne aſſicura Spinello Benci nella *Storia di Montepulciano* (*p. 66.*). L' Ughelli tuttavia, e con eſso il Ciampini (*de Abbr. maj. præſ. pag.* 11.) lo chiamò figliuol di Pietro Ragazzi; nella ſeconda edizione per altro lo fece naſcere da un Giacomo de'Bellarmini, ed ivi il Salvini in una nota lo diede a Giacomo Prendibeni. Il Bicci nella Storia di Caſa Boccapaduli (*p.* 358. *not. a.*), par che voglia aſsolutamente eſcluderlo da' Bellarmini; nè ſi perſuade che da lui diſcendeſse l'altro Secretario Apoſtolico di Martino, Bartolomeo da Montepulciano, che ſi ſa eſsere ſtato figliuolo di un Franceſco (*Reg. Mart. V. Tom.* VII. *pag.* 244. *Arm.* LIII. *Tom.*VIII. *pag.*171. *t.* Bandini *Catal. Codd. Bibl. Laur. Tom.* III. *pag.* 632.), comecchè il Benci nol ſapeſſe. Poteva però eſso Bicci dalla Lettera, che contro coteſto Bartolomeo ſcriſse al Poggio Leonardo Aretino imparare, che il Padre ſuo Franceſco fu un Mercatantuzzo di pochi ſoldi, e che non avea in conſeguenza a far nulla col Franceſco, Segretario Pontificio. Viſſero certamente ad un tempo medeſimo più Franceſchi da Montepulciano, e, ſecondo lo oſservazioni dell' Ughelli (*Tom.* I. *pag.* 428. *e* 430.), furonvi contemporaneamente due Segretarj di tal nome, un de' quali ne' Regiſtri di Papa Martino chiamaſi *F. de Monte Politiano*, e l' altro *F. Aretinus*, perchè Veſcovo di Arezzo: ed ecco d'onde abbia avuta origine la incertezza del cognome di queſto Prelato. Di alcun de' due parla il Mehus alla p. CCCV. della Prefazione alle Lettere di Ambrogio Camaldoleſe, il quale alla pag. CCCLXVII. cita ancora de' ſuoi verſi latini: e tra le Piſtole di Coluccio ſe ne trovano due (*To.*I. *pag.* 170. *e* 171.) dirette a Franceſco da M. Pulciano, cui ſi rendon grazie per lo aver procurato che il Poggio foſse ammeſso tra' Scrittori Pontificj. Il Veſcovo andò a morire nella ſua Patria, ed Eugenio IV. diede ſubito ordine a quell'Arciprete, e ad altri perchè ricuperaſsero i libri, gli arredi ſacri, le gioje, e i danari, che avea laſciati di ragion della Camera, indebitamente perciò occupati dal Fratello, e da' Nipoti di lui (*Reg. To.* VII. *pag.* 32. *t.*).

NUM. XXV. (1)

1. *Giugno* 1396. *V. pag.* 110.

BONIFATIUS &c. Dilecto Filio Paulo de Caloriis, Civi Bononienſi, in Medicina Magiſtro, Phyſico, & Familiari noſtro Salutem &c.

Quam non ſit ſolum utile, quinimo neceſſarium, & humano generi plurimum opportunum medicinalis exercitium facultatis, ipſa condicionis humanæ fragilitas clarius manifeſtat, quæ tot & tantis mutabilitatum diſcriminibus eſt ſubjecta, quod nec poteſt in ſua diu ſanitate conſiſtere, nec ad eam reduci celeriter, a qua ut ſæpius, & de facili labitur abſque remediis, quæ traduntur per hujuſmodi Artis neceſſariæ documenta. Cum itaque,

 ſicut

ſicut multorum relatione percepimus, ſtudiorum tuorum celebres vigiliæ in virum te produxerint in hac facultate peritum, & famoſa tua medicinalium rerum experientia fructus ſalubres languentibus multis attulerit, ſalutaria exhibendo conſilia ad te arte recurrentibus in eadem: præmiſſis, ac ſcientiæ celſitudine, virtutum probitate, morum elegantia, & aliis probitatis tuæ meritis diligenter attentis, te, qui etiam in Artibus Magiſter exiſtis, & quem alias propter ſingularem devotionis affectum, & tuæ fidei puritatem, aliaque merita gratiarum, quæ in te erga Nos, & Romanam Eccleſiam vigere ſentimus, Apoſtolicis favoribus, & prærogativis libenter attollimus gratiæ ſpecialis, motu proprio, non ad tuam, vel alterius pro te ſuper hoc Nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate in Phyſicum noſtrum cum omnibus ſalariis, proviſionibus, libertatibus, privilegiis, immunitatibus, honoribus, oneribus, prærogativis, & aliis conſuetis tenore præſentium gratioſe recipimus, & aliorum Phyſicorum noſtrorum conſortio favorabiliter aggregamus. Ceterum ea, quæ ad tui tranquillitatem, & pacem cedere poſſint, tibi liberaliter concedere intendentes, te, ac etiam bona tua, quæ ubilibet poſſides, ſeu tenes, & impoſterum juſto titulo contigerit te habere, a quacumque juriſdictione ordinaria auctoritate Apoſtolica tenore præſentium motu ſimili prorſus eximimus, & etiam liberamus, teque, ac ea bona ſub B. Petri, & Apoſtolicæ Sedis protectione ſuſcipimus, atque noſtra. Ac tibi etiam indulgemus, ut ſuper aliquibus negotiis, etiam occaſione cujuſcumque contractus, delicti, aut rei, cauſæ, vel negotii, de quo ageretur, coram quibuſvis Judicibus ordinariis, vel extraordinariis, delegatis, vel ſubdelegatis, etiam per Litteras Apoſtolicas quorumcumque tenorum exiſtant, non facientes plenam & ex-

expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, alibi quam coram Camerario Romanæ Ecclesiæ, vel ejus Vicesgerente, qui est, & pro tempore fuerit, conveniri, vel ad judicium trahi nequeas ullo modo, dummodo sis paratus de te conquerentibus super his coram eodem Domino Camerario, seu Vicesgerente ipsius stare juri. Sic igitur continuatis tuæ probitatis operibus studiis virtutum intendas, & per clara tuæ medicinalis artis exercitia te reddas cunctis commendabilem, & etiam fructuosum, quod veritas relatibus suffragetur, & personis curæ tuæ fideliter commissis, & imposterum casibus opportune occurrentibus committendis, commoda sperata, divina tibi gratia suffragante, succedant, tibique exinde cumulus honoris, & laudis accrescat, & a Nobis condigna gratiarum actio, sperataque retributio proveniat meritorum. Nulli ergo &c. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Kalendis Junii Anno septimo.

Jo. de Bononia (2).

G. de mandato D. N. PP. P. de Castro (3).

(1) *Ibid. pag.* 104. *t.*

(2) Questo Giovanni, di cui si è detta alcuna cosa nella nota (2) al n. xx., è il Giovanni di Giacomo, ricordato parimente nella nota (2) al n. xxi., e si chiamò de' Foschi, o Fuschi. Di lui scrive in parecchie sue Bolle Bonifazio, che sempre parla delle grosse somme di danari (furono in tutto 2475. fiorini, e 1200. ducati d'oro di Camera), che per soccorso de' bisogni della Sede Apostolica gli venivano da esso prestate, e dispone perciò del modo, per cui ne fosse ristorato, obbligandogli i Censi dovuti al Fisco Pontificio or da un Feudatario, or da un altro (*Reg. To.* iv. *t. pag.* 50. 94. *t. Tom.* v. *pag.* 85. *t.* 209. 283. 341. *Tom.* vi. *p.* 254. *t. e* 255.). Passò al Chiericato della detta Camera, e con questa dignità lo nominano alcune pergamene degli Anni 1306. e 1309. (*Instr. miscell. Arch. Vatic.*), e con quella di Abbreviatore sotto Bonifacio IX., ed Innocenzo VII. il Ciampini (*pag.* 14. 15. *e* 16.). Niuna di tali cose seppe il Buonamici, necessitato conseguentemente a dover protestare alla pag. 125. *Joannes Bononiensis quid hominis fuerit, invenire nunquam potui; sed* Secretarium *Bonifacii IX. fuisse constat ex duplici* Instrumento, *quod habetur in Codice Bibliothecæ Vaticanæ*.

(3) Fu noto al Ciampini *pag.* 14.

Num.

Num. XXVI. (1)

6. Aprile 1399. V. pag. 107.

BONIFATIUS &c. Ad futuram rei memoriam.

Probatæ dilectionis affectus, quem Angelus quondam Manuelis natus Judæus in Regione Transtyberim de Urbe commorans, Chirugicus, & Familiaris noster erga personam nostram gerere comprobatur, promeretur, ut iis, quæ pro suis, ejusque natorum, & ei attinentium commoditatibus concessa, & facta sunt, ut illibata consistant, Apostolici muniminis adiiciamus firmitatem. Sane petitio pro parte dicti Angeli Nobis nuper exhibita continebat, quod olim Regimina dictæ Urbis provide attendentes, quod præfatus Manuel, dicti Angeli genitor, ipseque Angelus tam in arte Cirurgiæ, quam alias Romano Populo, & singularibus personis ejusdem Urbis diversa obsequia impenderant, & impendere non cessabant, eos, nec non natos dicti Angeli, & nonnullos alios ei attinentes, tunc expressos, ab omnibus datiis, collectis, subsidiis, præstantiis, angariis, & perangariis, quæ Universitati Judæorum in dicta Urbe commorantium pro tempore imponerentur, seu alias ab eis per quamvis personam quidquid in quovis modo exigi posset, liberarunt, & liberos, exemptos, ac immunes esse voluerunt. Et cum singulis annis pro Ludo in Agone, & Testacia (2) faciendo præfati Universitas Judæorum mille centum & triginta florenos monetæ Romanæ eisdem Populo solvere teneantur, nonnulli Officiales dictæ Urbis dictos Manuelem, Angelum, filios, & attinentes solutionis hujusmodi noluerunt esse participes, sed consen-

senserunt eisdem, quod Angeli, & filiorum prædictorum vita durante, ipsi ad solutionem hujusmodi minime tenerentur, nec ad id compelli possent; & nihilominus præfati Officiales contemplatione ipsorum Manuelis, & Angeli de hujusmodi summa 1130. florenorum eosdem triginta florenos defalcarunt, statuentes quod de cetero, vita Angeli, & filiorum prædictorum, ut præmittitur, durante, de hujusmodi Ludo mille, & centum floreni dumtaxat per Universitatem Judæorum prædictorum solverentur. Et deinde nonnulli alii etiam dictæ Urbis Officiales prohibuerunt, ne aliquis sub certa pæna tunc expressa occasione cujusvis exercitus, seu cavalcatæ, equos, sive roncenos ipsorum Angeli, & filiorum reciperet, seu receptos teneret, concesseruntque eisdem præfati Officiales nonnullas alias libertates, immunitates, honores, & exemptiones, quæ omnia confirmata, prout in autenticis Litteris, dictorum Officialium sigillis munitis, quarum tenores de verbo ad verbum præsentibus inseri fecimus, plenius continetur. Quare pro parte dicti Angeli Manuelis fuit Nobis humiliter supplicatum, ut libertatibus, honoribus, immunitatibus, & exemptionibus prædictis, ac omnibus aliis, & singulis in eisdem Litteris contentis robur Apostolicæ confirmationis adiicere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque hujusmodi supplicationibus inclinati exemptiones, honores, immunitates, & libertates, ac omnia alia, & singula in eisdem Litteris contenta rata habentes, & grata, ea tam Apostolica, quam dominii temporalis dictæ Urbis, quo fungimur, auctoritatibus, & ex certa scientia confirmamus, ratificamus, & approbamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in præmissis. Mandantes insuper universis, & singulis Magistratibus, & prædictorum Ludorum

rum Agonis, & Testaciæ Camerariis (3), & aliis quibuscumque Officialibus præfatæ Urbis tam præsentibus, quam futuris quovis fungantur officio, quatenus omnia & singula in infrascriptis ordinamentis expressa, & etiam alias, honores, immunitates, exemptiones, & commoda, quæ per Officiales dictæ Urbis eidem Manueli, & Angelo ejus filio, fuerunt quomodolibet concessa, vel impensa, ac sub pænis in eis contentis debeant inviolabiliter observare. Tenores autem dictarum Litterarum tales sunt.

Nos (4) Laurentius de Sanguineis Miles, Nicolaus de Porcariis (5), Angilellus Johannis Angeli unus ex Executoribus justitiæ infrascriptæ Societatis, & Nardus Bernardi (6) Gubernatores pacis, libertatisque Reipublicæ Romanæ, & Angilellus Johannis Angeli prædictus, Mangiante Petri Speciarii (7) Executores justitiæ, Nuntius Cecchi Leonardi, Angelus Stephani Petri Cecchi, Jacobellus Pecoronis, & Lellus de Montanariis quatuor Consiliarii felicis Societatis Pa. & Ba. (8) Urbis, volentes, ut ex officii injuncti debito tenemur, circa almam Urbem, & Romani Populi commodum, & augmentum intendentes, & maxime illos habere Cives, & incolas, per quos nostra Respublica, Romanique Cives utilitatem capiant, & profectus, & in eorum opportunitatibus debitum juvamen inveniant, per quod tam contentas, quam sospites conserventur. Cum ad nostram notitiam veridica relatione pervenerit, quod Magister Manuel, & Magister Angelus filius ejus, Judæi Cirurgici in eorum arte peritissimi, qui cotidie Romanis Civibus fecerunt, & faciunt multa servitia, & sunt in Urbe utilissimi, præcipue cum ipsi sint Medici dictæ nostræ Societatis, & curare debeant homines Societatis prædictæ, ut patet in capitulis, & ordinationibus ipsius Societatis, & cotidie præfatæ Societati bene, & fideliter serviant, adeo gra-

gravantur a Judæis, & aliis in collectis, & datiis, angariis, & perangariis, & aliis oneribus, quod in Urbe commode, vel quiete habitare, seu morari non valeant. Idcirco propter grata multa servitia, quæ ipsi Romanis Civibus fecerunt, & faciunt, & parati sunt facere in futurum, & quia sunt multum utiles propter ipsorum artem Cirugiæ, ut materiam habeant facilius persistendi in servitiis supradictis, & ne propter gravamina, quæ eis imponi consuevere indebite, causam habeant recedendi ab Urbe, volumus, & ordinamus, ac ipsis Magistris Manueli, & Angelo hanc immunitatem præsentium tenore concedimus ex potestate nobis tam Gubernatoribus, quam Executoribus justitiæ, & quatuor Consiliariis concessa a Romano Populo in publico parlamento, seu publicis parlamentis, & omnibus via jure & forma, quibus melius possumus, quod ipsi Magister Manuel, & Magister Angelus, & quilibet ipsorum sint immunes ab omni datio, seu collecta, subsidio, seu præstantia, seu quocumque alio nomine appellentur, angariis, & perangariis, & aliquid solvere, seu facere non teneantur, nec ad aliquid gravari possint quocumque modo tam per Universitatem, & Communitatem Judæorum, quod (*sic*) excommunicatione, interdictis, seu quocumque alio modo, quam per quamcumque aliam personam quocumque modo, jure, vel causa. Et ipsi, seu alter ipsorum, ipsorumque uxores, sorores, filii, & filiæ, nurus non teneantur, nec cogi possint portare tabarrum (9), guarnellum, seu quodcumque aliud genus vestimenti, vel signum, quod alii Judæi tam ex forma Statutorum Urbis factorum & faciendorum, quam capitulorum, & ordinamentis, ac reformationibus, vel ex quacumque consuetudine portare tenerentur, & ad nullam pænam teneantur occasione prædicta, nec cogi possint ad aliquam pænam

 sol-

ſolvendam, ſi dicta veſtimenta, vel ſigna, ſeu (*ſic*) alterum ipſorum gravaverint, ſeu moleſtaverint, ſeu gravari, vel moleſtari fecerint aliter, quam ut ſupra dictum eſt, talis gravatio, & moleſtia in dampnum ipſorum, quibus hæc immunitas conceſſa eſt, nullos de jure ſortiatur effectus, & quod nullus hanc ordinationem, & conceſſionem poſſit propterea revocare aliquo colore quæſito, nec ei poſſint tam per Officialem Populi Romani, quam per quoſcumque alios perpetuo derogari. Datum in Domibus noſtræ reſidentiæ die penultima menſis Aprilis, XIV. Indictione (*). Laurentius Scriba Senatus, Johannes de Malalinguis Scriba Senatus, Antonius Laurentii Notarius Societatis mandato dictorum Executorum, & quatuor Conſiliariorum, Matheolus Saxi Notarius Dominorum Gubernatorum.

Nobiles & circumſpecti Viri Cecchus de Pelegrinis Romanus, Paulutius Meoli, & Johannes Octabiani Executores (10) Cameræ Urbis, Senatus officium exercentes ſecundum formam Statutorum Urbis, decreto, & auctoritate ſacri Senatus (11), Bartellucius Sutor, & Paulus Com̄ Banderenſes, Jannolus Matheoli Infant. Cola Pauli Sabelli, Antonius Factoris (12), & Johannes Jannocci quatuor Conſiliarii fe. So. Ba. & Pa. Urbis ex poteſtate, & juriſdictione, ac arbitrio, & balya eis conceſſis, & tributis a Romano Populo in publico parlamento, quia Magiſter Manuel, & Magiſter Angelus ejus filii Judæi Cirurgici, prout omnibus fuit, & eſt manifeſtum, tam retroacto, quam moderno, & præſenti tempore fecerunt, & faciunt Romanis Civibus impenſa, & munera occaſione dictæ eorum artis Cirugiæ, & in dicta eorum arte fuerunt, & ſunt curiales, & benigni, & libenter gratis (13) ſerviunt, & pauperibus, & egenis

(*) 1376.

nis in medendo ſubveniunt, & pecunias exigere non curant, & in prælibata eorum arte fuerunt, & ſunt peritiſſimi: & propter eorum merita, & ſervitia illata Civibus Romanis per eos, fuerunt (*ſic*) præfatis Magiſtro Manueli, & Magiſtro Angelo ejus filio conceſs. per nobiles Viros Dominum Laurentium de Sanguineis Militem, Nicolaum de Porcariis, Angelillum Johannis Angeli unum ex Executoribus juſtitiæ infraſcriptæ, & Nardum Bernardi, olim Gubernatores pacis, & libertatis Reipublicæ Romanorum, & Angelillum Jo. Angeli prædictum, Magnate Petri Spetiarii dudum Executores juſtitiæ, Nucium Cecchi Leonardi, Angelum Stephani Petri Cechi, Jacobellum Pecoronis, & Lellum de Montenariis, olim quatuor Conſiliarios felicis Societatis Pa. & Ba. Urbis publicum privilegium immunitatis, & exemptionis ab omni decima, ſeu collecta, ſubſidio, ſeu præſtantiis, angariis, & parangariis, quas, & quæ tam Romani Cives, quam etiam Judæi habitantes in Urbe ſoliti fuerunt, & erunt præſtare tunc, & in futurum, prout de prædictis apparet publicum privilegium, & ſolemnis ſcriptura manu publicorum Notariorum, cujus privilegii, exemptionis, & immunitatis prædictæ vigore dictus Magiſter Manuel, & præfatus Magiſter Angelus ejus filius pro dativa, & impoſita, quam ſoliti fuerunt, & ſunt ſolvere Judæi, & Judæorum Univerſitas Romano Populo, & Cameræ Urbis pro Ludis Agonis, & Teſtaciæ, videlicet mille centum triginta florenos tempore, quo facti fuerunt, & fuerunt dicti Ludi per Univerſitatem dictorum Judæorum (*ſic*) fuerunt oppreſſi, vexati, & moleſtati, denegando dicto Magiſtro Manueli, & Magiſtro Angelo audientiam officii Hebraici ſecundum legem Moyſis, ita quod voluit, & volunt, oportuit, & oportet eos ſolvere partem eos contingentem de decima, & im-

 poſita

posita prædicta. Quapropter præfati Magistri Manuel, & Angelus volentes recessare oppressionem, & vessationem dictæ decimæ, & impositæ, proposuerant velle se se ab Urbe removere, & absentare, & ad alias partes eorum iter dirigere cum eorum familia, secundum quod dicti Domini fidedignam perceperunt relationem. Quæ absentatio dictorum Magistri Manuelis, & Magistri Angeli, si fieret, ut prædicitur, in dampnum, & detrimentum non modicum resultaret Romano Populo, & Civibus Romanis, cum fuerint, & sint in eorum arte peritissimi, & erga Romanos Cives gesserint, & gerant maximam affectionem, & Romanis Civibus servire non denegent: & non esset magnum, quod si dicti Magistri, ita in eorum arte peritissimi, provisionem earum personarum perciperent, & haberent a Camera Urbis maximam quantitatem florenorum, ad dandum materiam eis residendi in Urbe, quod se se ab Urbe nullo modo absentant, sed potius in ea remaneant & persistant, & ibidem, prout hactenus fecerunt, de bene in melius servitia conferant Romanis Civibus. Et quia quilibet debet captare, & desiderare, quod Romana Civitas sit bonis Magistris Cirugicis, & in eadem arte peritis decorata, & quia Judæorum Universitas occasione dativæ, & impositæ prædictæ fuit, & est nimis oppressa & gravata, & quia propter penuriam & guerras, quæ in dicta Urbe, & in ejus districtu, ac partibus circumstantibus affuerunt, & viguerunt, prædicta Universitas Judæorum ad paupertatem, & egestatem fuit, & est reducta, propter quæ non modicum, vel quasi nullum subsidium habere possit dicta Universitas Judæorum pro solutione prædictorum a circumstantibus Judæis, ut solitum fuit per tempora retroacta. Volentes ergo dicti omnes Domini Præsidentes ex potestate nostra, arbitrio, jurisdictione, & balia prædicta

in

in prædictis, & circa prædicta de opportuno remedio providere, pro consolatione, & auxilio, & favore Romanorum Civium, quos oportet ab eorum percussionibus, & vulneribus, & aliis necessariis ab ipsis Magistro Manueli, & Magistro Angelo mederi, statuerunt, decreverunt, & ordinaverunt, quod de suprascriptis quantitatibus mille centum triginta florenos, quos soliti fuerunt, & sunt solvere dicti Judæi, & Judæorum Universitas pro dictis Ludis, & occasione dictorum Ludorum, diminuantur, & releventur dicti xxx. floreni pro parte contingente, & qua contingere posset in quacumque quantitate dictos Magistrum Manuelem, & Magistrum Angelum, & eorum hæredes, & successores, aut esset magna, aut parva quantitas de dictis mille centum triginta florenis imperpetuum occasione impositæ, & dativæ prædictæ. Ita quod dicta quantitas dictorum mille centum triginta florenorum reducantur, & reducti sint ex nunc in antea decreto, & auctoritate sacri Senatus, balia, jurisdictione, & arbitrio supradictis ad quantitatem mille centum florenor. tantum, dumtaxat toto tempore vitæ dictorum Magistri Manuelis, & Magistri Angeli, & filiorum masculorum filiorum dicti Magistri Angeli: Ita quod dicta Universitas Judæorum non teneatur solvere occasione dictorum Ludorum, nisi dumtaxat mille centum florenos auri tantum, & non ultra, & quod ab inde supra Officiales, qui pro tempore fuerint, Universitati dictorum Judæorum non valeant, nec possint, nec debeant petere, vel exigere: & quod dicti Magister Manuel, & Magister Angelus, & eorum hæredes sint, & esse debeant perpetuo exempti, & liberi a dativa, & impositione prædictis, a solutione dictorum florenorum solvendorum pro dictis Ludis, & ab omni alia dativa, collecta, imposita, præstantia, vel angariis, & perangariis impositis, & imponendis dictæ Uni-

Universitati Judæorum quomodocumque, & qualitercumque. Et sint exempti supradicti Magister Manuel, & Magister Angelus, & eorum hæredes ab omni debito contracto, seu contrahendo per Universitatem Judæorum prædictorum quomodolibet cum quibuscumque eorum Creditoribus, & Civibus Romanis ex quacumque de causa. Et quod Universitas dictorum Judæorum nullo tempore valeat, nec possit dictos Magistrum Manuelem, & Magistrum Angelum, & eorum hæredes, & successores occasione dictæ impositæ, & dativæ, & solutione dictorum florenor. pro dictis Ludis, & cujuscumque alterius impositæ, & dativæ, & debitis supradictis quoquo modo molestare, & vexare, vel molestari, & vexari facere in personis, nec in bonis, nec eis officium Hebraicum secundum legem Moysis denegare, vel contradicere, & eis quomodolibet inferre aliquam molestiam, seu contradictionem ratione, & vigore eorum legis, & officii ad pænam infrascriptam tollendam, exigendam, & applicandam, ut infra declaratur. Et quod unusquisque Camerarius, seu Camerarii dictorum Ludorum Agonis, & Testatiæ, qui pro tempore fuerint, pro dictis florenis habendis pro dictis Ludis dictam Universitatem Judæorum, & ipsos Judæos ratione dictorum triginta flor. diminutorum, ut supra est dictum, non debeant molestari, vel gravari facere, & de prædictis ad pænam, & sindicatum non teneantur. Et qui contrafecerint in prædictis incurrant in pænam quingentorum flor. vice qualibet de facto exigendi, & auferendi cuicumque contrafacienti in prædictis per quoscumque Officiales Romani Populi regentes officium Senatus, vel per quemcumque Senatorem, & quoscumque Officiales Urbis, & Cameræ Urbis applicand. ad pænam centum flor. de suo salario tempore eorum Sindicatus per Camerarium Cameræ Urbis

bis retinendo. Et voluerunt, & mandaverunt, & declaraverunt dicti Domini expresse ex potestate, & balia supradicta, quod supradictum statutum, sive ordinamentum non valeat, nec possit per aliquos Officiales tam Romani Populi, quam Societatis prædictæ quoquomodo revocari, cassari, & annullari, & si quis contrafacere temptaverit, voluerunt in supradictam pænam recurrere modo, quo supra, exigendam, & auferendam. Cum supradicti Domini Præsidentes super prædictis habuerunt colloquium quam plurimum fide dignorum Civium, & cum eis declaraverunt pro meliori, quod dictum capitulum, statutum, seu decretum fiat, ut superius notatur, & ad fidem & cautelam omnium prædictorum ad perpetuam rei memoriam hoc præsens Privilegium duximus concedendum, & sigillandum sigilli sacri Senatus, & etiam sigillo dictæ Societatis, & ipsum subscribi jussimus per infrascriptum Notarium sub Anno Domini 1385. Pontificatus Domini Urbani Papæ Sexti Indictione VIII. Mensis Augusti die octavo. Laurentius Scriba, Johannes de Magān Protonotarius, Antonius Guidolini Not. Societatis. Indictione VIIIJ. Mensis Septembris die 12. positum fuit, & affixum in præsentia Privilegium supradictum sigillis Capitum Regionum Urbis, de mandato, licentia, & voluntate Nobilium Virorum Rentii Jacobi, Nicolai Oddonis de regione Montis, Nutii Johannis Gabrielis de regione Trivii, Petri Pauli Sciarræ de regione Columpnæ, Petrutii Lelli Lallis de regione Campimartis, Sabbæ Archi Sabbæ de regione Pontis, Paulucii Colæ Johannis Pauli de regione Parionis, Petri Pauli de Rostis de regione Arenulæ, Tayni de Vercosis de regione Sancti Eustachii, Petri della Sarsara de regione Pineæ, Cecchi Nardi Bastidæ de regione Campitelli, Jacobelli Rencii Nonciani de regione Sancti

cti Angeli, Cecchi Colusii de regione Ripa, & Boni Nelli Johannis Cecchi de regione Transtyberim, Capita regionum Urbis, quae in praesenti privilegio assumpserunt, & constituerunt cum omnibus contentis in eo, & de eorum mandato fuit per Notarium subscriptum Petrus Manni de mandato dictorum Capitum regionum ad fidem. Nulli ergo &c. hanc paginam nostrae confirmationis, ratificationis, approbationis, communitionis, suppletionis, & mandati infringere &c. Si quis autem &c. Datum Romae apud Sanctum Petrum VIII. idus Aprilis Anno decimo.

F. de Montepolitiano.

Gratis de mandato D. N. PP. Jo: de Tremosinis.

(1) *Ex Reg. eod. Tom.* v. *pag.* 270.

(2) Una curiosa descrizione di tali Giuochi del Secolo XIV. ci ha data il citato Autore della Storia di Casa Boccapaduli (*p.* 589.), e in un Codice di Casa Albani si trova cert'Operetta, che io non so ora dire se sia stampata, la quale ha questo titolo: *Il vero progresso della Festa d'Agone, et di Testacio celebrata dalli Signori Romani nel giovedì, et nel lunedì di Carnovale dell'anno* 1545., *come solevano fare li antichi Romani col vero significato delli Carri triomphali*. Si veda la Storia della Chiesa di Sant' Alessio del Ch. Padre Nerini (*pag.* 226. *num.* 8. 439. *num.* 45.). Urbano V. nel 1284. protestò solennemente con una Bolla *ad perpetuam* contro la forza, che i Romani adoperavano, obbligando i vicini Luoghi a mandar Uomini per tali Feste (*Reg. de Indult. A.* VI. *p.* 13.). Anche gli Ebrei di Roma si tennero molto gravati per ciò, e fu Martino V., che avendo pietà della miseria della lor Sinagoga, gli accordò di poter porre in contribuzione quella medesimamente dello Stato, e questa grazia fu da Paolo II. approvata, e confermata (*Arm.* XXIX. *Tomo* XXXVI. *pag.* 77. *t.*).

(3) De' Camerlinghi deputati a tali feste parlano gli antichi Statuti di Roma manoscritti, e stampati, nel terzo Libro de' quali sono inseriti più Capitoli spettanti a' Giuochi di Piazza Navona, e del Testaccio.

(4) Servirà grandemente questo pubblico documento a farci ben conoscere la forma del governo politico, ch'ebbe Roma nel 1376. e 1385., e che ritenne per più altri anni dopo. Furono perciò in quelle Magistrature alli 18. di Ottobre del 1377. Bartolomeo da Narni Vicario, e Luogotenente di Gomezio d'Albornozzo Senatore, Niccolò de' Porcari, Antonio di Lello Guerroni, e Giovanni di Tocio Ilperini Conservatori della Repubblica Romana, Nucio di Cola Vecchi, Cecco di Giovanni Egidiozi, Stefano di Giovanni Salerni, e Tommaso di Romaoli quattro Consiglieri della fel. Soc. de' Pavesatori, e Banderesi, Pietro Centurelli, e Lorenzo, cognominato Boccavecchia, Esecutori della giustizia, e Giovanni di Cencio, detto Bufalo, de' Cancellieri uno de' tre deputati alle guerre, essendo assenti, ed infermi i due altri suoi Colleghi Lorenzo di Nardo Amelernino, e Pietro Centurelli. Alli 10. di Novembre dell' anno istesso era Senatore Guidone de Prohinis (così nella original pergamena due volte, e così in un' altra dell' Archivio Vaticano, lasciando stare i monumenti, che nomina il Buluzio: però è certo, che questi fu de' Proini, e non de' Brobini, siccome vuole il Signor Conte Vendettini *Stor. del Senato pag.* 326.), ed

ed erano Conservatori, ed *Antepoſti* alle guerre i soprannominati, Romanello di Giovanni Orso, e Antonio Maschio Esecutori della giustizia, Nardolo di Gocio di Pietro Donato, Giacomello Fantino, Pietro di Giovanni della Corte, Giacomello di Pietro Speciario quattro Consiglieri &c. De' primi si ha memoria nello istrumento, con cui il Popolo Romano mandò due suoi Procuratori Silvestro Muti, e Mattiolo di Sessa degli Amatesti ad accettare le capitolazioni, che Gregorio XI. avea proposte, per pacificare esso Popolo col Prefetto Francesco di Vico, e cogli aderenti a lui Lodovico, e Giovanni di Sciarra de' Prefetti (*Inſtr. Miſc. in Arch. Vatic.*), e gli altri si trovano nell' atto pubblico, che i detti Romani fecero quando confermarono solennemente, ed approvarono il *laudo*, ed *arbitrio*, che per tal cosa diede il Papa in Anagni alli 30. di Ottobre (*Arch. Arc. S. Ang. Arm.* IX. *Capſ.* VI. *num.* I.). Il monumento è insigne per più titoli, ed è appena accennato dal Contelori (*de Præfectis Urb. p.*84.): al Baluzio pervenne alcun sentore di tal trattato, ma non seppe quando questo si conchiudesse, perchè altrimenti non avrebbe asserito, che il Prefetto non venne nella buona grazia del Papa prima del Mese di Novembre (*Vitæ PP. Aven. T.* I. *pag.*1196.).

I seguenti sono i nomi de' Governatori della Città nel Settembre del 1391. Nardo di Bernardo Speciario, Callisto di Lucio Callisti, Antonio di Lorenzo di Giacomo Sordo Conservatori della Camera, esercenti l'officio del Senato, ed Amministratori dell'officio della pace, e della guerra, Biagio del Papa, Andreoccio Tuttobueno Banderesi, Sclavo di Giovanni Ceccarelli, Altiero di Coraduccio, Pietro Paolo di Nucio Sassi, Sabba Paolo quattro Consiglieri della detta Società. Nel Marzo del 1392. questi, Cecco Testa, Giannotto Primocerii, Nucio di Cola Orso Conservatori come sopra, Lucio di Giovanni Gottifredi, Giovanni Agostini Banderesi, Cecco di Gio: Paolucci, Paolo Magalotti, Nucio di Gabriele, Buczarone di Napoleone quattro Consiglieri &c.: e questi nell'Agosto del 1393. Oddone di Cecco di Fulco, Pietro di Sabba Giuliano, Pietro della Sassara Conservatori &c., Giovanni di Stefano Pacche, Gio: di Lorenzo Paluccetti Banderesi, Biagio di Tuzio di Nardo Macii, Giovanni di Cola di Giovanni Vari, Gio: Picco, Paolo di Pietro Miccini quattro Consiglieri &c. Si hanno tutti in alcune capitolazioni, e concordie stabilite tra il Senato, ed il Pontefice Bonifazio IX. (*Reg. Tom.* I. *p.* 344. *t. To.* II. *pag.* 289. *Tom.* III. *pag.* 146.): e piacerà sommamente agli amatori della Storia de' bassi Secoli l'aver quì raccolti i nomi di tanti illustri Romani.

(5) Quanta considerazione mai ci si richiede del continuo a non voler essere tratti in errore dalla *omonimia* delle persone! Scrissi in una nota alla pag. 308. del primo Volume, che gli Statuti di Roma, de'quali ivi fu messo discorso, debbono antecedere l'anno 1362., perchè in questo morì un Niccolò Porcari, da me creduto quel medesimo, che insiem con altri, nominati nello esordio, compose i detti Statuti. Ecco ora nel 1376. un secondo Niccolò della stessa famiglia, che i ricordati diplomi pongono per Conservatore eziandio nell' anno 1377. Se questi, e non quegli, ebbe mano a tal opera, non potrem più affermare, mancandoci l'ajuto di altre prove, che dessa fosse fatta in ogni modo prima del 1362.; ed essersi fatta anzi posteriormente potrebbe alcun sospettarlo per le Magistrature Urbane, che s' incontrano in un luogo, che ho pur citato (*p.* 294.), le medesime affatto, che le recate nella nota precedente. Aggiungo ora che il Porcari ebbe compagni nel lavoro, infra gli altri, anche Giovanni Ilperini, Pietro Centurelli, e Giovanni Ottaviani: i primi due furono di Maestrato con questo Niccolò, siccome accennai, nel 1377., ed il terzo ci comparirà fra poco tra' Conservatori della Camera Romana all'anno 1385. Ma sono eglino poi questi sicuramente i Compilatori degli Statuti? Io mi guarderò ben di asserirlo dopo l'abbaglio già preso.

(6) E' egli forse quel Nardo di Bernardo Apotecario, o Speciario, come spesso si nomina, del Rione di Ponte, che fu uno de' Banderesi nel 1378. a tempo della elezione di Urbano VI., per la quale diede un suo attestato solenne, e favorevolissimo alla libertà del Conclave, di cui due esemplari si conservano nell'Archivio (*Arm.* LIV. *Tom.*XIV. *p.* 4. *Tom.* XXXVII. *pag.* 142.). Il Baluzio lo ha citato due volte insieme colle deposizioni di più altri Ro-

Romani *(Tom. cit. p.* 1286. *e* 1289.*)* , ma non ha detto che fosse in difesa dello Eletto . Nell'A. 1391. lo vedemmo poc'anzi tra' Conservatori di Roma, ignorati dal Conte Vendettini , che niun Magistrato pose in detto anno , e nel seguente : e trovossi ancora in quella dignità con Oddone di Cecco , e con Dionigi Millini nel Marzo del 1399. , siccome rilevo da una Lettera , che loro scrisse alli 19. di quel Mese Bonifacio IX. , perchè volessero onorare *supraveste , armis , & insignibus P. R. , & aliis circa hæc fieri solitis* il Cavalier Angelo da Monte S. Maria in Giorgio , che avea lodevolmente esercitata la carica di Luogotenente dell'officio del Senato , dalla qual si partiva allora , per essere stato dal Pontefice eletto Senatore Zaccaria Trivisano *(Reg. Tom.* v. *pag.* 122. *)* . Fu similmente uno de' dieci Governatori della Camera di Roma nel 1404. ricordati nella Concordia d'Innocenzo VII. *(Reg. Tom.* 1. *pag.* 83. *t.* Rainaldi *ad A.* 1404. *n.* XVI. *)* , e dal Diarista Antonio di Pietro *(* Muratori *S. R. I. Tom.* XXIV. *pag.* 974. *)* , che ha lasciato di nominar Pietro Tartaro del Rione della Pigna , di cui però fa menzione nell'anno appresso , siccome di Nardo nuovamente *(p.* 976. 977. *)* .

(7) Sembra che fosse Fratello di Giacomello di Pietro Speciario del Rione di Ripa , Consigliere della Società de' Banderesi nel Novembre del 1377. Il detto Diarista all' A 1407. ha registrata la morte del figliuolo di un Giacomello Speciario del Rione di Ponte *(pag.* 985. *)* .

(8) Questa Società è nominata ancora nello Statuto di Tivoli al c. 23. del Lib. 1. Vedi il citato Diario alla pagina 989. De' *Pavesatori* fa menzione in una sua Bolla il lodato Bonifazio IX. *(T.* v. *p.* 61. *t.)* , e a' *Banderesi* scrive una Lettera in nome dei Fiorentini Coluccio Salutati *(Tom.* 1. *pag.* 58. *)* .

(9) È antico di molto l'obbligo imposto agli Ebrei di portare alcun segno nelle vesti , per cui fossero e subito e dovunque distinti da' nostri : ed il general Concilio Lateranese IV. sotto Innocenzo III. , che prescrisse tal marca solennemente , parla di essa come di cosa in assai luoghi usitata . Onorio III. *(Reg. A.* v. *n.* 580. *)* , e Gregorio IX. *(A.* v. *n.* 10. *)* spedirono Bolle per la osservanza di quel decreto ; e così fecero posteriormente altri Papi , e più Concilj . Il segnale poi *dioristico* fu vario secondo le varie costumanze de' Luoghi, ed in Roma nel Secolo XIV. , e nel seguente richiedevasi per ciò un *tabarro* rosso , siccome dicono gli Statuti , che ho citati alla pag. 294. , e mi è nota una Bolla d'Innocenzo VII. *(Tom.* II. *pag.* 186. *t.)*, che libera due Ebrei dalla necessità di recarsi in dosso *cappam rubeam , seu tabarrum* : nel Secolo XVI. andò l'ordine a tutti di portare un berettino giallo . Nel Reame di Francia , dove fu necessario che lo stesso Innocenzo scrivesse a' Vescovi verso la fine del 1215. , *ut permittant Judæos talem gestare habitum , per quem possint inter Christianos decerni , nec ad talem portandum compellant , per quem possent vitæ discrimen sustinere* (così in un frammento dell' Indice , o della Rubricella delle Lettere dell'A. XVIII. e XIX. di quel Pontefice , che pur è di molto conto , non essendosi esse Lettere conservate) in Francia, dissi , ne' Secoli XIII. e XIV. avevano costoro *in medio pectoris signum rotæ , cujus circulus erat latitudinis unius digiti , altitudo vero unius dimidii palmi de canna* , come si esprimono parecchi Concilj citati dal Du-Cange *(V. Judæi* e V. *Rota)*; e par bene che cosa somigliante a questo usassero gli Ebrei in Rimino , ed in S. Arcangelo , dispensandone il Camerlingo alcuni di que'Luoghi l'A. 1534. *a delatione litteræ O, vel bireti crocei (Arm* XXIX. *T.* LXXXIV. *pag.* 153. *pag.* 246. *)* .

(10) Così dice il Codice , ma vuolsi leggere *Conservatores* , e così trovasi nel Registro di Martino V. dov'è quest'atto pubblico riportato *(Tom.* VI. *pag.* 80. *t.)* .

(11) I Conservatori , che nell' Aprile del 1385. ci ha dati esso Conte Vendettini *(pag.* 60. *)* sono Cecco Tasca , Paolo di Stefano Meoli , e Cecco Alperini : tre altri ne reca diversi da questi , che governavano nel Decembre ; dal presente diploma imparasi , che il secondo , ed il terzo si mantenevano nella dignità anche nell' Agosto , e che l'Alperini dee dirsi Pellegrini . Il Meoli è forse quel Lello Meoli , che morì nel 1387. *(* Galletti *Inscr. Tom.* III. *pag.* 411. *)* .

(12) Il spesso nominato Diario di Antonio di Pietro all'A. 1405. *(pag.* 978. *)* fa menzione della Casa di Antonio dello Fattore nel Rione di Ponte , che fu distrutta , ed arsa .

(13) Il

(13) Il Platina tra le ſentenze di Pio II. riporta ancor queſta, *Bonos Medicos non pecuniam, ſed bonam valetudinem ægroti quærere.*

NUM. XXVII. (1)

22. *Giugno* 1399. *V. pag.* 111.

BONIFATIUS &c. Dilecto Filio Magiſtro Angelo de Pergula, Civi Peruſino, Artium, & Medicinæ Doctori, Familiari noſtro Salutem &c.

Grata tuæ familiaritatis, & devotionis obſequia, quæ Nobis, & Apoſtolicæ Sedi hactenus impendiſti, & adhuc ſollicitis ſtudiis impendere non deſiſtis, ac virtutes eximiæ, quibus perſonam tuam tam familiari experientia, quam etiam fidedignorum teſtimonio novimus inſignitam, merito Nos inducunt, ut erga perſonam tuam noſtræ liberalitatis dexteram extendamus, & proinde eo promptius eiſdem obſequiis intendas, quo te per Nos cognoveris propenſioris munificentiæ gratia communiri. Hinc eſt, quod Nos tibi proviſionem annuam quadringentorum flor. auri de Camera per te ſuper, & de Cenſu annuo, quem dilecti filii Commune, ac Populus noſtræ Civitatis Peruſinæ, in eadem Civitate pro Nobis, & eadem Eccleſia in temporalibus Vicarii Nobis, & Apoſtolicæ Cameræ in feſto Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum annuatim ſolvere tenentur (2), recipiendam, tuiſque commoditatibus applicandam auctoritate Apoſtolica uſque ad noſtrum beneplacitum tenore præſentium aſſignamus, eiſdem Communi & Populo, nec non dilectis filiis Conſervatoribus monetæ dicti Communis tam præſentibus, quam qui pro tempore fuerint diſtricte præcipiendo mandantes, quatenus proviſionem hujuſmodi tibi, vel certo tuo Nuncio, ad hoc ſufficiens

 man-

mandatum habenti, in dicto festo proximo futuro, & ex tunc singulis annis, dicto beneplacito durante, in eodem festo integre solvere studeant cum effectu. Nos enim tibi eosdem Populum, Commune, Conservatores, ac singulares personas de his, quæ propterea ab eis receperis, nostro & ejusdem Cameræ nomine quitandi, & perpetuo liberandi plenam eadem auctoritate concedimus potestatem; ac volumus, eademque auctoritate decernimus, quod hujusmodi solutio, quitatio, & liberatio perinde ubique habeantur, ac si præfati Populus, & Commune ratione dicti Census in Romana Curia, & Camera prædictis certam summam Gentibus ejusdem Cameræ persolvissent, ipsæque Gentes eos de sic solutis legitime liberassent, & quod ea, quæ tibi propterea solverunt, ut præfertur, in solutione dicti Census per eos, ut præmittitur, debiti, per Gentes ipsas plenarie dedúcatur. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum decimo Kal. Julii Anno decimo.

F. de Montepolitiano.

G. de mand. D. N. PP. Jo. de Borizow.

(1) *Ibid. pag.* 194.

(2) Fu Urbano VI. che infeudò al Vescovo, ed a' Cittadini medesimi la Città, e Bonifazio IX. rinnovò tale investitura alli 15. di Maggio 1493. (*Reg. Tom.* III. *pag.* 252. *t.*).

Num. XXVIII. (1)

30. *Luglio* 1399. *V. pag.* 111.

BONIFATIUS &c. Dilectis Filiis Prioribus Artium, nec non Conservatoribus Monetæ Communis nostræ Civitatis Perusinæ Salutem &c.

Volumus, & per Apostolica vobis scripta præsentium tenore mandamus, quatenus summam duorum milium, &

600.

600. flor. auri de Camera Nobis, & Cameræ Apostolicæ pro residuo trium milium flo., de quibus tribus mil. flor. quadringentos flor. per alias nostras certi tenoris Litteras dilecto filio Magistro Angelo de Pergula, Medico, & Familiari nostro, pro ejus pensione duximus assignandos, pro Censu præfatæ Civitatis pro anno proxime præterito, finito in festo Apostolorum Petri & Pauli de Mense Junii proxime elapsi per vos debitorum, non obstante quacumque alia assignatione de dicta quantitate trium mil. flor. hactenus dilecto filio Nobili viro Lando de Moriconibus, Domicello, & Mercatori Lucano, per Nos facta, quam assignationem ex certa scientia tenore præsentium revocamus, dilecto filio Nobili viro Paulo de Ursinis, Domicello Romano, nonnullarum Gentium nostrarum armatarum Capitaneo, aut ejus Procuratori, speciale mandatum habenti, dare ac solvere teneamini cum effectu. Nos enim dicto Paulo, ac ejus Procuratori, ad receptionem hujusmodi per ipsum Paulum specialiter constituto, & utrique eorum in solidum vos, & dilectos filios Commune, ac Populum, & singulares personas præfatæ Civitatis de dicta summa duor. mil. sexcent. flor. auri de Camera, ut supra præfertur, debitorum, de iis videlicet, quæ ipse Paulus, vel ejus Procurator prædictus receperit nostro, & præfatæ Cameræ nomine quitandi, liberandi, & plenarie absolvendi plenam concedimus tenore præsentium facultatem. Volumus autem quod de his, quæ præsentium vigore solvi contigerit, duo confici faciatis consimilia publica documenta, quorum altero penes vos pro vestra cautela retento, reliquum ad dictam Cameram quantocius destinare curetis. Datum Romæ apud S. Petrum 3. Kal. Augusti Anno decimo.

F. de Montepolitiano.

De Curia H. Berghos.

(1) *Ibid. pag. 215. t.*

NUM.

Num. XXIX. (1)

1399. *V. pag.* 111.

Item cum ex quamplurimis relationibus tam Ambaxiatorum (2) Communis Perusin., quam qui morem jamdiu traxerunt, & nunc qui assunt in Curia Romana, & nonnullorum aliorum Civium est, quod in Curia Romana non est aliquis Civis, vel Forensis, qui totis viribus operas prestet, & avocet apud aures Sanctissimi Patris, quam Magister Angelus de Pergula, qui ut plurimum reputatur Civis Perusinus, & ne dum secrete, sed palam semper insistit coram SS. PP. Domino Nostro, & ejus Cardinalibus, & toto Collegio pro aumentatione, & conservatione, & manutentione boni & pacifici presentis popularis status Civit. Perus., & libertate dicte Civitatis, & ut non possit allegari, nec dici Commune Perus. esse ingratum nec vitio ejus ingratitudinis . . . . ., & ut idem Magister Angelus qui est Medicus, & curam habet Sanctissimi Domini Domini Nostri Domini Bonifatii PP. Noni, & propter ejus salarium percipiendum dictus Sanctissimus Pater assignavit pro ejus salario percipiendo eidem Magistro Angelo cccc. florenos auri, fiet gratia de parte census, quem idem Dominus noster PP. debet recipere a Com. Perusin. annuatim, ut dicti cccc. flor. auri persolvantur per Commune Perusin. eidem Magistro Angelo annuatim de dicto Censu, & de summa Census, & quantitatis Census exhibendi, & ut idem Magister Angelus sit magis cautus, & tutus de salario predicto, & quantitate sibi persolvenda annuatim super introitibus & communantiis Communis Perusin. Idcirco volentes dicti Domini Priores, & Ca-

& Camerarii, ut congruit, in predictis providere, & salubre dare remedium, deliberatione habita inter Dominos Priores &c. & hodie exhibitis consiliis inter Dominos Priores, & Camerarios &c. & misso, & obtempto partito, nulla nigra in contrarium reperta, ex omnibus arbitriis &c. ut Populus Perusinus possit conservari sub filiatione, & gratia Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Bonifatii Pape Noni, & Sanctissime Matris Ecclesie, & ex omnibus aliis arbitriis &c. ordinaverunt, statuerunt, & reformaverunt, quod presentes Domini Priores habeant, & habere intelligantur facultatem, bayliam &c. obligandi, & concedendi eidem Magistro Angelo, vel alteri pro eo, omnem communantiam, atque gabellam pertinentem ad Commune Perusinum, vel partem ipsarum communantiarum, & gabellarum, tam venditarum, quam vendendarum, vel aliter colligendarum per Officiales deputatos, vel deputandos pro illa quantitate florenorum, & provisione, quam dictus Magister Angelus debet, & debebit recipere in, & pro provisione, quam idem Magister Angelus tenetur recipere vigore Bulle Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Bonifatii Pape Noni usque ad quantitatem cccc. floren. auri dand. pro quolibet anno excomputand. de Censu, & quantitate solvenda per Commune Perusin. eidem Summo Pontifici annuatim secundum formam capitulorum pacis &c.

(1) *Ex Annal. decemvir. Civ. Perus. A.* 1399. *pag.* 157.

(2) Erano questi Pietro di Francesco Dottor di legge, Paolino di Ceccolo, e Bartolomeo di Vito, che nel Gennajo, Febbrajo, e Maggio dell' anno 1399. ebbero dal Pontefice tre Salvocondotti (*Reg. Tom.* V. *pag.* 92. 110. 121.).

NUM.

Num. XXX. (1)

18. *Maggio* 1400. *V. pag.* 99.

Excellentissimo Artium, Medicine Doctori Magistro Francischo . . . . . de Senis Sapientes Studii Civitatis Perusin. salutem, & prosperos ad vitam successus. Quoniam saluti humani generis ad egritudines expellendas divina bonitas jam providit de Ministro reparande Nature, qui Medicus appellatur, de fama vestri Magisterii quamplurium fide dignorum in arduis comprobati plenam nos fiduciam obtinentes, fidemque sumentes indubiam de vestra expertissima scientia. Vos igitur Christi nomine cum consensu, presentia, & voluntate magnificor. DD. Priorum Artium Civitatis Perusine, nemine discordante, vigore nostri arbitrii nobis in hac parte concessi, virtute Adunantie generalis, & per formam Statutorum Communis Perusin. in Medicum nostri Communis ad legendum, & pratichandum in Studio, & Civitate, & districtu nostris pro tempore trium annorum prox. futur., incipiend. quandocumque veneritis ante diem decimam quintam Mensis Junii post presentium presentationem anno quolibet, cum salario quatringentorum quadraginta quinque florenorum de auro solvendorum vobis a Camera nostri Communis, a Conservatoribus Monete dicti Communis, de quibus solvetis gabellam ad rationem duor. solid. denar. pro libra qualibet: pro quo quidem salario tenemini, & debetis legere, & pratichare, & omnia alia facere, ad quė tenemini, & debetis per formam Statutorum Communis Perusin., & maxime Studii Perusin. Rogantes benivolentiam vestram, quod non inspecta paucitate salarii, sed eligentium electione pensa-

ta

ta velitis electionem ipsam liberaliter acceptare. Et tandem in dictos quindecim dies dicti Mensis Junii prox. vent. a die presentationis presentis finaliter respondere. In quorum omnium testimonium ultra rogati Notarii de his plenarie rogati has litteras sigillatas Sigillo Communis Perusini solito vobis per presentem presentationem destinamus. Datum Perusie die XVIIIJ. Mensis intrantis Maii Millesimo quadringentesimo.

(1) *Ex iisdem Annalibus A.* 1400. *pag.* 85. *t.*

Num. XXXI. (1)

23. *Aprile* 1404. *V. pag.* 113.

BENEDICTUS &c. Dilecto Filio Francisco Ribalta Clerico Majoricensi Magistro in Medicina, Physico, & Familiari nostro, ac dilectæ in Christo Filiæ Agneti (3) ejus Uxori Salut. &c.

N. Clemeng. (2).

Eximiæ devotionis affectus, quem ad Nos, & Romanam geritis Ecclesiam promeretur, ut in his, quæ animarum vestrarum salutem respiciunt, votis vestris, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus. Vestris itaque supplicationibus inclinati, ut quilibet idoneus Sacerdos secularis, vel religiosus vobis, quotiens expedierit, ministrare valeat Ecclesiastica Sacramenta, fel. rec. Clementis PP. V. prædecessoris nostri, & alia qualibet constitutionibus contrariis nequaquam obstantibus, jure parochialis Ecclesiæ, & cujuslibet alterius semper salvo, auctoritate vobis præsentium indulgemus. Nulli ergo &c. Datum apud Sanctum Victorem prope Massiliam Nono Kalend. Maii Anno decimo.

(1) *Ex Reg. Ben. XIII. Antip. To.* v. *pag.* 221.

(2) Non i soli ricordati alla p. 19. furono i Secretari di Benedetto XIII., ma anco il famosissimo Scrittore Niccolò de' Clemangis (*de Clemengis e Clamengis* si nomina sempre ne' Registri) , Pietro Bosquerii , Pietro Soriani Canonico di Barcellona , e da prima Ricevitore de' danari della Camera (*Lib. Official. Bened. XIII. p.* 170.) , Giuliano de Loba , che fu una volta esso pure Ricevitore come il Soriani , Tesoriere del Contado Venesino (*Arm.* XXIX. *Tom.* IV. *p.* 121. *t.*) , e Reggente dell'Officio del Camerlingo , fatto alli 21. di Gennajo del 1418. (*Reg. To.* XI. *p.* 76. *t.*) A. de'Belencini, Francesco Rovira della Diocesi di Tortosa Baccelliere in Decreti , e Custode del vasellame (*Vascellæ*) dello Antipapa (*Lib. cit. Official. p.* 179.) , Bertoldo , che è forse lo stesso Bertoldo , che fu Segretario di Gregorio XII. , spesso sottoscritto alle Bolle di lui , ed Antonio Vescovo di Calamona nell'Isola di Candia , eletto da Bonifazio IX. alli 23. di Giugno del 1396. (*Lib.* LI. *Obligat. p.* 145. *Reg. Bonif. IX. in Arch. Dat. A.* V. *To.* X. *p.* 70. Mansi *Concil. Tom.* III. *p.* 1069.) ; questi fu uno degli Assistenti della Camera sotto Alessandro V. (*Arm.* XXXIV. *T.* IV. *p.* 2.) , da cui , o anzi dal successor suo Giovanni XXIII. ritiratosi , si diede a seguir Benedetto , che lo fece Arcivescovo di Creta alli 24. di Gennajo del 1415. (*Tom.* XII. *p.* 47. *t.*) , e alli 21. pur di Gennajo del 1418. Reggente della Cancelleria , nel posto di Guigo Flandrini Arcidiacono di Majorica , che per affari dovea in quel tempo allontanarsi dalla Curia (*Tom.* XI. *p.* 13. *e* 123.) . Il Le Quien non lo nomina mai dove parla de' Vescovi di quell'Isola , e il Senator Cornaro dice soltanto di averlo incontrato ne' monumenti della Cancelleria Calamonese fino all' A. 1399. (*Cret. sacr. Tom.* II. *pag.* 142.) .

(3) A questa donna alli 12. di Luglio del 1415. furono pagati certi danari *in recompensationem quamplurium servitiorum per eam impensorum D. N. Papæ , suendo , & lavando pannos ejus lineos* (*Cod.* LXX. *An.* XXI. *Ben. XIII. ex Arch. Avenion. pag.* 219.) , ed altri alli 6. di Febbrajo dell'Anno seguente *pro omnibus operibus lineis per eam factis , & sutis in toto tempore præterito , ex quo incepit D. N. PP. servire usque nunc ;* ed allora pagò essa medesima la prima *annata* , che dovea pel Canonicato di Majorica Pietro Cambini suo nipote (*Cod.* LXXI. *A.* XXII. *ex eod. Arch. pag.* 624. *t.*) .

Num. XXXII. (1)

Agosto 1404. *V. pag.* 115.

In Nomine Domini Amen.

Anno ejusdem salutifere Nativitatis 1404. Indictione XII. Mensis Augusti diebus infrascriptis . Universis & singulis , ad quorum noticiam infrascriptorum tenor deveniet , innotescat , quod anno a Nativitate Domini , Indictione predictis , & die Martis quinto Mensis Augusti spectabilis Miles Dominus Guilelmus de Moduliono , Cambellanus , Consciliarius , & Collegatus in hac parte Serenissimi Principis , & Domini Nostri D. Karoli Regis Francorum , & cum

cum eodem Rev. Pater Magister Christianus de Altaripa de Tornaco, sacre Theologie Professor, Ordinis Heremitarum Sancti Augustini, Prior Conventus Parisiensis, atque nobilis & sapiens vir Dominus Jacobus de Gambarana, legum Doctor, Civis Saonensis, venientes ad Civit. Saonen. presentem pro parte Regis Domini Nostri, atque illustris, & magnifici Domini D. Johannis Lemengre, dicti Bousicaut, Marescalli Francie, ejusdem Domini Nostri Regis Locumtenentis citra montes constituti (2), in domo Ancianie solita Civit. Saonensis presentaverunt egregiis, & sapientibus viris Dominis Petro Lavoraben Potestati, Parmenio de Stephanis Priori, Jacobo Forcherio, Jacobo de Sigestro, Johanni de Tacio, Bartolomeo Bencio, Batiste Conradengo, & Georgio Grixo Ancianis, & Gubernatoribus Civitatis Saonensis, presente me Notario publico, & Testibus infrascriptis, Litteras credenciales ex parte dicti Domini Nostri Regis, in quarum epigrammate pendenti sub Sigillo Regio scriptas in pergameno in earum cauda taliter legebatur. Dilectis & fidelibus Nostris . . . . Potestati & Conscilio Ancianorum Civitatis nostre Saon. Et post earum dissigilacionem, & aperturam ab intra earum continencia talis erat. Ex parte Regis Domini Januen. Dilecti ac fideles. Certa vobis per dilectos, & fideles Guillelmum de Menglon, Militem, Cambellanum, Michaelem de Salva in Civili, Guigonem Flandrini in Canonica Juribus professores, Conscilliarios, nec non nobilem Merigotum Bremundi, Scutifferum, Ambassiatores nostros exponenda comissimus, que multum insident cordi nostro, quorum verbis fidem date, & circha ea sic nostris ortaminibus nostri contemplatione inclinetis, quod per hoc nostram gratiam peramplius acquiratis, in hoc Nobis non modicum placituri. Dat. Parisius die XII. Martii. Et subsequenter alias

 Litte-

Litteras illuſtris Domini Mareſcalci, & Locumtenentis predicti, in quarum epigrammate ſcriptum erat. Prudentibus viris Petro Lavoraben Poteſtati, & Ancianis Saonen. nobis cariſſimis Mareſcallus Francie, & Regius Locumtenens; & ab intra tenor ipſarum pro ſeriem talis erat. Mareſcallus Francie, & Regius Locumtenens. Cariſſimi venit ad vos, & ad Civitatem illam ſpectabilis miles Dominus Guillelmus de Milhono Cambellanus, & Conſciliarius, ac Legatus Sereniſſimi Domini Noſtri Regis pro ſummo, pioque opere, quod vobis exponet, quod quidem ſicut optimum, & neceſſarium Chriſticolis eſſe cognoſcitur, ita ſummo opere & Regi, & nobis eſt cordi, nec in aliquo magis, quam in hoc obſequi, aut complacere poteſtis regie voluntati, nec profecto rem nobis graciorem facere. Itaque vos affectu maximo rogantes hortamur, quatenus ſicut per ea, que de veſtra devotione, & fide, ardentique zelo ad res continuo vidimus regias, plene & certe confidimus, ita in hoc honeſtiſſimo, & cunctis laudando & appetendo negocio acquieſcat, & obſequamini eidem regie juſtiſſime voluntati: hiis etiam que idem Dominus Guillelmus vobis noſtra parte retulerit fidem dantes. Dat. Janue 1404. (3) die 3. Auguſti.

Quibus Litteris ab eiſdem Dominis Poteſtate, & Ancianis Saone de manu ejuſdem Domini Guillelmi receptis quanta reverentia decuit, ipſiſque appertis, & perlectis eorum mandato per infraſcriptum Henricum Dominici Notarium, & Communis Saone Cancellarium, & ab eis plenius intellectis, prenominatus Miles ſpectabilis, Cambellanus, Conſciliarius, & Legatus Regius ſub earum credentia ejus legationem exponens propoſuit, atque dixit, qualiter Sereniſſimus & Chriſtianiſſimus Dominus noſter D.Karolus Rex Francorum, ſancte & laudande

de memorie Domini Karoli Genitoris ſui, & ceterorum Progenitorum ſuorum veſtigia imitatus, cupiens ſummo opere, & affectans dampnabile, & perniciofum Siſma, tamdiu in Dei Eccleſia, & inter Chriſticolas induratum, totis conatibus evellere, & radicitus extirpare, non videns de preſenti, rebus ſic ſe habentibus, prout habent, plagam ſeu partem aliquam unde, & cum majori commoditate optatum negotium eliminationis hujuſmodi Siſmatis valeat perducere ad effectum, quam de iſta ſibi ſubdita Patria Januenſi, ſuffragante ſibi ad hoc illius gratia, cujus res agitur, & oppinione Univerſitatum, & Populorum quamplurium non de minoribus Civitatibus Italie requirebat, & ortabatur Communitatem Saonen. quatenus, quemadmodum illa fuerat principium dominationis regie in hac Patria (4), eatenus vellet dare principium ad extirpandum penitioſiſſimum Siſma predictum, & cum ipſo Rege multifaria, & ſufficientiſſime ſuper hoc declarato in eadem oppinione perſiſtere, & adherendo Sanctiſſimo Patri Domino Benedicto Pape XIII., idem cum ipſo Domino Noſtro Rege credere, & ſentire, oppinionem ejus tenere, eundemque Dominum Benedictum, ut verum, & unicum Papam electum canonice habere, ſummumque, & univerſalem Paſtorem Romane Eccleſie, & caput orthodoxe Fidei reputare, & ſuper hoc cum univerſis aliis ſubditis regiis Regni ſui, & innumerabilibus de Regnis aliis ſuper adheſione hujuſmodi concordare infinitas rationes, & demonſtrationes ore jam dicti Reverendi Magiſtri Chriſtiani excellentiſſime inducendo. Super quibus etiam hortabantur, & eoſdem inſtantiſſime requirebant pro parte illuſtris Domini Mareſcalli predicti, & quod ſuper hujuſmodi requiſitione, cum citius foret poſſibile, penſata negocii qualitate, eidem D. Mareſcallo, Locumtenenti regio eorum voluntate delibera-

te

te ſuper hoc curarent prebere reſponſum. Ipſi vero Domini . . . . Poteſtas, & . . . . Anziani ſuperius nominati, legatione hujuſmodi reverenter, & attente audita, circumſpicientes requiſitionem regiam hujuſmodi, & hortamen fore rem non parvi ponderis, reſponderunt eiſdem, quod ſuper hoc opportebat conſulere majorem numerum Officialium, & Civium dicte Civitatis, & quod ob hoc aliquos de majoribus accerſerent, cum quorum conſcilio, & participatione procederent in hoc facto, & cum hoc illa vice ipſi Domini Legati receſserunt abinde. Acta fuerunt hec in loco dicto ſuperius, preſentibus nobili viro Johanne Vegerio, & Henrico Dominici Notario, Civibus Saonen., teſtibus vocatis, & rogatis ad predicta.

Poſtea vero ipſa eadem die 5. Auguſti prenominati Domini . . . . Poteſtas, & . . . . Anciani immediate ſumpto prandio, vocatis ad ſe quam pluribus ex majoribus & ſapientioribus Civibus Civitatis Saonenſis predicte, & in eorum conſpectu lectis per dictum Henricum Dominici Notarium Litteris credencie ſupradictis, expoſitaque, & declarata eiſdem per egregium Dominum Poteſtatem predictum, & ſubſequenter per nobilem Virum Parmenium de Stephanis, Priorem dicti Officii expoſita eis, & declarata requiſitione facta Communi Saonenſis, ſub illarum credencia pro parte Domini Noſtri Regis, & ſui Locumtenentis predicti, ſiſcitatum fuit per eos a dictis Civibus ibidem congregatis quid, & qualiter foret in hujuſmodi negotio procedendum. Qui ſuper hoc mature conſulentes, unanimiter reſponderunt, quod talia, tantique ponderis notificari opportebat Conſcilio quinquaginta duorum, ordinario videlicet Civitatis predicte, & ſecundum quod per illos ordinaretur, poſtea deberet ad ulteriora dictarum hortacionis regie, & requiſicionis pro-

procedi. Et ita determinatum extitit fieri debere; propter quod ordinatum fuit congregari dictum Consciliium ad diem Mercurii proxime tunc sequentem, sextam scilicet dicti Mensis voce preconia, ut est moris. Quibus in unum convenientibus in loco predicto, prenominati Domini . . . Potestas, &. . . Prior dicti Officii subsequenter iterum in conspectu dicti Conscilii, & quorumdam aliorum Civium specialiter eidem Conscilio adjunctorum exposuerunt ibidem requisitionem, quam Serenissimus Dominus noster predictus, ipsiusq. Locumtenens faciebant Communi Saonensi juxta legationem eis expositam per supradictum spectabilem Militem Dominum Guillelmum, ipsos instantissime requirentes, ut super hujusmodi materia consulerent, & tractarent quid & qualiter habendum esset in hoc negotio, & quid deliberandum, & respondendum foret ad requisitionem predictam. Ipsi autem Consciliarii, & alii requisiti super hac materia multis collationibus, & collucucionibus habitis ad invicem cum se ipsis attendentes pondus tanti, & tam magni pendendi negocii tangere non mediocriter omnes Cives, & districtuales Saonen., & quod, testante Juris regula, quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari, consuluerunt, voluerunt, & deliberaverunt, quod die Veneris proxime tunc futura citarentur, & vocarentur ad Conscilium, & Parlamentum generale dicte Civitatis in Palatio Communis usque ad numerum trescentorum de magis electis Civibus dicte Civitatis. In quo per eundem Dominum Legatum Regium palam exponeretur ejus legatio, & requisicio regia omnibus ibidem astantibus tam requisitis specialiter, quam quibuscumque volentibus interesse, & secundum quod ibi obtineretur ulterius procedi, & fieri deberet: & sic effectualiter factum fuit.

Ad-

Adveniente igitur dicta die Veneris ordinata, scilicet octava Mensis predicti, existentibus congregatis in unum sono cornu & campane, ut est moris, de mandato dicti Domini Potestatis ex commissione Dominorum Ancianorum, & deliberacione dicti Conscilii ordinarii Civitatis Saonen., omnibus de dicto Conscilio generali, & aliis specialiter requisitis, alteriusque Populi ejusdem Civitatis multitudine copiosa: lectis iterum, & ibidem suprascriptis Litteris credencie Serenissimi Domini Nostri Regis, ac etiam Illustris Domini Marescalli predicti, & ad inteligentiam cunctorum datis sermone vulgari. Spectabilis Miles Dominus Guillelmus Legatus Regius supradictus ejus legationem notabiliter exponens, & post ipsam requisitionem regiam exhortando, elloquentissime, & composito sermone latino Reverendus Magister Christianus Prior Parisien. predictus autoritates theologicas, & alias innumerabiles adducendo, hortati fuerunt, atque ex parte regia, & sui Locumtenentis predicti requisiverunt instanter omnes & singulos ibidem astantes, & per eos universos Cives, & districtuales Civitatis Saone, quatenus ob Dei reverentiam, ac in complacentiam Domini Nostri Regis, ejusque Locumtenentis predicti se reducere deberent, & vellent, & in totum adherere credencie, & opinioni regie, habereque, & reputare Sanctissimum Dominum Benedictum Papam XIII. in verum Pastorem universalis Ecclesie, summumque Romanum Pontificem canonice electum, & in terris unicum Vicarium Jesus Christi, sibique obedientiam prestare, quemadmodum faciebat Serenissimus Rex noster predictus, & melior pars totius Christianitatis, ut ex hoc scisura cessaret cessante deinceps Ecclesia Sancta Dei, & unio solida & perfecta inter cultores Fidei catolice haberetur, & quod unusquisque de ibidem astantibus libere super hoc diceret velle

le ſuum. Quibus verbis ſolempniter expoſitis dicte Congregationi per eundem ſpectabilem Militem Dominum Guillielmum, iteratiſque latius per Reverendum Magiſtrum Chriſtianum predictum, & noſtro vulgari ydiomate poſtmodum explanatis per egregium Legum Doctorem, Dominum Jacobum de Gambarana Commiſſarium ſupradictum, ad hec tranſmiſſum pro parte dicti Domini Locumtenentis, omnibus fere de Conſcilio, & Congregatione predictis laudantibus conſulentibus & approbantibus palam & publice reductionem adheſionis predicte, & ſcrutatis ſuper hoc vocibus ſigillatim univerſorum ibi aſtancium, concurrencium in ejuſdem oppinionis voluntate, per Dominos . . . Poteſtatem & . . . Priorem Ancianorum predictos concluſum tandem extitit, & firmatum, quod omnes & ſinguli Cives, & diſtrictuales dicte Civitatis Saon., tamquam fideles ſubditi, & devoti Sancte Matris Eccleſie, oppinioni Sereniſſimi Domini Noſtri Regis in hac parte, quam veram juſtam reputant atque ſanctam, volentes cum ipſo uniformiter agere, adhereant, & ad Dei omnipotentis reverentiam, & pro ipſorum animarum ſalute ad honorem, & ſtatus augmentum dicti Domini Noſtri Regis, & in complacentiam ipſius, & ſui Locumtenentis predicti ad hobedientiam Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Benedicti Pape XIII. ſe reducant, & preſentibus ſe reducunt, ſibique ab hac hora in antea tanquam Chriſti Vicario, & B. Petri Apoſtoli ſucceſſori, ac Romano Pontifici obediant, & intendant, obediunt, & intendunt, atque intendere, & obedire omnino in poſterum diſponunt, ac obedient, & intendent (5). Publicationem tamen ſolempnem hujuſmodi eorum reductionis, & adherencie ordinationi prefati Domini Locumtenentis Regii per omnia, & ex integro ſubmittentes, & committentes, ac deliberantes hujuſmodi reductionis
 de-

determinationem intimari, reſponderi, & referri debere eidem Domino Mareſcallo, & Locumtenenti predicto per quatuor Cives, & Ambaſciatores Civitatis Saon. per dictos Dominos . . . Poteſtatem, & . . . Ancianos dicte Civitatis cum octo aliis Civibus eorum Conſcilio adjungendis de ipſorum numero per ipſos ſpecialiter eligendos. In quorum omnium fidem, & teſtimonium preſens publicum Inſtrumentum per infraſcriptos Nicolaum Natonum, & Henricum Dominici Notarios fieri mandaverunt ſigilli Communis Saonen. impreſſione munitum. Acta fuerunt ultima hec in Civit. Saon. in Palatio Communis, in quo Poteſtas reſidet, in aula audientie cauſarum Anno, & Indictione quibus ſupra, preſentibus ſupraſcriptis circumſpectis, & ſapientibus viris Dominis Guillielmo de Medulione Milite, Conſciliario, & Cambellano Regio, Fratre Chriſtiano de Altaripa ſacre Theologie Magiſtro, & Jacobo de Gambarana, Bondo de Lanfreduciis Vicario Communis Saon. legum Doctoribus, Auguſtino Rebaglino, & Franciſco de Placentia Preconibus Communis Saonenſis teſtibus vocatis ſpecialiter ad predicta.

Ego Nicolaus Natonus publicus Apoſtolica Gregorii, & Imperiali auctoritatibus Notarius Saonen., Secretarius Domini Noſtri Regis Francor. preſens litterarum credentie ſupraſcriptarum preſentacioni, earumque receptioni, expoſitioni, legationis requiſitioni, reſponſioni, conſilio, & ordinationi, propoſitioni, conſultationi, interrogationi, reſponſioni, concluſioni, deliberationi, adheſioni regie oppinionis, & reductioni, aliiſque ſupraſcriptis, dum ſic, ut ſcriptum eſt, in dicta Civitate Saone per Dominos Officiales, & Conſiliarios dicte Civitatis Saone agerentur, & fierent una cum prenominatis teſtibus interfui, eaque ſic vidi fieri, & audivi, & exinde mandato Do-

Dominorum .... Poteſtatis, & .... Ancianorum Saon. hoc publicum Inſtrumentum compoſui, quod feci ſcribi per alium variis negociis prepeditus, hicque manu propria me ſubſcripſi, meiſque ſigno ſolito, & nomine roboravi in teſtimonium premiſſorum.

Ego Henricus Dominicus Civis Saon. publicus Imperiali auctoritate Not. predictis omnibus interſui, rogatuſque tanquam Cancellarius Communis Saon. redegi in actis Cancellarie Communis Saon. de mandato Dominorum Poteſtatis, & Ancianorum predictorum, & preſens Inſtrumentum de ipſis rogat. recepi ſimiliter cum Nicolao Notario ſupradicto, licet per alium ſcriptum fuerit propter frequentiam, & nimiam occupationem, in quorum teſtimonium hic manu propria me ſubſcripſi, & ſignavi ſolito ſigno meo.

(1) *Ex Orig. membr. Arch. Vatic. inter Inſtr. miſcell.*

(2) Così lo chiama anche l' Annaliſta Stella (Murat. *S.R.I. To.*XVII. *p.*1187.), che dà conto del ſuo arrivo in Genova alli 31. di Ottobre del 1401., e de' ſuoi egregi, ed ornatiſſimi coſtumi, e della molta pietà, che lo portava ad aſcoltare due Meſſe al giorno (*pag.* 1191.). Nel Regiſtro di Benedetto XIII. (*To.* X. *p.* 3. *t. e pag.* 22.), ed in quello di Gregorio XII. (*Tom.* I. *p.* 324. *t.*) ſi hanno delle Lettere, che queſti Papi gli ſcriſſero in più occaſioni: e nel Catalogo degli Officiali del primo (*p.* 194. *e* 194. *t.*) s' incontrano de' Serventi d'Armi, eletti perchè da lui raccomandati. Giovanni XXIII. gli ſcriſſe parimente una Lettera alli 2. di Febbrajo del 1411. per redimere, ſecondo il deſiderio, che avea egli medeſimo moſtrato, alcuni Caſtelli del Contado Veneſino, impegnatigli per non ſo qual preſtanza di danari da Benedetto (*Reg. To.* IV. *p.* 160. 161.). Il Rainaldi ricorda in aſſai luoghi le di lui impreſe militari, e la voglia ch'ebbe una volta di occupar Roma.

(3) Un'altra Lettera pur di queſt'anno del Mareſciallo Le Meingre al Doge di Genova ci ha conſervata lo ſteſſo Annaliſta (*pag.* 1203.).

(4) V. l'Annaliſta citato pag. 1150.

(5) Coſtui ci ha detto ancora della obbedienza preſtata da' Savoneſi a Benedetto (*loc. cit. pag.* 1205.). Quelli di Albenga gliela preſtarono alli 20. dello ſteſſo meſe di Agoſto, e tra le citate pergamene dell' Archivio trovaſi l' iſtrumento eziandio di tal coſa; dal qual ſi vede come i Meſſi, e Predicatori del Re di Francia corſero ſubito a catechizare queſta Città, condotta che ebbero nel lor partito Savona, eſſendo arrivati in Albenga poco prima di quel giorno.

Num. XXXIII. (1)

22. *Ottobre* 1404. *V. pag.* 115.

1404. die 22. Octobris . In Dei Nomine Amen . Convocatis , & appositis ad presentiam Illustris , & Magnifici Domini Johannis Lemeingre , dicti Bouciquaut , Marescalli Francie , Locumtenentis Regis , & Januensium Gubernatoris pro Serenissimo Rege Francorum , Domino Janue , & venerandi Consilii Antianorum , ac Officii provisionis Januen. , multis ex melioribus Civibus Januensibus in Sala magna Palacii novi Communis Januen. , ex ordinatione ipsorum Domini Gubernatoris , Consilii , & Officii , & lecta , & exposita per me Julianum Panizarium Notarium , & Communis Januen. Cancellarium in personis ipsorum Domini Gubernatoris , Consilii , & Officii posta continentie subsequentis . Venerandi Cives & optimi , sicut scitis , aliasque vobis notificavimus , Serenissimus , & Christianissimus Dominus Noster Rex , non degenerans fide , atque virtute a suis Christianissimis Progenitoribus , qui quantum pre ceteris Mundi Principibus protectioni , honoribus , saluti , & exaltationi sancte , & unice Dei Ecclesie laboraverint , & fideliter intenderint , omnibus viventibus satis patet , jamdiu studuit summa cum cura , operamque omnem possibilem dedit non sine maximis laboribus , & impensis , quod ipsa Dei Ecclesia longo jam tempore impie lacerata scismate uniretur , quod scisma sicut Prelatorum viciis , & sceleribus ortum , nutritumque est , ita Christianorum Mundi Principum , & Communitatum nimia negligentia , atque ignavia in tam longum tempus est productum cum inexcusabili infamia nominis Christiani , unde tribulationes , contra-

tradictiones, & mala dissidia, quibus cunctos fere Christianos videtis implicitos, & provenisse, & in longum produci quis dubitat? Et contuens ipse Serenissimus Dominus Noster Rex dictorum Prelatorum Ecclesie pervicaciam contra dictum ejus piissimum, sanctissimumque propositum ea reverentia nota vobis apposuit, per que Beatissimum Papam Benedictum, quamvis eum verum, & indubitatum Papam etiam cognosceret, adduxit, & animavit, ut & renunciare Papatui, & alia omnia facere usque ad mortis receptionem inclinaverit, firmiter dispposuerit, que unitioni dicte Ecclesie faciant, in qua sancta dispositione perseverat. Itemque misit ad vos idem Dominus noster Rex, & hanc suam dilectam Communitatem pro felici consumatione dicti piissimi operis Legatos suos cum requisitionibus honestissimis, alias vobis expositis, scilicet quod dicto ejus sancto proposito faveremini, & opinioni credulitatis ejus adherere vellemus, super quibus requisitionibus consultum deliberatumque pro tunc fuit, sicut notum est vobis. Postea vero Legati (2) ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Pape Benedicti, in dicta firma dispositione perseverantis, impetrato cum maxima difficultate Salvoconductu (3) a Papa Bonifacio, Romam se ad ejus presentiam contulerunt, & eidem in Cardinalium suorum presentia, & magne partis Romani Populi die 29. Septembris legationem sibi commissam exposuerunt, & vias opportunas, rationabiles, & honestas, ymo necessarias ad dictum scisma sedandum aperuerunt, nullam quarum dictus Papa Bonifacius, in sua ostinatione continuus, voluit approbare, & requisitus ab ipsis Legatis, utrum aliquem modum sciret, qui conveniret dicte unioni Ecclesie, trunche, & precise se nullum modum, nullamque viam velle dicere, aut dare respondit (4). Postquam responsionem irracionabi-

nabilem, &, si eam bene considerare velimus, inhumanam, una sola die vixit, quoniam prima die mensis presentis vita privatus est, & dum eadem die Legati predicti Roma discedere vellent, capti indigne fuerunt (5), suis spoliati bonis, & inique tractati, in carceres inclusi in carcere Sancti Angeli indecore sunt, rupta fide data sibi Salviconductus (6), qui etiam, ut inter Infideles moris est, debuissent legationis officio esse tutissimi. Post siquidem mortem predictam Romanus Populus in duas divisus partes, & aliqui Cardinales Neapolitani, qui Papatum inter se retinere, tanquam rem hereditariam, pertinaciter volunt, armis contendunt, & vi facere volunt, quod a pura, & libera mente debet procedere: & non aliter in hoc Dei negocio procedunt, quam si Tirannum deberent Rome proponere. Reverendissimus autem Dominus Cardinalis de Flisco tales mores predictorum considerans atque abominans, qui sane a Dei Ecclesia alienissimi sunt, & divine institutioni contrarii super electione Summi Pontificis, & similiter Reverendus Dominus Archiepiscopus Januen. cum tanta parte Cleri, quanta requirere ad talia opus est, multisque sacre Theologie Magistris gratia divina respersi querere voluerunt subtiliter, & prudenter, utrum Beatissimus Benedictus predictus sit verus Papa, nec ne, & multa invicem collatione facta, visisque attestationibus cunctorum Cardinalium, qui violente electioni Pape Urbani interfuerunt, per quorum testimonia in formis publicis exarata, & sigillis pendentibus communita, que hic existentia, si vultis, vobis conspicere dabuntur, patet clarissime, dictam electionem Urbani ad Papatum violentam extitisse, & super predictis diligenti regimine inter eos habito, & deliberatione matura cognoverunt, & deliberaverunt dictum Beatissimum Benedictum esse verum,

rum, certum, & indubitatum Papam, & unicum credendum firmiter eſse decebat, ſicut idem Reverendus Dominus Archiepiſcopus, & alii Ven. Clerici, & Magiſtri hic exiſtentes plenius, & ordinatius vobis exponent. Nos ſiquidem poſt tot, tamque validas probationes, & poſt exempla Doctorum plurimorum, quos in factis ſpiritualibus immitari jure debemus, & poſt conſiderationem omnium, de quibus ſupra fit mentio, non credimus quomodo amplius tam ſancte, tamque honeſte requiſitioni Regis in facto dicte credulitatis contradictionem habeamus. Quod divinum opus . . . . . etiam unitates ſequantur, quoniam hoc facto dictus Beatiſſimus Papa Benedictus pro uniendo ipſam Eccleſiam, & tractando, & operando, quod dictum ſciſma tollatur, ſicut propoſitio Regis eſt, huc omnino veniet, cujus adventus quot huic Urbi, & Civibus communiter, & ſingulariter, & mora, quam in tractando dictam unitatem Eccleſie hac faciet, utilitates proventure ſunt, & tam mercatoribus, quam artificibus, & tam compesis, quam cabellis, & p. . . . . prudentia veſtra conſideret. Que quidem omnes utilitates etiam ſi deeſsent, que tamen certiſſime, & clariſſime ſunt, animari ad hoc deberetis propter . . . . . gloriam, qua Majeſtas ejuſdem Domini Noſtri Regis ſublimabitur. Si, quod Deo placeat, ipſum pium opus inceptum unionis Eccleſie, & ſedationis ejus Sciſmatis conſumare feliciter poterit, nec non quia hoc favori maximo cedet ſtatui felici, & dominio regio, quod debent toti boni Cives appetere. Itaque accerſiri ad preſentiam noſtram, & vocari vos fecimus, ut conſideratis prudenter omnibus ſupradictis, & aliis multis, que ſatis conſiderare poteſt veſtra prudentia, conſulatis ſalubriter, & in Dei nomine, cujus hoc negotium eſt, ſponte deliberetis ſuper dicta credulitate acquieſcere dicte hone-

ſtiſ-

ſtiſſime requiſitioni regie, & opinioni ipſius totaliter adherere, ut ita agendo animas veſtras ſalvetis, Deo ſerviatis, Regi Domino Noſtro complaceatis, & vobis, veſtreque Januenſi Reipublice utilitates maximas comparetis, & ob hoc Eccleſie unitas, cui ſolum tanto cum ſtudio, & ſolicitudine regia intendit virtus, & bonitas, ſubſequatur. Et per dictum Reverendum Dominum Archiepiſcopum Januen. certos Clericos, & alios ſacre Theologie Magiſtros preſentes expoſitioni predicte, laudatis in preſentia dictorum Domini Gubernatoris, Conſilii, Officii, & Civium, & comprobatis omnibus ſupradictis, ſurrexerunt infraſcripti Cives, ex predictis cauſis accerſiti, conſulentes, & laudantes Papam. Carolus Cataneus audita dicta poſta, & omnibus ſupradictis, propter reſpectus per eum prudenter dictos laudavit, & conſuluit, quod iſta Communitas Januenſis complaceat, & acquieſcat dicte requiſitioni Regis ſuper facto credulitatis opinioni ipſius adherendo; ſcilicet credendo de cetero in Beatiſſimum Papam Benedictum, tanquam in verum Papam, & unicum Chriſti Vicarium. Dominus Dominicus Imperialis, Legum Doctor, dictis, & prudenter expoſitis queſtionibus variis, & ſubtilibus argumentis ad infraſcriptam ſuam ſententiam facientibus, concludendo laudavit, & conſuluit quod iſta Communitas Januenſis credant de cetero in Beatiſſimum Benedictum, tanquam in verum, & indubitatum, certumque Papam Noſtrum, laudans quod tempus divulgationis, & executionis preſentis conſilii, & deliberationis relinquatur Illm̃o Domino Gubernatori, quatuor de Conſilio, Antianis, & Officio proviſionis. Dominus Johannes de Innocentibus, Legum Doctor, expoſitis multis prudentibus argumentis, & dictis ſancte Scripture ad ſuam concluſionem faventibus, concludendo laudavit, quod iſta Communitas faciat ſuper

per facto dicte credulitatis, ſicut requirit dictus Sereniſſimus Dominus Noſter Rex, ſicut dixit in effectu Carolus Cataneus ſupradictus. Leonellus Lomelinus dictis aliquibus rationibus ad infraſcriptam ſuam ſententiam facientibus, concludendo laudavit, quod fiat per iſtam Communitatem in omnibus ſecundum dictas requiſitiones Sereniſſimi Domini Noſtri Regis. Dominus Magiſter Andreas Burgarus Medicus poſt aliquas alloqutiones, & exempla Sancte Scripture per eum prudenter reſeratas, concludendo laudavit, & conſuluit, quod fiat in preſentibus ſecundum quod in dictis regiis requiſitionibus continetur. Octobonus Grillus dixit audita poſta . . . credere in Papam Romanum. Petrus de Perſio audita poſta, & contentis in ea, & his, que Reverendus Dominus Archiepiſcopus, & ceteri Clerici, & Magiſtri ſacre Theologie dixerunt, laudavit, & conſuluit, quod fiat in omnibus, ut requirit Dominus Noſter Rex, dimittens modum, & tempus executionis predicte . . . . & Conſiliis. Gerardus . . . . gia dixit, conſuluit, & laudavit ſicut dixit dictus Petrus de Perſio. Magiſter Loviſius de Guaſtis dictis aliquibus ad declarationem mentium Civium ſuper optima diſpoſitione Beatiſſimi Noſtri Pape Benedicti, ad faciendum omnia, que unitati Eccleſie f. . . . . requiritur. Franciſcus Juſtinianus per rationes bonas per eum allegatas laudavit, & conſuluit, quod f. . . . . io, ſicut per Sereniſſimum Dominum Noſtrum Regem requiritur, dimittens locum, & tempus divulgationis dicto Domino Gubernatori, & Conſilio. Quibus ſupradictis modo factis, & dictis, & multis aliis ex dictis Civibus requiſitis, acquieſcentibus, ſurgentibus ad aliter, quam modo conſulendum, interrogati fuerunt ceteri Cives predicti, ut moris Jan., quem per me dictum Notarium, & Cancel-

larium, ut eorum opinionem dicerent ſuper Conſiliis ſupradictis, ex quibus omnibus Civibus . . . . tam quinquaginta dixerunt, laudaverunt, & conſuluerunt ſicut dictus Carolus Cataneus ſuperius laudavit, atque conſuluit: alii vero octuaginta unus conſuluerunt ſicut dictus Dominus Dominicus Imperialis: alii ſexaginta tres laudaverunt, & conſuluerunt ſicut dictus Dominus Johannes de Innocentibus. Alii triginta quinque laudaverunt, & conſuluerunt ſicut Leonel Lomelinus: alii quadraginta octo conſuluerunt, & laudaverunt ſicut dictus Magiſter Andreas Burgarus: alii viginti dixerunt prout dixit dictus Octobonus Grillus: alii autem quadraginta ſeptem laudaverunt, & conſuluerunt ſicut dictus Petrus de Perſio: alii vero novem conſuluerunt ſicut dictus Magiſter Lodiſius de Guaſtis; & reliqui decem numero conſuluerunt, & laudaverunt ſicut dictus Franciſcus Juſtinianus ſupra conſuluit, & laudavit. Dicto Milleſimo die 23. Octobris, & dicti Illuſtris Dominus regius Gubern. Januen., Conſilium Ancianorum, in quo ipſi omnes Anciani, preter . . . cum Gentilem, interfuerunt, & Officium proviſionis in pleno numero congregatum, nec non infraſcripti quatuor nobiles, & prudentes Cives ſuper dictis negotiis conſtituti, nomina quorum ſunt hec, Dominus Antonius Juſtinianus Miles, Lucianus Spinula, Coſmas Tarigus, & Baptiſta Lomelinus. Examinatis Conſiliis ſupradictis, & ſuper ipſis inter eos diligenti, exacta, & matura deliberatione prehabitis, ſequentes continentiam dictorum Conſiliorum, omni modo, via, jure, & forma, quibus melius fieri poteſt, in Chriſti Salvatoris nomine declaraverunt, ordinaverunt, & decreverunt auctoritate preſentium, quod dicta Communitas Januen. acquieſcat dictis requiſitionibus Sereniſſimi Domini Noſtri Regis, & credat de cetero conſtanter, & firmiter in dictum Sanctiſ-

ctissimum Dominum Nostrum Papam Benedictum, tanquam in verum, & unicum Papam Dei Ecclesie, Pastoremque nostrum, & Christi Vicarium. Et ut presenti deliberatione a cunctis Januensibus habeatur plena notitia, ordinaverunt, & voluerunt, quod die Dominica proxime ventura ipsa deliberatio in Ecclesia majori Januen. solemniter divulgetur. Die vero predicta Dominica deliberatio ipsa in Ecclesia Sancti Laurentii presentibus dictis Domnis Reverendo Archiepiscopo Januen., aliisque cunctis Presbyteris, & Magistris, solemni Missa celebrata, in presentia dictorum Illustris Domini Regii Gubernatoris Januen., Ancianorum, & omnium multorum, factis etiam superinde predicationibus, & sermonibus per nonnullos sacre Theologie Magistros, & aliis servatis, & factis, que dicte publicationi concernunt, fuit plene, & solemniter publicata.

Excriptum est omne de actis publicis
Cancellarie Communis Januen.

Rex Dñus Janue } Julianus Panizarius
Not., & Cancellarius.

Nos Johannes Lemeingre, dictus Bouciquaut, Marescallus Francie, Locumtenens regius, & Januen. Gubernator pro Serenissimo Rege Francorum Domino Januen. cunctis in veram fidem testamur, quod predicta omnia vera sunt, & acta, prout superius scripta sunt, quodque suprascriptus Julianus Panizarius est Cancellarius Communis Januen., & de numero Notariorum Civitatis Januen., qui suprascriptam scripturam, de supradictis actis Cancellarie exaratam, & suo nomine subscriptam manu propria publicavit. Et scripturis per eum confectis, & publicatis

plena fides adhibetur. In cujus rei testimonium has nostras patentes Litteras hic scribi fecimus, sigilli Officii nostri impressione munitas. Dat. Janue 1405. die 3. Febr.

(1) *Ibid.* Si dia ora una occhiata agli Annali Genovesi dello Stella all' A. 1404., i quali mirabilmente concordano con quello, che così a minuto ci racconta la presente pergamena.

(2) Furono Pietro Vescovo di Saint Pons, Pietro Eletto di Lerida, Antonio Abate di San Facondo dell' Ordine di San Benedetto della Diocesi di Leon, Bertrando Radolfi Frate Minore, e Procurator del suo Ordine, e Francesco de Pavo, Cavaliere della Diocesi di Elne; nominati tutti nel Salvocondotto, di cui in appresso, ne' monumenti, che citano i Sammartani (*To.* VI. *p.* 243.), e il Wadingo (*To.* IX. *p.* 261.), e in un lor attestato, che fecero alli 12. di Ottobre del 1404., il qual esiste tra le pergamene dell'Archivio Vaticano.

(3) Fu dato alli 16. di Agosto di quest' anno (*Reg. Bonif. IX. Tom.* VIII. *p.* 43. *Tom.* X. *p.* 165.).

(4) A tutto questo risponde eccellentemente il Rainaldi *ad annum* 1404. *n.* VI. *& seqq.*

(5) Il caso avvenne non nello stesso dì della morte del Pontefice, ma nel seguente. *Intruso sublato de medio* (così nella relazione, della quale si dirà al seguente numero) *infra duos dies dicti Nuncii pre morte ipsius Perini, plurimis in Urbe rumoribus excitatis, mortis pericula formidantes .... recedentes ab Urbe in confidentia sui* Salviconductus .... *fuerunt in Porta ipsius Urbis per quemdam Castellanum S. Angeli capti omnes, excepto Magistro Bertrando, retentique infra dictum Castrum, & ibidem inhumaniter tractati. Tandem cupientes pro statu prospero unitatis Ecclesie loqui Anticardinalibus, qui erant eorum Conclave, seu latibulum intraturi, cum viderent se non posse aliter liberari, in captione existentes timore mortis quinque milia ducatorum finaverunt.* Nè avendo potuto conchiuder nulla con i Cardinali se ne andarono subitamente a Soriano, Luogo per essi sicurissimo, come quello, che mantenevasi tuttavia nella divozione dell'Antipapa.

(6) Era in que' giorni Roma tutta sossopra, nè il Castello in potere de' Cardinali; però non ebbero essi alcuna colpa nella ribalderia del Castellano, che io non so se allora fosse Giovanello Brancacci di Teano, che teneva occupata quella Fortezza nel Pontificato d' Innocenzo VII. (*Reg. Tom.* II. *pag.* 41. *t.*).

NUM. XXXIV. (1)

1405. *V. pag.* 115.

Prefatus autem Dominus noster, non obstantibus recusationibus, subterfugiis, & cavillationibus dolosis, ac contrarietatibus dicti intrusi, nolens negotium sic dimittere, sed illud prosequi toto posse, non parcendo laboribus, & expensis, & senili etati sue, Januam (2), que ad sui obedientiam devote se reduxerat, cum suo Collegio, & Curia accessit, & ibidem existens prefatum Co-

Cosmatum intrusum de tractatu concordie, & pacis, & lige hortari, & requiri fecit: qui in ore suo nec conventionem, nec viam aliam de prossecutione unionis hujusmodi acceptare, vel approbare voluit. Lapsis autem quatuor mensibus, convalescente gravi ypedimia D. N. Saonam rediit (3), ubi etiam dictum intrusum sollicitando, ubi etiam sex mensibus, vel quasi fuit. Sed tandem dicta peste ibidem invalescente, ad Castrum Monachi rediit, Curia in Nitia existente. Tandem videns se nil posse cum dicto intruso agere, lapsis quatuor mensibus, dicta peste semper invalescente, habuit redire usque Nitiam, & ab inde etiam fortius ipsa peste invalescente circa festum Natalis, Dominis de Francia, & Cardinalibus instantibus, Massiliam venit, cumque esset in via in Civitate Toloni, audita morte Cosmati &c.

(1) Particola della minuta di una relazione, scritta da un aderente all'Antipapa Benedetto, di tutti gli Atti seguiti in Francia, quando questo Regno tornò a riconoscere colui per legittimo Pontefice, e di quello fu fatto per torre lo Scisma. Sta in un Codice dell'Archivio Vaticano nel Tom. XXXVII. dell' Arm. LIV. pag. 150., e citasi dal Rainaldi all' A. 1004. n. 6.

(2) Nello stesso Archivio esistono i patti, e le convenzioni, colle quali si portò in Genova questo Pseudopontefice, e sono in gran parte corrispondenti a quelle, che da'Viterbesi esigger volle Niccolò III. nell' anno 1278.

(3) Vi andò anche il Maresciallo Bucicaldo (Muratori *Tom.* XVII. *pag.* 1210.).

NUM. XXXV. (1)

25. *Febbrajo* 1410. *V. pag.* 120.

ALEXANDER &c. Dilecto Filio Paulo Lelli de Valle de Regione Montium de Urbe, in Artibus, & Medicina Doctori, Familiari nostro Salutem &c.

F. de Montepolitiano (2).

Inter utilissimas Artes, quas ad sustinendam humanæ fragilitatis indigentiam divinæ Majestatis immensa bonitas mortalibus tribuit, nulla præstare videtur aliquid simile,

mile, quam quod poteſt auxiliatrix Medicina conferre. Ipſa enim morbo periclitantibus materna gratia ſemper aſſiſtit, ipſa contra dolores pro noſtra imbecillitate confligit, ibique mox nititur ſublevare, ubi nullæ divitiæ, nulla poteſt, niſi Divinitas opem ferat, dignitas ſubvenire (3). Attendentes itaque excellentiam tuæ ſinceritatis, devotionis, & fidei, quam erga ſtatum, & honorem noſtrum, ac Romanæ Eccleſiæ te habere verbo, & opere multipliciter oſtendiſti, ac ſcientiæ claritatem, meritorum elegantiam, & experientiam ſalutarem, quibus apud Nos fidedignorum teſtimonio plurimum eniteſcis, adeo ut per extrinſeca ſigna ad morborum qualitates, & cauſas cognoſcendas, ac ſalutaribus remediis occurrendum gratiarum Largitor optimus, ingenii vividi promptitudine, exquiſitis curarum artificioſis diligentiis ad providendum accomodis, tibi fuerit dignatus tribuere. Ac volentes præmiſsorum intuitu tuam honorare perſonam, te in Familiarem, Phyſicum, & corporalem Medicum noſtrum præſentium tenore Apoſtolica auctoritate recipimus, & aliorum Familiarium, Phyſicorum, & corporalium Medicorum noſtrorum conſortio favorabiliter aggregamus. Intendentes quod per hoc omnibus privilegiis, prærogativis, immunitatibus, exemptionibus, ac indulgentiis gaudeas, & etiam potiaris, quibus alii Familiares, Phyſici, & corporales Medici noſtri gaudent, & quomodolibet potiuntur. Tu igitur ſic de bono in melius perſeveres, quod merito ad proſequendum te ſpecialibus gratiis, ac muneribus propenſius inducamur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ receptionis, aggregationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c. Datum Bononiæ v. Kalend. Mart. Anno primo.

Coll. per me P. de Trilhia (4).

B. de Pileo (5).

(1) *Ex Reg. Alex. V. Tom.* I. *p.* 46. *t.*

(2) I Colleghi di questo Secretario, di cui ho già discorso quanto basta, nel tempo che esercitò la sua carica con Alessandro V., furono Antonio Loschi, Leonardo Aretino, Giacopo d'Agnolo da Scarperia, Giovanni de' Trivisani di Ascoli, il qual essendo Secretario altresì di Giovanni XXIII. si morì Nunzio in Firenze nel 1412. (*Reg. Joh. XXIII. Tom.* III. *p.* 44. *Tom.* V. *pag.* 38.), Giobbe de' Resti da Milano, che ha avuto posto tra gli Scrittori Milanesi dell'Argelati, e tra gli Abbreviatori di Curia del Ciampini (*p.* 20.), Secretario pur di Giovanni, che diedegli anche la *Lettoria* delle Lettere contraddette (*Reg. in Arch. Datar. A.* III. *To.* I. *pag.* 70.), e di Martino, che in compagnia del seguente lo elesse alli 27. di Decembre del 1417. (*Catal. Offic. Mart. V. pag.* 43. *t.*), Angelo da Rieti, mandato da Alessandro per suo Nunzio non so dove alli 10. di Marzo del 1410. (*Tom.* I. *p.* 41. *t.*), e da Giovanni alli 18. di Gennajo del 1412. con Niccolò Marchese di Crotone, e Parente del Papa, a predicar la Crociata contro lo Scisma in Polonia, Prussia, e Lituania (*Reg. Joh. XXIII. To.* IV. *p.* 208. *t.* 212. 215. *To.* V. *p.* 9. 23. *t.*). Di un'altra Nunziatura fu incaricato agli 8. di Aprile del 1413. (*ib. To.* VI. *p.* 51.), e da Martino V. ebbe ordine in Costanza alli 7. di Marzo del 1418. di recarsi col famoso Francesco Picciolpassi ad Amadeo Duca di Savoja, ed al Vescovo di Ginevra, per avvisar loro la prossima venuta del Pontefice in que' Luoghi, e per disporre l'occorrente a ciò (*Tom.* I. *p.* 74. *Tom.* IV. *pag.* 108. 241. *Tom.* V. *p.* 108.); e alli 20. di Luglio fu da Ginevra nuovamente spedito altrove (*Tom.* V. *pag.* 140.). Pietro Gualfredini da Verona, Rettore della Chiesa di Monte Giscardo della Diocesi di Tolosa, Maestro nelle Arti, Baccelliere in Teologia, ed Autore, come notò il diligentissimo Maffei, di una erudita Epistola a Roberto Re de' Romani, è l'ultimo Secretario, che io trovo sottoscritto alle Lettere di Alessandro V., e a quelle d'Innocenzo VII., da cui da principio fu nominato Scrittore Apostolico (*Reg. in Arch. Datar. A.* II. *Tom.* III. *pag.* 111. Ciampini *pag.* 17.), e poscia alle calende di Luglio del 1406. Cancellier di Perugia (*Reg. To.* II. *pag.* 171. *t.*); ha il nome suo anche in quelle di Gregorio XII., e di Giovanni XXIII., i quali più volte, ed in varie parti del Mondo lo mandarono per loro affari (*Reg. Innoc. VII. Tom.* I. *p.* 292. *t. To.* II. *p.* 81. *t. Greg. XII. To.* I. *p.* 306. *t. Johan. XXIII. Tom.* III. *p.* 186. *Tom.* V. *pag.* 13.).

La Secreteria di questo Papa Alessandro presso Monsignor Buonamici è composta de' soli Uberto Decembrio, Lionardo di Arezzo, e Poggio Bracciolino: del primo non s'incontra mai vestigio, o menzione in alcun Registro, ed il terzo fu Secretario soltanto di Martino, di Eugenio, di Niccolò, e di Callisto, siccome altrove dimostrerò.

(3) Tutto questo esordio è quasi interamente e giudiziosamente copiato dalla Formola del Conte degli Archiatri, che compose Cassiodoro, la qual comincia: *Inter utilissimas Artes, quas ad sustentandam humanæ fragilitatis indigentiam, Divina* (alcuni leggono *divina consilia*) *tribuerunt, nulla præstare videtur aliquid simile, quam quod potest auxiliaris* (*auxiliatrix*, come nella presente Bolla, hanno altri Codici) *Medicina conferre. Ipsa contra dolores pro nostra imbecillitate confligit; et ibi nos nititur sublevare, ubi nullæ divitiæ, nulla potest dignitas subvenire...*

(4) Pietro de Trillia (de Tulhia lo nomina il Ciampini *pag.* 21.), Canonico, e Precentore di Narbona, ed Arcidiacono di Albì, fu Secretario di Francesco Conziè, Camerlingo di Benedetto XIII. (*Lib. Official. Bened. XIII. pag.* 180. *e* 194. *t.*); ed è assai probabile che seguisse il suo Padrone nello abbandonar ch'ei fece le parti dello Antipapa dopo il Concilio di Pisa, e fosse perciò fatto da Alessandro V. Notajo (Scriba lo chiama Giovanni XXIII.) della Camera, alla qual carica rinunciò alli 13. di Maggio del 1419., ed allora ebbela Giovanni del Conte, Prete della Diocesi di Mans, e Secretario altresì di quel Camerlingo (*Catal. cit. Offic. Mart. V. pag.* 3. *t.*), il qual era stato a Narbona, e a Perpignano per trattare anch'esso della union della Chiesa (*Reg. Mart. V. Tom.* I. *pag.* 121. *t. Arm.* XXIX. *Tom.* III. *p.* 63.). Per questo suo Notariato dovea Pietro collazionar le Bolle, che si scrivevano ne' Registri; e perchè in appresso divenne Secretario parimente di esso Giov. XXIII.,

che

che pe' bisogni della Sede Apostolica gli addossò molte incombenze (*Reg. To.* III. *p.* 171.), e Nunziature (*Tom.* VI. *p.* 271. *Tom.* VII. *pag.* 40. *t.*), e di Martino V. (*Catal. cit. pag.* 43.), dovette assai volte scrivere il suo nome al principio, ed al fine di esse Bolle. Non lo trovo nominato più in là del Gennajo del 1428. (*Lib.* LXIV. *Oblig. Cam. pag.* 13. *t.*), e nel Febbrajo del 1418. lo vedo arrivare a Costanza cogli Ambasciatori Avignonesi (*Catal. cit. pag.* 44.).

(5) Non ha il Ciampini questo Benedetto Scrittore, e Abbreviator Pontificio, che passò poi ad essere Secretario di Martino, nel cui Registro è nominato spessissimo, ed anche nel Libro DLXXXVIII. delle spese del Palazzo alla p. 38. t. e 156.

NUM. XXXVI. (1)

4. *Luglio* 1410. *V. pag.* 132.

JOHANNES &c. Venerabilibus Fratribus Patriarchis &c.

F. de Montepolitiano.

Cum dil. fil. Magister Philippus de Mediolano, Physicus, & Familiaris noster habeat ex certis causis personaliter ad nonnullas Italiæ partes se transferre, Nos cupientes eundem Philippum cum ejus comitiva equestri, sive pedestri, valisiis, arnesiis, rebus, & bonis omnibus in eundo ad dictas partes, & stando, & inde redeundo plena securitate gaudere, Universitatem vestram, & vestrum singulos præsentium tenore requirimus, & hortamur in Domino: subditis vero nostris, & Gentium nostrarum armigerarum Capitaneis districte præcipiendo mandamus, quatenus ob nostram, & Sedis Apostolicæ reveverentiam præfatum Philippum cum comitiva sua usque ad numerum decem equestrium, sive peditum, armis, valisiis, rebus, & bonis supradictis, atque navigiis benigne, dum per Civitates, Terras, Territoria, Passus, Portus, Pontes, Maria, Flumina, & Loca nostra, seu vestra, tam per terram, quam per aquam transire contigerit, recommendatum suscipientes, nullam in personis, rebus, vel bonis hujusmodi inferatis iniuriam, mole-

lestiam, vel offensam, nec ab aliis, quantum in vobis fuerit, permittatis inferri, quinimo, si requiri contigerit, eidem, ac etiam ejus comitivæ cum rebus, & bonis hujusmodi absque solutione alicujus datii, pedagii, fundinavis, ac gabellæ de receptu, scorta, securoque conductu sic liberaliter providere velitis, quod vestra apud Nos possit devotionis integritas non immerito commendari. Præsentibus post sex Menses, a data præsentium computandos, minime valituris. Dat. Bononiæ 4. Non. Julii Anno primo.

Cod. per me P. de Trilhia.

F. de Bossis (2).

(1) *Ex Reg. Joh. XXIII. To.1. p.190. t.*

(2) Anche di questo Scrittore, che servì similmente Alessandro V., manca il Catalogo del Ciampini. Nella Secreteria di Giovanni furonvi ancora dello stesso cognome Rafaele, Niccolò, Minolo, e Daniele Prevosto della Chiesa di S. Nazario di Milano.

Num. XXXVII. (1)

12. *Decembre* 1416. *V. pag.* 125.

Jacobus miseratione divina Sancti Eustachii S. R. E. Diac. Card. in alma Urbe, ejusque territorio, & districtu, ac nonnullis aliis Provinciis, Civitatibus, Terris, & Locis Italie, dicte Ecclesie immediate subjectis, Apostolice Sedis Legatus, ac in spiritualibus, & temporalibus Vicarius generalis (2), dilecto nobis egregio Artium, & Medicine Doctori, Magistro Paulo de Valle, Civi Romano salutem in Domino. Dum ad personam tuam, claro genere Nobilem, cujus merita, & virtutes nobis existunt ex multa experientia non ignota, paterne considerationis vertimus aciem, & sincere tue devotionis affectum, constantemque fidelitatem, quas ad Sedem Apostolicam,

& Romanam gessisti, prout geris, Ecclesiam diligenter attendimus, nec non obsequiorum gratitudinem per te Romane Ecclesie, ac Sedi Apostolice predictis, & etiam nobis jugiter impensorum, debita meditatione pensamus, nostro te dignum honore conspicimus, & specialis nostre gratie munere attollendum. Cum itaque officium Cancellariatus Urbis (3) per duos Romanos Cives consueverit hactenus gubernari, & per Sedem Apostolicam de dicto officio alicui Civi Romano, quandoque pluribus vicibus, sicut accepimus, ad vitam ejus, & quandoque ad certum tempus, consueverit provideri. Nos volentes te predictorum meritorum tuorum intuitu favoribus prosequi gratiosis, tibi de officio Cancellariatus, vacante ad presens per mortem Johannis de Cintiis (4) de Urbe, cum emolumentis, honoribus, & oneribus consuetis auctoritate predicti Vicariatus nostri, & Apostolica, qua fungimur, tenore presentium providemus, vita tua durante. Mandantes Magnificis Viris Dominis Senatori, & Conservatoribus presentibus, & futuris Urbis, & aliis, quorum interest, & intererit in futurum, quatenus te ad hujusmodi officium, & ejus exercitium, una cum alio Cancellario, recipiant, & admittant, ac recipi, & admitti faciant, & procurent; tibique de hujusmodi salario, & emolumentis efficaciter satisfaciant, & satisfieri faciant, ut est moris, cum de predicto officio fideliter exercendo prestiteris in nostris manibus corporaliter juramentum. Omnesque, & quascumque promissiones, provisiones, ordinationes, & dispositiones de dicto Cancellariatus officio quibuscumque personis, sub quacumque forma, vel expressione verborum per nos factas; quas hic haberi volumus pro sufficienter expressis, harum serie ex certa nostra scientia, pro quiete Patrie revocando, quas etiam haberi volumus pro infectis. Tu igitur in exercendo hujus-

jusmodi officium sic te geras legaliter, & prudenter, prout de te plene confidimus, quod perinde a Sede Apostolica valeas merito commendari. In quorum testimonium presentes nostras Litteras fieri fecimus, & nostri Cardinalatus Sigilli jussimus appensione muniri. Dat. Rome apud Sanctum Laurentium in Damaso, sub Anno Domini 1416. Indictione x. die 12. Mensis Decembris Sede Pastore carente.

(1) *Ex Reg. Martini V. To.* VI. *p.* 253. Citasi dal Cartari nell' *Elenco degli Avvocati Concistoriali pag.* 41.

(2) Eletto da Giovanni XXIII. agli 8. di Settembre del 1414. *(Reg. T.* VII. *p.* 214. *&c.)*. Sono pieni i Libri degli Storici, e de' Cronisti di quello, ch'ei fece in cotesto Vicariato, e quasi dominazione; niuno però ne parla con tanta esattezza, con quanta Antonio di Pietro nel suo Diario agli anni 1414. 1415. e 1416. (Muratori *S.R.I. Tom.* XXIV. *pag.* 1049. 1051. 1054. e 1062.).

(3) Aveasi il Cancellierato di Roma in gran pregio, e però fu sempre ambito da' primari Uomini della Città, e sì spesso poi l'ottennero quelli della Casa del Bufalo, che ne venne loro il soprannome de' Cancellieri, siccome racconta Sisto IV. in una Bolla de' 13. di Agosto del 1482., eleggendo a tal dignità, quando fosse in alcun modo vacata, Girolamo del Bufalo de' Cancellieri *(T.* IV. *Officior. p.* 246. *t.)*, il qual è poi con essa nominato dal Burcardo nel Decembre degli anni 1494. e 1495. Ma parmi meritare la pubblica luce una Lettera, che Niccolò III. mandò l'A. 1378. al Senator di Roma, Matteo de' Figliuoli di Orso, nella qual disponendosi, che con tanta cautela, e gelosia fosse il Sigillo del Cancelliere custodito, ben possiamo comprendere l'importanza dello impiego di chi lo adoperava: *Dilecto filio Nobili viro .... Cancellario Urbis nuper ad nostram præsentiam accedente, ac ipsius Urbis Sigillum Nobis exhibere parato, illud ex certa cautela volumus recipere consignatum, & cum dictus Nobilis Sigillum suum proprium penes se diceret non habere, tandem prædictum Urbis Sigillum dilecti filii Nobilis Viri Cinthii, Nepotis Cancellarii ejusdem, Sigillo signatum recepimus, & illud taliter consignatum tibi per dilectum filium nostrum J. Sancti Eustachii Diaconum Cardinalem duximus transmittendum. Tu vero prædicto Urbis Sigillo recepto, & vocatis aliquibus, quos ad hoc vocandos esse cognoveris, illud prudenter aperias, & ejus curam tali, vel talibus personis, habita plena, & diligenti deliberatione, committas, quæ hujusmodi ministerium fideliter, & provide prosequantur: nec exinde possit de dictæ Urbis dispendiis quomodolibet dubitari, vel alias ejus negotiis aliquatenus deperire. Intendimus tamen, quod per hoc, quod Sigillum ipsum, & ejus curam alii, vel aliis committi mandamus, eidem Cancellario circa retentionem ipsius Sigilli præfatæ Urbis, vel jus, aut proprietatem, seu possessionem officii Cancellariæ, quod ad eum pertinere asserit, nullum in posterum præjudicium generetur; cum ipse per quoddam Statutum Urbis præfatæ super hoc editum esse dicens contra justitiam fore gravatum, causam hujusmodi gravaminis intendat, ut asserit, prosequi coram Nobis. Datum Viterbii* VII. *Idus Octobris Anno primo. (Reg. Tom.* I. *An.* I *ep.* 308.*)*.

Cancellier di Roma in questo tempo credo io che fosse Napoleone di Agnolo Malabranca, che tal era nel 1290. *(Reg. Nicol. IV. A.* III. *n.* 504.*)*, e che più non viveva circa il 1300., come ricavasi da due Bolle di Bonifacio VIII. *(An.* VIII. *n.* 168.*)*, e di Clemente V. *(An.* II. *n.* 465.*)*. Prima di esso alla metà del Secolo XIII. facea da Cancelliere uno, il cui nome cominciava dalla lettera I. (forse Giovanni, o Giacomo) per detto di Alessandro IV., che par-

parla di un Claudio, fratello di lui, Canonico di San Pietro, e Suddiacono Pontificio (*An.* III. *num.* 306. 307.); e nel Secolo XI., o piuttosto nel XII., un Cencio, *qui Benedictorum fuit ortus stemmate*, mentovato nelle due iscrizioni in versi riferite dal Mabillone, dal Casimiro (*Conventi della Prov. di R. pag.* 310.), e da Monsig. Galletti (*del Primicerio p.* 182.), ed in questa terza, tuttavia inedita, quantunque scolpita in uno assai celebre, e venerando luogo, dintorno cioè alla grand' arca di marmo, in cui furono deposti i Corpi de' gloriosi S. Stefano, e Lorenzo, nel sotterraneo della Chiesa dedicata a questo fuori delle Mura della Città.

CENCIVS HOC FIERI CVM CANCELLARIVS ESSET. DE.... TECTI.... LAVRENTI STEPHANE VOBIS.

Io la scopersi nello esaminar che faceva una volta con venerazione, e curiosità quel prezioso *loculo*; ma perchè sono le lettere alquanto piccole, e dal tempo guaste, non mi venne fatto di poterla raccorre tutta intera, siccome grandemente desiderai.

(4) Avrà costui per quasi 50. anni retta la Cancelleria Urbana, se è egli quel Giovanni de Cintiis, il quale pe' gravissimi danni, da esso sofferti nelle guerre tra' suoi Concittadini, ed i Velletrani, fu dal Senato eletto Cancelliere *ad vitam*, e da Urbano V. confermato alli 13. di Decembre del 1368. (*Reg. Bull. commun. A.* VI. *pag.* 139.). Il Casimiro (*St. di Araceli pag.* 445.) accenna una dipintura, fatta nel Convento di Araceli circa il 1375., con questa epigrafe IOANNES CENCIVS CANCELLARIVS, e il Baluzio fa menzione delle deposizioni di alcuni, che lo conobbero in quella dignità, quando avvenne la elezione di Urbano VI. (*Tom.* I. *p.* 1202. 1218. 1246. *Arch. Vat. Arm.* LIV. *Tom.* XIX. *pag.* 5.). Ma perchè non diremo anzi, che il Cancellier d'allora fosse Giovanni Cencio de' Cancellieri, nominato Bufalo, uno degli *Anteposti* alle guerre nel 1377., siccome udimmo, morto alli 19. di Giugno dell'anno 1405. (Muratori *S. R. I. Tom.* XXIV. *p.* 976. *D.*)? L'Amideno nell' Opera mss. delle Famiglie Romane cita una carta Capitolina del Notajo Paolo Normando, in cui si narra espressamente, che questo Giovanni de Cintiis, *Anteposto* alle Guerre, era Cancellier di Roma alli 17. di Decembre del 1379. nel *Conservatorato* di Bartolomeo de' Tosti, di Pietro di Giovanni de' Galli, e di Cola di Paolo Tagliaconti. Se è vero ciò, io non posso più dire in quale anno divenisse Cancelliere il nostro Giovanni. Bonifazio IX. nel Decembre del 1398. elesse a questa dignità Tebaldo di Cencio de' Cancellieri (*Tom.* V. *pag.* 83.), nè so in quale anno Francesco da Fiano, Scrittore, ed Abbreviatore Apostolico, e Maestro del famoso Cencio Secretario Pontificio (Zeno *Dissert. Voss. Tom.* I. *pag.* 44.), raffermato al primo di Settembre del 1412. da Giovanni XXIII. (*Tom.* V. *p.* 201.), dal qual ebbe anche una volta l' indulto di poter testare (*Tom.* VII. *An.* III. *p.* 122. *in Arch. Datar.*). Innocenzo VII. vi pose alli 31. di Gennajo del 1406. Lello di Bucio de' Capoccini (*Tom.* II. *pag.* 27. *t.*), e alli 23. di Luglio Mascio de' Marchisani del Rione di Sant' Eustachio (*ib. p* 196.), e Gregorio XII. alli 3. di Giugno del 1407. Niccolò de' Calvi del Rione di Ponte (*Tomo* I. *pag.* 264. *t.*). Alcun di questi, e forse più di uno, par che debba essere stato il Collega di Giovanni, fatto per tradimento uccidere dal Senatore Alidosi nel 1416., *per sospizione, che aveva lo Legato, perchè stava al soldo del Popolo Romano* (Muratori *loc. cit. Tom.* III. *Par.* II. *pag.* 1121. *A.*).

NUM.

Num. XXXVIII. (1)

26. Marzo 1425. V. pag. 153.

MARTINUS &c. Dilecto Filio Tadeo de Adelmaris, Civi Tervisino, Artium, & Medicinæ Doctori, Salutem &c.

Sinceræ &c. Hinc est quod Nos tuis devotis supplicationibus inclinati, ut liceat tibi, qui Ven. Fratris Nostri Johannis, Episcopi Ostiensis, S. R. E. Vice-Cancellarii (2), Physicus, & Familiaris continuus commensalis existis, habere Altare portatile cum debita reverentia, & honore, super quo in locis ad hoc congruentibus, & honestis, etiam si ad Loca Ecclesiastico supposita interdicto te contigerit declinare, & in illis clausis januis, excommunicatis, & interdictis exclusis, non pulsatis campanis, & submissa voce, dummodo tu, vel illi, qui tecum fuerint, causam non dederitis interdicto, nec tibi, nec illis contigerit specialiter interdici, possis Missam, & alia divina officia per proprium, vel alium Sacerdotem idoneum, sine juris alieni præjudicio, in tua, & Familiarium tuorum domesticorum, nec non sexdecim aliarum personarum utriusque sexus per te eligendarum præsentia facere celebrari, devotioni tuæ tenore præsentium indulgemus. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud Sanctos Apostolos VII. Kal. Aprilis Pontificatus nostri Anno octavo.

A. de Luschis (3).

(1) *Ex Tabulario DD. de Adelmariis, Nobilium Civit. Tarvisinæ.*

(2) Giovanni de Brognier (*de Broniaco*) famosissimo Cardinale, siccome può vedersi presso il Ciacconio, il Baluzio (*l.cit. pag.* 1353.), ed i Sammartani (*Tom.* 1. *pag.* 581. *sec. edit.*). Morì alli 16. di Febbrajo dell' anno 1426. in Roma, e gli furono

rono fatte l'esequie solenni alli 25. (*Arm.* XXIX. *Tom.* III. *pag.* 182.). Il Calendario necrologico della Basilica Vaticana racconta di lui le cose seguenti. XV. *Kal. Mart.* (dovea dire XIV.) *obiit Reverendissimus Pater Dominus Joannes Episcopus Hostien. S. R. E. Card. natione Francigena, qui donavit inter vivos nostre Basilice medietatem Castri Civitelle Dioc. Portuen., junctam pro indivisa cum alia medietate dicte Basilice, & voluit quod in Kalendis singulorum mensium expendantur flor. tres manualiter ipsa die, & isto die sui obitus flor. quatuor manualiter expendantur* (p. 23. t.). *Kalend. April. Fiat Anniversarium pro anima b. m. Domini Johannis Cardinalis Episcopi Hostien., & Domini PP. Vice-Cancellarii, natione Gallici, qui in vita sua donavit nostre Basilice medietatem Castri Civitelle, junctam cum alia medietate nostre Basilice, emptam pretio mille florenor., in quo expendantur floren. tres manualiter ipsa die in Cappella S. Martini* (pag. 46.).

(3) Di questo illustre Secretario Pontificio si è parlato alla *pag.* 137. *not. c.* del primo Volume. Martino V. lo chiamò a tal impiego alli 12. di Decembre del 1418. (*Arm.* XXIX. *Tom.* III. *pag.* 55. *t. Catal. Official. Mart. V. pag.* 46. *t.*), e tra' Secretarj di questo gran Papa lo nomina il Poggio in un luogo, che ci ha dato Monsignor Buonamici (*pag.* 138.), nel quale, perchè lo Stampatore scrisse *Antonius Luscus, Vincentius, & parens meus Poggius*, in vece di *Luscus Vicentinus*, parve ad esso di avere scoperto un altro Secretario di nome Vincenzo.

NUM. XXXIX. (1)

22. *Novembre* 1425. *V. pag.* 125.

Universis, & singulis presentes Litteras, seu presens publicum Instrumentum, Privilegium, & Instrumentum inspecturis Benedictus de Guidalottis Legum Doctor, Apostolice Camere Clericus, in Camerariatus Domini Nostri Pape officio, in absentia Domini Vice-Camerarii Locumtenens (2). Digno laudum preconio extolli debent, ac insigni gradu licentie merito sublimari, cunctisque honoribus publice celebrari, quorum industria, ac studii, & ingenii assiduitas, & solercia ad summum sapientie culmen evexit, & qui in sue facultatis examine difficulter, & prudenter palmam cum maxima victoria receperunt. Cum igitur egregius, & scientificus vir Magister Andreas de Aliferiis, quem scientia, moribus, & virtutibus specialis prerogativa sublimavit honore, hodie fuit presentatus Venerabili, & sapienti viro Magistro Matheo de Florencia, sacre Theologie Professori, nostro in hac parte speciali auctoritate Camerariatus Offi-

cii,

cii , cujus curam gerimus pro presenti , ratione cujus Cancellariatus Universitatis Studii Romane Curie esse dinoscitur, Commissario , per eximium Arcium , & Medicine Doctorem , & Magistrum Paulum de Valle de Urbe examinandum , & approbandum , idem Magister Matheus Commissarius noster prefatus premissis libenter annuens , prefatum Magistrum Andream per Doctores universos Medicine Studii predicti , tunc in ipso Studio residentes coram se , in dicta scientia observatis debitis , & consuetis solempnitatibus , examinari fecit diligenter. Et quia in examine predicto legendo , repetendo , & respondendo argumentis , questionibus , interrogationibus , & oppositionibus tunc sibi factis , ac dubia queque luce clarius solvendo , bene, laudabiliter , & sufficienter , ymmo excellenter se habuit , & gessit , fuit ab omnibus Doctoribus prelibate scientie , de Collegio prelibato inibi consistentibus , unanimiter , & concorditer , ipsorum nemine discrepante , illico viva voce approbatus , & sufficiens reputatus in eadem . Demum coram prefato Magistro Matheo , Commissario nostro , ut prefertur , propter Doctoratus habitum in prefata scientia assumendum , prescripto Magistro Andrea (*sic*) predictus Commissarius noster , auctoritate sibi nobis in hac parte concessa , de consilio , voluntate , & consensu omnium Doctorum dicti Collegii in eodem examine consistencium , & suo testimonio sufficientiam predicti examinati attestancium , consideratis scientia , & moribus , ac virtutibus , quibus dictum Magistrum Andream Altissimus illustravit , eundem Magistrum Andream examinatum , ut prediximus , & coram se publice approbatum , auctoritate nostra , sibi in hac parte concessa , & attributa fecit , creavit Doctorem , & Magistrum in prefata scientia Medicine , concedens sibi asserto , pronuntiato , & declarato a se habili , sufficienti , & ido-

idoneo nomen, honorem, & titulum Doctoratus in prefata ſcientia, & Magiſterii dignitate, tribuendo ſibi inſuper, tanquam benemerito, legendi, docendi, interpretandi, doctorandi, & diſputandi ubique locorum, & omnia alia, & ſingula faciendi, & exercendi, que ad Doctores, & Magiſtros prelibatos ſcientie Medicine noſcuntur quomodolibet pertinere in memorata ſcientia auctoritate noſtra plenam, & liberam poteſtatem. Et ut idem Magiſter Andreas poſſeſſionem ipſius ſcientie noſcatur adeptus, ſibi Magiſter Paulus anteſcriptus, ut ab eo petiit, inſignia Doctoratus tradidit, & eundem Magiſtrum Andream ſolemniter inveſtivit, & pariter inſignivit in hac forma videlicet. Librum medicinalis ſcientie primo clauſum, deinde apertum tradidit, ſecundo birrectum, ſeu doctorale diadema, impoſuit capiti ſuo, eumdem Magiſtrum Andream anulo ſubarrando (3), pacis oſculo ſubſecuto cum magiſtrali benedictione, ut idem Magiſter Andreas ſic inſignitus, & merito coronatus, in vita coronetur eterna. In quorum omnium teſtimonium preſentes Litteras per Johannem Notarium infraſcriptum fieri, & ſibi mandavimus, & ſigilli &c. apenſione muniri. Datum, & actum Rome in Collegiata Eccleſia Sancti Euſtachii de Urbe, Anno Domini 1425. Indictione tertia, Pontificatus &c. Martini PP. V. Anno nono, die Jovis 22. Menſis Novembris, preſentibus Vener. viro Abbate Tucio, Canonico Sancte Marie Rotunde de Urbe, & Cola Tebaldi, Angelo Stephani de Cancellariis honorabilibus Civibus Romanis, teſtibus ad premiſſa habitis, & rogatis, & aliis quampluribus in multitudine copioſa.

(1) *Ex Tom.* IX. *Diverſ. Camer. p.* 197. Il Facciolati *Syntagm. Gymn. Patav. p.* 199. ha pubblicato un diploma di un cotal *addottoramento* dell' A. 1400.

(2) Fu di Perugia queſto Guidalotti, e del ſuo Chiericato della Camera trovo memorie ſino dall' anno 1421. (*Rat. Cam. Tom.* DLXXXVIII.). Nel Tomo poi LX. delle *Obbligazioni Camerali* alla pag. 77. è regiſtrato il giorno, in cui fu nominato alla Luogotenenza del Camerlingo colle parole, che ſeguono. 1424. *Sabbati* 27. *Maii*.

Maii. Benedictus de Guidalottis Legum Doctor, Apostolice Camere Clericus, Ludovici Archiepiscopi Arelatensis, Vicesgerentis Francisci Archiepiscopi Narbonensis Camerarii, nunc absentium, in Camerariatus officio Locumtenens a D: N. Papa deputatus, recepit officium Vice-Camerariatus Locumtenentie sue feliciter exercere. Il Camerlingo Conziè, che, per attendere alla Legazion di Avignone fu quasi sempre dalla Curia Papale lontano, nel Luglio del 1417. nominò suo Viccegerente nel Camerlingato (deposto da tal grado Giovanni, Patriarca di Antiochia, nel qual era stato messo alli 28. di Agosto del 1415. (*Arm.* XXIX. *Tom.* III. *p.* 34.) Lodovico Alamandi, che fu poi Cardinale, *essimio Professor di decreti*, Custode della Chiesa di Lion, ed Arcidiacono di Valenza, suo nipote; e questa deputazione venne dal novello Papa Martino approvata alli 21. di Novembre (*Catal. Offic. Mart. V. pag.* 3. 4. *Reg. ejusd. Tom.* I. *pag.* I.). Ma perchè esso pure dovette abbandonare la Curia, e partirsi da Roma nello stesso giorno 27. di Maggio, *in ortu Solis comitatus maxima Prelatorum, & aliorum Officialium, & Cortesanorum comitiva, per SS. D. N. PP. in Gubernatorem Bononie missus (Lib. cit. Oblig. Camer.)*, il Guidalotti, che nel 1422. e 1423. avea fatto da Commissario, e da Collettore nella Provincia del Patrimonio (*Reg. Mart. V. Tom.* II. *pag.* 210. *t.* 226. *t.*), ed era Uomo di molta abilità, e sperienza, fu chiamato a farne le veci nel giorno precedente (*Reg. Mart. V. To.* III. *p.* 95.), e alli 21. dello stesso Mese di Maggio (L'Ughelli dice ora alli 20. ora alli 26. *T.* I. *p.* 368. 381.) del 1427. ad occupare la vacante Chiesa di Valva (*Reg. ejusd. in Arch. Datar. A.* XI. *Tom.* VIII. *pag.* 190. *Arm.* XXIX. *To.* III. *pag.* 193. *t.*), poscia quella di Teramo, ed in fine quella pure di Macerata. Ritenne però sempre la detta Luogotenenza fino al 1428., nel qual anno costretto ad assentarsi dalla Camera per affari commessigli, *& pro bona convalescentia*, alli 6. di Aprile fu comandato ad Oddone de Varris, Tesorier Pontificio, ed Amministratore del Vescovado di Anagni, che ne esercitasse l'impiego (*Reg. Mart. V. Tom.* IV. *p.* 48.). Ma tornò a questo di lì a poco il Guidalotti, cioè al primo di Maggio, e lo esercitò fino al primo di Giugno del 1429. (*Arm.* XXIX, *Tom.* XI. *pag.* 45. *t. e* 270.), due mesi prima della sua morte, che andò ad incontrare in Perugia.

(3) Che cosa voglia significare cotesto *anulo subarare*, vedasi nel Glossario del Du-Cange alla voce *Subarrare*.

NUM. XL. (1)

10. *Febbrajo* 1432. *V. pag.* 136.

Universis, & singulis presentes Litteras inspecturis Franciscus miseratione divina Tituli S. Clementis Sacrosancte Rom. Ecclesie Presbyter Card., Domini Pape Camerarius Salutem in Domino.

Quod cum (*sic*) egregius vir Magister Ludovicus de Orto, Artium, & Medicine Doctor, ac Sanctissimi Domini Pape, & nostri, Phisicus velit de alma Urbe ad Civitatem or-

Ortanam nonnulla ſua bona mobilia per ſe , aut numptios , & familiares ſuos tranſmittere , & portari facere , idcirco Nos volentes eundem Magiſtrum Ludovicum , ac ejus familiares , & numptios cum quibuſcumque rebus , ſalmis , valiſiis , & arneſibus ſuis plena immunitate gaudere , de mandato &c. ac auctoritate &c. Univerſitatem veſtram , & veſtrum quemlibet tenore preſentium in Domino hortamur : ſubditis vero prefati Domini Pape , & Romane Eccleſie diſtricte precipiendo mandamus , quatenus prefatum Magiſtrum Ludovicum , familiares , & numptios predictos cum rebus , ſalmis , valiſiis , & arneſibus predictis , dum ipſos , ſeu eorum alterum , per loca , paſſus , pontes , terras , & Civitates , tam per Terram , quam per aquam veſtram , & prefati Domini Pape , & Sancte Romane Eccleſie tranſire , ſtare , ire , & redire contigerit , die noctuque habeant propenſius commendatos , nullam ab eis pedagii , angarii , parangarii , gabelle , ſeu fundinavis , aut alterius oneris ſolucionem exigendo , ipſoſque ita & taliter benigne tractare procurent , ut de eorum curialitate (2) merito valeant commendari . Quibuſcumque in contrarium facientibus non obſtantibus : preſentibus poſt lapſum ſex menſium , a die date preſencium in antea computandorum , minime valituris . In quorum &c. Dat. Rome apud Sanctum Petrum Anno Domini 1432. Indictione x. die decima Menſis Februarii Pontificatus &c. Anno primo .

A. de Peruſio .

(1) *Ex To.* XVI. *Arm.* XXIX. *p.* 164. *t.*

(2) Siccome dalla Corte è nata la Corteſia , così dalla Curia la Curialita , che vuol ſignificare altrettanto , della qual coſa molti eſempj hanno recato il Du-Cange , ed il Carpentier , e noi udimmo dianzi (*pag.* 66.) due Giudei nominarſi dal Senato Romano *curiali e benigni* .

Num.

Num. XLI. (1)

28. *Giugno* 1433. *V. pag.* 136.

EUGENIUS &c. Dilecto Filio Magistro Ludovico de Orto, Clerico Ortano, Magistro in Artibus, Scriptori (2), & Familiari nostro Salutem &c.

Grata familiaritatis, & devotionis obsequia, quæ Nobis, & Apostolicæ Sedi hactenus impendisti, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistis; nec non vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus personam tuam, tam familiari experientia, quam etiam fidedignorum testimoniis juvari percepimus, Nos inducunt, ut te specialibus favoribus, & gratiis prosequamur. Cum itaque, sicut exhibita Nobis nuper pro parte tua petitio continebat, tu, qui in minoribus dumtaxat Ordinibus constitutus, ac Scriptor, & Abbreviator Litterarum Apostolicarum, nec non Litterarum Audientiæ contradictarum Lector existis, ac Scriptoris, & Abbreviatoris, nec non Lectoris hujusmodi Litterarum officia geris, & exerces, ad laicalia vota aspirans, matrimonium cum aliqua muliere per verba legitime de præsenti contrahere proponis (3); Nos, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, tibi, qui etiam in Medicina Magister existis, ut si, & postquam hujusmodi matrimonium contraxeris, nihilominus officia præmissa, etiam quoad vixeris, retinere, gerere, & exercere libere, ac licite valeas, auctoritate Apostolica tenore præsentium indulgemus. Decernentes officia ipsa, vel eorum aliquod, per matrimonium hujusmodi, postquam contractum fuerit, minime vacare, teque omnibus

 & sin-

& ſingulis privilegiis, prærogativis, & honoribus, alias ratione dictorum officiorum competentibus, uti, & gaudere, ac illorum ratione provenientia emolumenta libere, & integre percipere poſſe perinde in omnibus, & per omnia, ac ſi Matrimonium nullatenus contraxiſſes antedictum: nec non irritum, & inane quicquid in contrarium a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Non obſtantibus fel. rec. Martini PP. V. prædeceſſoris noſtri, & aliis Apoſtolicis coſtitutionibus, ac ordinationibus, nec non privilegiis, & indultis ſub quavis forma, vel expreſſione verborum dilectis filiis earundem Litterarum Scriptoribus conceſſis, etiamſi de illis, & eorum totis tenoribus ſpecialis, & expreſſa in præſentibus mentio foret habenda, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1433. quarto Kal. Julii Anno tertio.

Simili modo Venerabilibus Fratribus ... Parentino (4) & ... Ortano (5) ac ... Sutrino (6) Epiſcopis Salutem &c.

Grata &c., quæ dil. filius Magiſter Ludovicus de Orto &c. Quocirca Fraternitati veſtræ per Apoſtolica Scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios ipſum Ludovicum ſuper præmiſſis opportunæ defenſionis auxilio proſequentes, non permittatis ipſum contra indultum, & conſtitutionem hujuſmodi a Scriptoribus prædictis, vel aliis quibuſvis ejuſdem Cancellariæ Officialibus, aut perſonis, impediri quomodolibet indebite, vel moleſtari. Non obſtantibus omnibus ſupradictis; ſeu ſi Scriptoribus, & Officialibus præfatis, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Litteras Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum

de

de indulto hujusmodi mentionem. Contradictores &c. Datum ut supra.

(1) *Ex Reg. Eug. IV. A.* XV. *Tom.* II. *p.* 257. *t. in Arch. Datar.* Simili indulti sono frequentissimi ne' Pontificati di Giovanni XXIII., di Martino, e di Eugenio.

(2) Fu in quest'officio anche sotto Papa Giovanni XXIII., e sotto Martino V., trovandolo io sottoscritto ad una Bolla del primo data in Bologna alli 12. di Settembre del 1414. (*Reg. Tom.* VII. *pag.* 226.), e in quelle del secondo spessissimo. Notò già il Ch. Signor Mehus (*Vita Ambrosii pag.* XVI.) aver egli scritte le Bolle di Eugenio pel Concilio di Basilea.

(3) In un Libro de' conti della Camera Apostolica (*Tom.* DXCIII. *p.* 117. *t.*) si ha un pagamento fatto dal nominato Tesoriere Oddone de Varris alli 18. di Settembre 1426. ad un Andrea dalla Serra, Conduttore di armati al soldo del Papa, e per esso ad un Ser Luca figliuolo di Lodovico de Orto di lui Cancelliere. Se questi è il Medico, dee aver avuta un'altra Moglie prima di quella, che gli permette ora Eugenio di prendere; ed a' Scrittori veramente, non il Matrimonio in genere, ma la sola Bigamia era vietata (*Reg. Eug. To.* XVIII. *p.* 158. *t.*).

(4) Angelo Cavaccia, che da Arbi passò a Parenzo in quest'anno istesso: fu Luogotenente del Tesoriere, e del Camerlingo. Nell'Illirico del Farlati (*T.* IV. *p.* 407. *Tom.* V. *pag.* 251.) si trovano più cose de' fatti di lui.

(5) Valentino da Narni, eletto alli 19. di Marzo del 1432. (*Reg. Eugenii IV. in Arch. Dat. A.* XVI. *T.* III. *p.* 29. *Lib.* LXV. *Oblig. C. A. pag.* 140).

(6) Luca Rossi de' Tartarini da Nepi, il qual da Arciprete di S. Tommaso a capo alle Mole (oggi a' Cenci, Martinelli *Roma sac. pag.* 404.) in Roma, divenne Vescovo di Sutri alli 13. di Novembre del 1430. (*Reg. Mart. V. in Arch. Datar. An.* XIII. *Tom.* XIII. *p.* 247. *Lib. Provis. Sac. Coll. p.* 212. *et Oblig. C. A.* LXV. *pag.* 104.). L'Ughelli (*Tom.* I. *pag.* 1276.) lo nomina de' Tartari, e lo dice Rettore di San Tommaso *in capite Molara Romanæ ditionis*, e fatto Vescovo alli 29. di Ottobre del 1431. Martino V. alli 6. di Luglio del 1428. lo mandò in qualità di Commissario Apostolico a governare nel temporale Bettona, Castagnola, Montefalco, ed alcune altre Castella della Diocesi Spoletana con dieci fiorini d'oro di Camera al Mese (*Reg. Tom.* IV. *pag.* 62. *t.*).

NUM. XLII. (1)

1. *Agosto* 1433. *V. pag.* 153.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis feliciter Amen.

Sigismundus divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & Ungariæ, Boemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ Rex ad perpetuam rei memoriam. Nobilibus Tadeo de Adelmariis de Tarvisio quondam Augustini, Artium, & Medicinæ Doctori, Physico nostro, ac Nicolao

colao Benedicto, fratri suo carnali, Sacri Lateranensis Pallatii Comitibus nostris, & Imperii Sacri fidelibus gratiam Cæsaream, & omne bonum . . . Imperatoriæ dignitatis sublimitas &c. Sane ad notabilem, & multum considerandam vestræ circumspectionis industriam, & virtuosæ fidei erga Nos, & ipsum Imperium devotam constantiam, quibus circa meos, & Imperii sacri procurandos honores prudenter cura pervigili hactenus claruistis, quotidie claretis, & in clarendo quidem ferventius honorum prærogativis vos sentietis consolatos, Majestatis oculos, ac internæ meditationis aciem singulari quadam ferventia gratiosius dirigentes, Vos, quos virtutis claritas, & laudabilium morum venustas spetiali decore redit insignes, animo deliberato, sano Principum, Comitum, Baronum, & Procerum Sacri Imperii meorum fidelium accedente Consilio, de certa nostra scientia, & Imperialis plenitudine potestatis Sacri Lateranensis Palatii Comites facimus, creamus, erigimus, nobilitamus, attollimus, & auctoritate Romano-Cæsarea gratiosius insignimus; decernentes, & hoc Imperiali statuentes edicto, quod vos ex nunc in antea omnibus privilegiis, juribus, immunitatibus, honoribus, consuetudinibus, & libertatibus frui debeatis, & gaudere, quibus cæteri sacri Lateranensis Palatii Comites hactenus fruiti sunt, seu quomodolibet potiuntur consuetudine, vel de jure. Dantes, & concedentes vobis eadem Imperiali auctoritate plenam & omnimodam de nostra certa scientia potestatem creandi Notarios publicos, seu Tabelliones, & Judices ordinarios ubique locorum, & per sacrum Romanum Imperium, qui idonei sunt, & in literatura sufficienter experti, cum plenaria potestate ad Notariatus, seu Tabellionatus, & Judicatus offitium pertinente, eosque, & eorum quemlibet investiendi de prædictis per pennam, & calamarium (2),
ut

ut eſt moris, dummodo tamen ab ipſis Notariis pubbli-cis, ſeu Tabellionibus, & Judicibus ordinariis per vos fiendis, & creandis, ut præmittitur, & eorum quolibet virtute, & nomine Sacri Romani Imperii, & pro Romano Imperio debitum fidelitatis recipiatis corporale, & properum Juramentum, quod Tabelliones, & publici Notarii tam inſtrumenta publica, quam privata, ultimas voluntates, quæcumque Judiciorum acta, & omnia alia & ſingula, quæ illis, & cuilibet ipſorum debito dictorum offitiorum occurrerint ſcribenda, juſte, pure, fideliter, omni ſimulatione, machinatione, falſitate, & dolo remotis ſcribent, legent, & facient ſtipulare illas, quas debebunt in publicam formam redigere, in membranis, & non in cartis abraſis, nec papireis fideliter conſcribendo, ſecundum ſervatam conſuetudinem facient. Nec non ſententias, & dicta Teſtium, donec publicata fuerint, & approbata, ſub ſecreto fideliter retinebunt: ac omnia, & ſingula recte, & juſte faciant, quæ ad dicta offitia quomodolibet pertinebunt de jure. Quodque hujuſmodi Notarii publici, ſeu Tabelliones, & Judices ordinarii creandi, & fiendi, poſſint per totum Romanum Imperium facere, tranſcribere, & publicare contractus, inſtrumenta, judicia, teſtamenta, & ultimas voluntates, decreta, & auctoritates interponere in quibuſcumque contractibus requirentibus illa, vel illas; & omnia alia, & ſingula facere, publicare, & exercere, quæ ad offitium publici Notarii, ſeu Tabellionis, & Judicis ordinarii pertinere, & ſpectare noſcuntur. Item eadem auctoritate vobis concedimus, & largimur, quod valeatis, & poſſitis naturales, baſtardos, ſpurios, manſeres, notos, inceſtuoſos copulative, aut disjunctive, & quoſcumque ex illicito coitu, & damnato procreatos, ſeu procreandos, viventibus, vel etiam mortuis eorum parentibus,

tibus, legitimare (illustrium tamen Principum, Comitum, vel Baronum filiis dumtaxat exceptis), & eos ad omnia jura legitima restituere, & reducere, omnemque genituræ maculam penitus abolere, ipsos restituendo ad omnia, & singula jura successionum, etiam ab intestato, cognatorum, & agnatorum, honoris, & dignitatis, & ad singulos actus legitimos, ac si essent de legitimo matrimonio procreati: dummodo legitimationes per vos fiendæ, ut præmittitur, non præjudicent filiis legitimis, & hæredibus, quin ipsi cum legitimandis per vos æquis portionibus suis succedant parentibus, & agnatis, non obstantibus legibus, quibus tuetur, quod naturales, bastardi, spurii, incestuosi, copulative, vel disjunctive, vel alii quicumque de illicito coitu procreati, vel procreandi, non possint, vel debeant legitimari sine consensu, & voluntate filiorum naturalium, & legitimorum: quibus legibus, aliis etiam si tales essent, quæ deberent exprimi, & de eis fieri mentio spetialis, quibus obstantibus, vel obstare valentibus, in hoc casu dumtaxat, ex certa scientia, & de plenitudine Imperatoriæ potestatis totaliter derogamus, & derogatum esse volumus per præsentes. Et ne aliquibus de cætero super condictione status vestri, & hæredum vestrorum valeat dubium suboriri, Nos de uberiori plenitudine spetialis gratiæ, & pro confirmatione status vestri præfata Imperiali auctoritate hæc Arma, & nobilitatis insignia, videlicet Clypeum, sive scutum in duas partes divisum, quarum superior pars rubei coloris, continens in se tres virides rosas, inferior vero pars coloris . . . . habens tres rosas rubeas, super scuto vero galeam cum corona glauci, sive aurei coloris, ex qua forma puellæ usque ad umbilicum eminet, quæ quidem arma vos & . . . . usque ad præsens portare consuevistis, confirmamus, & quorsum opus est con-

confirmavimus, & quorsum opus est denuo dedimus, ac concessimus, confirmamus, denuo damus, & concedimus auctoritate Cæsarea per præsentes; indulgentes vobis, & hæredibus vestris, ac descendentibus ab eisdem, & hanc gratiam specialem facimus, ut supra prædicta arma vestra hæreditaria ad decorem eorumdem Aquilam Imperialem bicipitem cum extensis alis, ex nunc in antea perpetuis temporibus ubique Locorum, & Terrarum, tam ad serium, quam ad jocum portare, & ipsis uti, ac frui possitis, & valeatis; impedimentis cessantibus quorumcumque, prout eadem arma in medio præsentium figuris, & coloribus congruis distinctius sunt depicta. Nulli ergo hominum liceat hanc nostræ creationis, ordinationis, decreti, statuti, concessionis derogat. . . . . paginam infringere, aut quovis ausu temerario contraire, sub pæna nostræ indignationis gravissima, & viginti marcarum auri puri, quas contrafaciens toties, quoties contrafactum fuerit, ipso facto se noverit irremisibiliter incursurum; quarum medietatem Imperialis Fisci, sive Ærarii, residuam vero partem injuriam passis usibus decernimus applicari. Præsentium sub nostræ Imperialis Majestatis Sigillo testimonio Litterarum.

Dat. Romæ Anno Domini 1433. die prima Mensis Augusti, Regnorum Nostrorum Anno Ungariæ quadragesimo primo, Romanorum trigesimo tertio, Boemiæ tertio decimo, Imperii vero primo.

(1) *Ex tabulario Nobilium de Adelmariis*.

(2) Anche gli Scriniarii Pontificj venivano dal Papa investiti della lor carica *per pennam, & calamarium*, come dice Cencio, citato dal Carpentier V. *calamarium*. Il Cardinal Rodolfo da Carpi, Legato in Francia, ebbe da Paolo III. agli 8. di Gennajo del 1537. un Breve facoltativo, per poter creare due o tre Notaj Apostolici, investendoli *per pennam, & calamare*, e questi mandare poscia in Inghilterra a pubblicare solennemente le notissime censure (*Instr. miscell. Arch. Vat.*).

Num. XLIII. (1)

1434. 17. *Agosto V. pag.* 125.

Clarissimo Viro Cosmæ de Medicis &c.
Venetiis (2).

Clarissime Vir post commendationem &c. O receputa una lettera da Majestro Pavolo mio padre data ad 24. del passato, nella qual me scrive, che io ve debia advisare, como Juliano (3) de Medici è stato in Roma infermo d'una terzana doppia, et guarì, e de po alcun dì recade infermo de doi terzane continue; et quantucha lo caso sia grave, pur ne spera più tosto bene che lo contrario, et che a lui non manca, nè mancherà niente, e de ciò ve date bona voglia.

Item scrive che uno mio libro, che me mandava, è stato rubato in mare con altra roba de cortisiani, et che lo banco vostro ao mandato in Corsica a recomperare questa robba perduta: per la qualcosa ve prega, posto che creda non essere de bisogno, che vogliate scrivere al banco vostro in Fiorenza, che tengano ongne modo possibile ad reavere questo Libro. Et così anco io ve prego advisarnime, che io aveva più caro quel Libro, che 50. ducati, posto che non valesse 20., considerato che per altro tempo io ce aveva studiato. Scriveme che se niuna cosa à ad far per voi in Roma li scrivate perche el farrà di bonissima voglia. Valete. Paduæ XVII. Augusti.

Vester Lelius de Valle.

(1) Dall'Archivio segreto del Gran Duca di Toscana Filza XI. C. p.to

(2) È notissimo l'esilio dalla Patria di Cosimo, e Lorenzo de' Medici, e la rilegazione in Padova, comandata loro alli 9. di Settembre del 1433., ed allargata poi alli 16. di Decembre, permessogli allora *di poter stare in tutte le terre dei Veneziani*,

ziani, non più presso a Firenze che fosse Padova, siccome in alcuni suoi ricordi originali, che ho letti presso il Ch. Monsignor Fabroni, lasciò scritto il Magnifico Lorenzo. E perchè in questi si narra altresì, come *a dì 29. Settembre* 1434. *per il Consiglio della Balia fu revocato* (Cosimo) *nella Patria*, resta ad evidenza provato l'anno, in cui fu scritta la presente Lettera.

(3) Questi è della linea de' Marchesi di Castellina: nacque nel 1421., fu Gonfaloniere nel 1487., e passò di questa vita nel 1497.

Num. XLIV. (1)

1435. *V. pag.* 138.

EUGENIUS &c. Dilecto Filio Nicolao Tit. S. Crucis in Hierusalem Presbytero Card., Ap. Sed. Legato Salutem &c.

Pro nonnullis arduis nostris, & Ecclesiæ Romanæ negociis mittimus ad circumspectionem tuam dilectum filium Magistrum Andream de Palazago, Artium, & Medicinæ Doctorem, Medicum nostrum, in quo plene confidimus. Idcirco iis, quæ tibi referet ex parte nostra, adhibeas plenam fidem, & simul secundum spem, quam in tua sapientia gerimus præcipuam, studeas omni cura, & diligentia bono effectu demandare ea, quæ intelliges spectare ad defensionem honoris, & status nostri, & Ecclesiæ præfatæ. Scribet etiam tuæ caritati nonnulla Venerabilis Frater Episcopus Ambianensis (2), cujus litteris velis credere tanquam nostris. Datum &c....

Vener. Fratri Reginaldo Archiepiscopo Remensi, Cancellario Franciæ (3) Salutem &c.

Quoniam semper gessimus in tua caritate singularem fiduciam, tanquam in eo, quem vidimus defensorem semper ferventem status, & honoris nostri (4), velis effectu adimplere, quæ tibi per ipsum Andream erunt expositi-

posita, & apponere debita remedia ad defensionem status, honoris, & dignitatis nostræ, & Apostolicæ Sedis, prout certo tenemus te pro tua solita bonitate esse facturum &c.

Venerabilis Frater Salutem &c.

Commisimus nonnulla statum, & honorem nostrum, ac Sedis Apostolicæ concernentia dilecto filio Magistro Andreæ de Palazago, Artium, & Medicinæ Doctori, Medico, & Oratori nostro, Fraternitati tuæ nostri ex parte referenda, quibus velis præstare plenam fidem &c.

(1) *Ex Reg. Brev. Mart. V. & Eug. IV. Tom.* XII. *pag.* 244.

(2) Eletto agli 8. di Luglio del 1433. (*Lib. Oblig. Camer.* LXV. *p.* 161. 165. *t.*), i Sammartani dicono alli 13. cioè nel giorno in cui si obbligò pe' soliti servigi (*Lib.* LXIV. *pag.* 151.). Martino V. alli 10 di Marzo 1424. lo nominò Acolito Pontificio (*To.* III. *p.* 23. *t.*), e fu poi Rettore della Università di Roma, siccome ricavo da un ordine, che diedegli in Ferrara nel 1434. il Camerlingo di pagare 100. fiorini l'anno ad un Gaspare de' Batarelli dalla Pergola, dichiarato Professore di Gius Civile nella sera in quello Studio, il qual desiderasi nel Catalogo di Monsi. di Mileto (*Arm.* XXIX. *Tom.* XVIII. *pag.* 2. *t.*). Il Papa lo amò grandemente, ed ebbelo sempre seco in Ferrara, in Bologna, e in Firenze Referendario, ed Oratore di Filippo Duca di Borgogna (*Reg. cit. Mart. V. & Eug. IV. pag.* 93. 96. 146. 245. 281. 282. *e* 303. *Arm.* XXIX. *Tom.* XIX. *pag.* 122. *t.*), e si adoperò una volta grandemente, perchè non fosse necessitato a partirsi dalla Curia, per maneggio de' Legati al Concilio di Basilea (*Reg. eod. p.* 259. *t.* V. Rainaldi *ad A.* 1437. *num.* 3.).

(3) Dicono i Sammartani (*T.* IX. *p.* 136.), che conseguisse questa dignità alli 28. di Marzo del 1425.

(4 Nel citato Volume del Registro di Eugenio alla *pag.* 204. *t.* trovasi la seguente Lettera, ch'ei scrisse a questo Arcivescovo da Bologna alli 30. di Agosto del 1436. per rendergli grazie di quanto avea fatto affin d'indurre il Re di Francia a mandare suoi Ambasciatori al detto Concilio, i quali cercassero maniera, onde questo fosse trasportato altrove, ed in Luogo accessibile a Sua Santità. *Ex Litteris dil. filii Thesaurarii Pictavensis, & relatione Ven. Fratris nostri Episcopi Ambianensis certiores effecti sumus, quod tuis medio, & sollicitudine Carissimus in Christo filius noster Carolus Rex Francorum Illustris Ven. Fratrem nostrum Archiepiscopum Turonensem, & dilectum filium Johannem Bonchier Oratores suos ad Basiliense Concilium causa procurandi mutationem Loci ad aliquem Locum in Italia Nobis gratum, & in quo commode possumus interesse, destinare decrevit; ex quo Fraternitatem tuam in Domino commendamus, cum in dies magis cognoscimus ex bonis operibus devotionem, & fidelitatem, quam geris ad Nos, & Apostolicam Sedem. Velis igitur incæpta prosequi, & ut finem sortiri valeant optatum operam dare, prout in tua prudentia singularem habemus fiduciam. Quoniam vero dilecti filii Simon Caroli Miles, & alii Oratores Regii primo missi ex inadvertentia forsan multa sibi commissa circa Loci mutationem Basiliensi Synodo proponere omiserunt, opus est ut præfati Turonensis Archiepiscopus, & Johannes le Bonchier melius instruantur, prout ex nostra commissione tibi latius scribet præfatus Episcopus Ambianensis.*

NUM.

Num. XLV. (1)

27. *Aprile* 1437. *V.* *pag.* 40.

EUGENIUS &c. Dilecto Filio Nicolao de Zambecariis (2), Civi Bononiensi Salutem &c.

Poggius (3).

Sinceræ devotionis affectus, quem ad Nos, & Romanam Ecclesiam gerere comprobaris, non indigne meretur, ut in illis, quæ a Nobis rationabiliter postulas, favorem tibi benivolum impendamus. Cum itaque sicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat dilecti Filii Rector, & Scholares Collegii Brixiensis, in Civitate nostra Bononiensi per quondam Guillelmum de Brixia fundati, a quibus tu pro te, ac tuis hæredibus tres domos in dicta Civitate, & Capella Sancti Barbaciani, nec non quatuor petias terræ in diversis locis Comitatus nostri Bononiensis, tunc per suos confines, & qualitates expressas, ac designatas, in emphiteosim perpetuam, de viginti novem annis in totidem annos renovandam, pro annua pensione, sive affictu octuaginta librar. Bonon. per te, ac dictos hæredes eis, & dicto Collegio annis singulis, & certis loco, & terminis, ac conditionibus, pactis, modis, & formis, etiam tunc expressis, persolvendo, dudum per eos tibi, & dictis hæredibus auctoritate quarumdam Litterarum bonæ mem. Bonifacii, in sua obedientia Papæ VIIII. nuncupati, concessas, sive locatas tenes, & possides, de præsenti tibi renovationem hujusmodi, etiam pro parte tua suis loco, & tempore debitam, requisiti facere recusaverint. Nos, qui interim prædictas, & certas alias ejusdem Bonifacii Litteras super præmissis per te cum præfato Collegio permu-

mutandis bonis, ac omnia, quæ per ipsarum Litterarum Executores in præmissis, & circa ea etiam post ipsius Delegantis obitum gesta fuerant per alias nostras Litteras approbantes, & confirmantes præfatam pensionem, quam eidem Collegio, sive octo illius Scholaribus solvere consueveras, vel ad id astrictus eras, motu proprio, ex certis rationabilibus causis, similiter tunc expressis, ad Collegium Gregorianum, in eadem Civitate nostra constitutum, ac dilectos filios illius Rectorem, & Scholares, qui pro tempore erunt auctoritate Apostolica transtulimus, ac voluimus quod dictam pensionem eisdem modo, & forma, ac terminis, quibus illam præfato Collegio Brixiensi, ut præfertur, solvere consueveras, aut astrictus eras, dicto Collegio Gregoriano, ac eis Rectori, & Scholaribus, ex tunc in antea annis singulis solvere tenereris, teque ad solutionem pensionis hujusmodi dicto Collegio Brixiensi de cetero faciendam absolvimus, & liberavimus, prout in eisdem Litteris plenius continetur. Tuis in hac parte supplicationibus inclinati renovacionem prædictam usque ad vigintinovem annos a fine aliorum vigintinovem annor. locationis hujusmodi ultimo præteritorum computandos, auctoritate prædicta tenore præsentium facimus concessionem, sive locacionem eandem ad præsentes vigintinovem annos hac vice dumtaxat tibi, & dictis hæredibus renovando. Volumus autem, quod tu, & dicti tui hæredes renovacionem hujusmodi quotiens illius tempus ingruerit, a præfatis Rectore, & Scholaribus dicti Collegii Gregoriani, a quibus emphiteotica bona prædicta deinceps recognoscere debeatis, petere teneamini, ipsique illam vobis, quemadmodum Rector, & Scholares Brixiensis Collegii hujusmodi tenebantur, perpetuo facere sint astricti. Nulli ergo &c. Dat. Bononiæ Anno &c. 1437. quinto Kal. Maii Anno septimo.

Ja. de Arimino (4).

(1) *Ex Reg. Eug. IV. To.* XV. *p.*168. *t.*

(2 L'Alidosi parla di quest' Uomo alla pag. 180. de' *Dottori Bolognesi*, che professarono giurisprudenza, e ricorda un' Opera di lui sopra il Digesto nuovo.

(3) *Cui non dictus Poggius? Sed nondum finitus*, perchè lusingomi di poter ora anch'io raccontare de' fatti suoi qualche cosarella, che forse per l'avanti non si sapeva. Dirò adunque ch'ebbe per Madre una Madonna Giacoma (il Padre si chiamò Guccio, ed è pur ricordato in un Codice dell'Archivio Vaticano *Lib.*LX. *Oblig. Cam. pag.* 173. *t.*, ed in più Bolle), e pare che in memoria di lei voless'egli che un suo figliuolo portasse il nome di Giacomo. Ecco un piacevolissimo Passaporto, che alli 9. di Giugno del 1426. ad essa accordò il Guidalotti, Luogotenente del Camerlingo: *Cum provida mulier D. Jacoba, mater litteratissimi viri D. Poggii de Florentia, D. N. PP. Secretarii, versus partes Florentiæ, cum duobus saccis plenis filato, & pannis laneis, & lineis, aliisque rebus & bonis ad usum suum deputatis; nec non argenteriis, & aliquibus rebus comestibilibus transferre se cupiat personaliter de præsenti. Nos igitur &c.* (*Arm.* XXIX. *Tom.* IX. *pag.* 235. *t.*)

Il Poggio fu da Giovanni XXIII. eletto a Scrittore delle Lettere della Penitenzieria (*Reg. in Arch. Datar. A.* III. *Tom.* I. *pag.* 300.), e fece da Secretario con Martino, con Eugenio, con Niccolò, e con Callisto, non però con i quattro loro predecessori, quantunque tal cosa sia asserita dal Buonamici, e da altri. Di essi (si eccettui Bonifacio IX., che forse non conobbe) fu Scrittore solamente, fatto, cred' io, da Innocenzo VII. ad istanza di Francesco da Montepulciano, siccome ci assicura Coluccio Salutati (*Epist. To.* I. *p.*13. e 171.), e però ne' loro Registri spessissimo s'incontra il nome suo, dove quello dee essere dello Scrittore, o dello Abbreviatore di Curia Ma come può egli mai aver servito Callisto, se partissi da Roma nel 1452.? Questo è ciò, che è falso, perchè seguitò a vivere alla Corte Pontificia tre o quattro altri anni sicuramente. Alli 15. di Maggio del 1453. rinunciò lo Scrittorato, che avea fino a quel giorno ritenuto, e Niccolò volle conferirlo ad un Dottor di Legge Romano, Maestro Battista di Pietro de' Brendis (*Reg. Tom.* XLI. *pag.* 172.); nello stess'anno alli 26. di Agosto confermò questi un istrumento di compra, che il Poggio avea fatta di alcuni terreni della Parrocchia di S. Niccola de Terrario di Terranova, e nella Bolla lo nomina tuttavia Secretario, e nello istrumento, che si fece in Santa Maria di Terranova alla presenza di lui alli 30. di Agosto 1451., e che vi è inserito, è chiamato *Uom probo ed eminentissimo* (*ibid. Tomo* XLIV. *pag.* 40.). Callisto poi lo elesse per suo Secretario nel giorno stesso della Coronazione, cioè alli 20. di Aprile del 1455., con Bolla, in cui è sommamente encomiato, e detto figliuol di Guccio de' Bracciolini (*Reg. Tom.* XXX. *pag.* 44.), siccome in un Passaporto, che gli concedette alli 25. di Luglio (*To.* II. *p.*185.), ed in questa carica lo ricorda anche in un' altra Bolla de' 26. di Giugno dell'anno seguente, nella qual si parla di un figliuol suo Gio: Battista, Commendatario della Pieve de' SS. Ippolito e Cassiano de Laterino della Diocesi di Arezzo (*To.*IX. *p.*7.).

Eugenio mandollo nel 1431. ad assoldare per la Chiesa Niccolò Fortebracci, e come Commissario Apostolico fermò con esso le capitolazioni per tale *condotta* in Casalina, Villa di Città di Castello, dov' era accampato quel famoso Capitano. Ad esse tutti e due sottoscrissero nel modo, che segue, *Ego Poggius D. N. PP. Secretarius, et Commissarius manu propria me subscripsi, et sigillavi. Io Nicolo sopradicto di mia propria mano mi sono suscripto, et sugiellato de mio sugello* (*l.cit. Tom.* XXII. *p.* 46.): alli 5. di Aprile dell' anno 1432. fu ristorato di alcune spese, ch'ei fece in tale occasione (*Intr. & exit. C. A. Tom.* DC. *pag.* 59. *t.*). Nel 1438. trovossi col Papa in Ferrara, e prestò il solito giuramento alli 26. di Luglio in nome del nuovo Podestà di Città di Castello, destinato fino dalli 13. di Gennajo (*Reg. Eug. IV. Tom.* XXIII. *pag.* 65.), Ghino, *olim* Manente, de' Buondelmonti (*Arm.* XXIX. *Tom.* XX. *pag.* 50.), cioè del Suocero suo, la cui figlia avea sposata circa il 1434. (Zeno *Diss. Voss. To.* I. *p.*46.). Dirò per ultimo, che colui, dal qual fu una volta arrestato, ed obbligato a pagare una grossa somma di danari per riaversi della cattività, capitò male anch' esso, e dovette restituirgli il mal tolto. Questo è un Breve, che Eugenio stando a Firenze scris-

ſcriſſe alli 2. di Settembre del 1431. ad Alberto degli Alberti Notajo Apoſtolico, e Governator di Perugia, il qual fu poi Veſcovo di Camerino, e Cardinale: *Intelleximus quod tua prudentia cepit, & in carceribus detinet quemdam Angelum della Lenola de Peruſio, qui dudum dilectum filium Poggium, Secretarium noſtrum, pecuniis & bonis ſpoliavit, ac poſtea redemi fecit. Volumus igitur, & mandamus tibi primum, ut cogas ipſum Angelum ad dandum tibi quamdam cedulam, quam ipſe habet, ſcriptam manu dilecti filii Rentii de Tuderto, in qua ſe obligat ad ſolvendum ei pro ipſo Poggio, & ejus redemptione ducatos ducentos, & ipſam cedulam Poggio reſtituas, & etiam ad finiendum* (ſic) *ipſum Rentium, pro ut videbitur eſſe opus pro ejus ſecuritate. Deinde cures omni via & modo, quibus melius fieri poteſt, ut de bonis dicti Angeli fiat reſtitutio ipſi Poggio, quoad fieri poteſt. Ipſe autem tibi ſignificabit, quæ ſibi fuerunt ablata. In ceteris vero volumus, ut in eo juſtitia habeat locum ſuum (Reg. Brev. Mart. V. & Eug. IV. Tom.* XII. *pag.* 237. *t.).*

Alla pag. 154. del primo Volume ho nominati più Secretari di Papa Eugenio IV., che ſi deſiderano nell' Opera del Buonamici, ma per negligenza del copiſta fu omeſſo allora Bartolomeo Roverella, da cui ſi hanno ſottoſcritti interi Tomi di Bolle, e del cui Secretariato hanno fatta ricordanza il Canneſio nella Vita di Paolo II. (*pag.* 85.) il Ciacconio, il Ciampini (*de Abbrev. Curiæ p.* 11.), ed altresì l'Autore de' poveriſſimi ſupplimenti Buonamiciani.

(4) Riparandoſi Gregorio XII. in Rimini nel 1412. volle dar luogo nella ſua Corte a queſto Giacomo, il quale ſcriſſe poi Lettere ancora per Martino, che lo ebbe in Coſtanza, in Ginevra, in Mantova, ed in Firenze, e per Eugenio. Alli 12. di Novembre del 1432. fu deputato, in compagnia di un ſuo Paeſano, Eſattore delle *Fumanterie*, cioè di due ſoldi, e due danari, che per ogni Fumo, o Cammino, ſi pagavano nelle Provincie della Romagna, e della Maſsa Trabaria (*Reg. Eug. IV. in Arch. Datar. A.* XIII. *To.* V. *p.* 278.), da gran tempo aſsegnate al mantenimento de' tetti delle Baſiliche Vaticana, Lateranenſe, ed Oſtienſe (*Bullar. Vatican. Tom.* II. *p.* 86.). Il Ciampini lo ha chiamato *Ja.*, e *Jo. de Ariminio* (*pag.* 18. 21. *e* 22.). Non ho potuto ſcuoprire a qual Famiglia coſtui appartene ſse, e ſolamente per beneficio del Signor Canonico Angelo Battaglini ho ſaputo che abitava in Rimino nella Contrada, che diceva ſi, e ſi dice anche oggi, Certaldo, avendomi egli indicata una cotal Proteſta fatta da Carlo Malateſta in Rimino l'anno 1411., e pubblicata dal Martene (*Vet. Monum. T.* VII. *pag.* 1208.), alla qual intervenne, oltre quel Tomeo Biciocchi da Corpolò, che diſſi già eſsere ſtato uno de' Secretari di Eugenio IV., *ſapiens, & juriſperitus vir Dominus Jacobus de Certalco* (l. *Certalto*) *quondam Domini Joannis*. Ed è poi di avviſo queſto ſtudioſiſſimo Cavaliere, che per una controverſia nata tra eſſo Giacomo, ed un ſuo figliuolo Giovanni, Dottore di Medicina, foſse Bartolo richieſto a ſcrivere quel *Conſiglio*, che ſi legge nel terzo Volume al num. CCCLXIII.

NUM. XLVI. (1)

1437. *V. pag.* 138.

Jo. Ar. Ta. Fan. Arc. Cre. Fui his diebus magna affectus moleſtia, & quidem cum ingenti anxietate mentis, cum intellexiſſem caſum illum tuum inopinatiſſimum, ac non parum ab inicio ſum veritus periculoſum. Timui enim ſaluti tuæ nimium. Tandem factus ſum certior

tior læsionem non magnam admodum extitisse, & nunc per Dei gratiam te ad indubitatam convalescentiam pervenisse, quæ res & me consolata est, & ingentem attulit meo animo lætitiam. De rebus Concilii ne mirum sit si nihil est a me scriptum. Sunt enim res illæ in ea perturbatione & obscuritate, ut nihil certum hactenus haberi potuerit, tanta est animorum varietas, & dissensio. Novissime autem fore deliberatum extitit per SS. D. N. & Reverendos Patres DD. Cardinales, ut ego iterum Basileam repetam (2). Ago sedulo ne id eveniat, & quidem rationibus optimis. Nam nec video id rebus gerendis expedire. Tandem, quod vereor, necesse erit obedire. Ad exequutionem reliquiarum tuorum laborum, & conclusionum factarum cum Ambasciatoribus Christianissimi Regis Franciæ, & Regis Renati deputatus est Magister Andreas, SS. D. N. Medicus. Hæc habui, Pater mi suavissime, quæ modo ad te seriberem. Et inter novas, & acerbissimas animi mei molestias, quæ mihi hoc tempore contigerunt, nunciatum est etiam mihi Germanum meum e vita excessisse. Ea res nimias mihi angustias dedit: Ut enim cetera omittam, atque illum mihi unice carissimum habitum, una res erat eximia, scilicet probitas viri, quæ ut illum maximi apud me facerem, illique mirum in modum afficerer, semper effecit. Hæc ipsa igitur Fratris amissio incredibilem quemdam mihi dolorem attulit. Nam & multa se offerunt animo, quæ maximam faciunt huic acerbitati accessionem, & quamvis me ipsum ratione consolari studeam, nondum tamen invenire potui dolori meo finem. Caritatem tuam rogo me plurimum commendes R. P. Domino E. & item Domino Fed Cont., quibus tu dices, non mirari me quicquam si facti sunt uterq. mei immemores, quippe qui in oblivionem naturæ venisse arbitror. Vale ex Bononia.

(1) *Ex Cod.* 1141. *Bibl. Barber. p.* 632. Cita queſto Codice il Farlati *Illyr. ſacr. Tom.* v. *pag.* 122., e ne ſtampa una Lettera: ma prima di lui avealo citato l'Ughelli *Tom.* v. *pag.* 410. *e* 1426.

(2) Della Legazion di queſt' Uomo al Concilio di Baſilea negli anni 1433. e 1434. vedaſi il Manſi nelle note al Rainaldi. Ne' Libri de' conti della Camera trovo che alli 26. di Marzo del 1433. furongli pagati 50. fiorini *dum deberet ire ad Baſileam pro negotiis D. N.* (*Vol.* DC. *pag.* 84.), alli 13. di Marzo del 1437. fiorini 300. *pro expenſis fiendis eundo Baſileam* (vi andò adunque a ſuo diſpetto) *pro factis D. N.* (*Vol.* DCVIII. *pag.* 85.), alli 24. di Settembre 1438. fiorini 280. *pro expenſis duorum menſium cum* 14. *equis pro eundo Nurimbergam ad Diatam pro parte D. N.* (*Vol.* DCXII. *pag.* 149. *t.*), alli 9. di Agoſto del 1439. fiorini 294. *pro reſiduo expenſarum factarum a die* 6. *menſis Septembris pr. pr. eundo ad Regem Romanorum cum* 20. *equis pro tribus menſibus* (*Vol.* DCXIV. *pag.* 70.), alli 17. dello ſteſso meſe n'ebbe 600. *pro expenſis fiendis eundo ad Regem Rom. cum* 20. *equis pro tribus menſibus* (*pag.* 70. *t.*), e finalmente 400. alli 18. di Settembre del medeſimo anno, *eundo ad Inſulam Cretenſem* (*pag.* 75.).

NUM. XLVII. (1)

29. *Maggio* 1438. *V. pag.* 180.

Iſta die (29. Maii) An. M. CCCC. triceſimi octavi (2) tempore Domini Eugenii PP. IV. obiit recol. mem. Reverendiſſimus Pater, & Dominus hujus Sacroſancte Baſilice digniſſimus Archipresbiter (3), benefactorque devotiſſimus, & in omnibus noſter benivolus, & protector Dominus Jordanus de Urſinis Sabinen. Epiſcopus, S. R. E. Card., & D. N. PP. major Penitentiarius, qui apud Balnea Senarum decedens, ad hanc Baſilicam extitit deportatus, & in Capella Sancte Marie pregnatis ſepultus; condenſque ſuum ultimum teſtamentum (4) ante tempora ſue mortis, prefate Baſilice valorem octo millium ducatorum, vel circa reliquit, videlicet in paramentis, poſſeſſionibus, libris, & rebus jocalibus aliis, prout ſunt planete, dalmatice, tunicelle, pluvialia in eorum eſſe completa, alba, rubea, violata, nigra, & cinerea. Item pluviale imperiale de velluto rubeo de auro imbrochato cum friſo pulcherrimo. Item dalmaticam, & tunicellam imbrochatas de auro. Item pluviale uſatum al-

album, & imbrocchatum. Item Breviarium, Miſſale, Salterium pulcherrima. Item caſas tres corporalium pulcherrimas. Item gremalia, ſeu faciſtoria quatuor. Item paria ſandalium duo. Item tabernaculum parvum de criſtallo ornatum de argento cum ſpinis de corona D. N. Jeſu Chriſti. Item duo Candelabra criſtallina etiam ornata de argento. Item capud Sancti Jacobi interciſi Martiris. Item reliquiarium de ligno magnum, & pulchrum, ac deauratum. Item capud Sancti Sebaſtiani Martiris. Item duas cathedras de ferro pro Epiſcopo celebrante. Item Palatium in Regione Pinee, & Parrochia Sancti Nicolai de Calcarariis, cum cenſibus domorum vicinarum, ad ſummam octo . . . . vel circa, & duas apothecas, ſub dicto Palatio verſus viam anteriorem emptas per eum ſeorſum, & ſeparatim a dicto Palatio. Item domum in Regione Sancti Euſtachii, & Parrochia Sancte Marie de Monterone in via Pape, que olim fuit Nutii de Nigris. Item reliquit vineam cum turri XVIII. petiarum poſitam in loco, qui dicitur Monte della creta extra Portam Caſtelli in proprietate Baſilice. Item mille ducatos aureos, de quibus per ſuos Executores fuerunt expoſiti ſexcen. ducati in emptione domus Magiſtri Sancti Medici in platea Sancti Laurentii in Damaſo (5). Item & tertia pars domus, ſive taberne della vaccha de Parrochia Sancti Blaſii della Pagnotta empta extitit pro ducentis ſimilibus ducatis. Reliqui vero ducenti reſervati fuerunt, & depoſiti de voluntate Executorum, & Heredum prefati Domini pro Libraria (6) coſtruenda, & ordinanda, in qua libri ducenti & quinquaginta quatuor ſunt locandi, per eum etiam relicti, qui ſecundum communem extimationem ſunt valoris duorum millium, & quingentorum ducatorum auri. Voluit dictus piiſſimus Pater, & Dominus, prout & omnes per publico iſtrumentu promiſi . . . pre-

 fatam

ſatam Baſilicam obligando, ut iſto die, & in craſtinum, poſt feſtum Aſſumptionis Beate Marie Virginis de Menſe Auguſti, quo ortus ſui primordia extiterunt, fierent pro anima ipſius, ac Domini Johannis Gaitani Cardinalis, etiam de Urſinis de domo ſua, ſollemnia anniverſaria, & in quolibet eorum expendantur ducati auri XII. inter Canonicos, videlicet Beneficiatos, & Clericos intereſſentes; & in dicta Capella S. Marie pregnantis ſit unus Capellanus de noſtro Collegio, qui pro anima ipſius, & ſuorum celebrare debeat Miſſas tres in qualibet ebdomada, & multa alia ordinavit & diſpoſuit ad prelibate Baſilice, ac noſtrorum omnium commodum, & honorem.

(1) *Ex Martyr. necrol. Baſil. Vatic. pag.* 75.

(2) Il Ciacconio, e l'Ughelli, a' quali ſono andati dietro gli Autori del Bollario Vaticano (*Tom.* II. *p.* 82. *n.*) poſticipano di un anno la morte di queſto Cardinale. Un Diario, citato dal Sig. Mehus (*Vita Ambroſ. Camal. p.* 408.) la pone alli 31. di Maggio del 1438.; e in un altro Codice dell'Archivio del Capitolo di San Pietro trovaſi ſegnata alli 29. di Luglio. Checcheſia del giorno, dell'anno è certiſſimo, che fu il 1438., perchè Eugenio in Ferrara con ſua Bolla del primo di Settembre di queſt'anno nominò Vicario nello ſpirituale della vacante Chieſa di Sabina Giovanni de' Tartarini (*Reg. Tom.* XI. *pag.* 229. *t. To.* XXIII. *p.* 72.), e alli 23. di Decembre maggior Penitenziere il Cardinal Niccolò Albergati (*Tomo* XXIII. *pag.* 79.).

(3) Lo eleſſe Eugenio IV. (*Reg. in Archivo Datar. An.* XI. *Tom.* X. *pag.* 32.). Vedaſi il citato Bollario Vaticano.

(4) Lo fece in Bracciano alli 26. di Luglio del 1434. per gli atti del Notajo Galeazzo da Cremona, e volle foſsevi inſerita la nota de' danari, de' beni mobili, ed immobili, degli arredi ſacri, e di tutti i Libri, che laſciava alla Baſilica Vaticana (*Ind. Scripturar. Arch. Capit. S. Petri pag.* 328.).

(5) La compra di tal caſa fu fatta alli 28. di Giugno del 1441., e ſi chiamava *l'Albergo della Chiave*, ſiccome trovaſi notato negl' Iſtrumenti della Baſilica, rogati dal famoſo Paolo di Lello Petroni (*pag.* 12. *e* 14.). Ma il Medico Sante ivi è detto da Camerino, però non può più eſsere l'Archiatro di Paolo II., nato in Fermo. Camerineſe nominaſi ſimilmente, e nobile in un altro atto pubblico ſtipulato dal medeſimo Lello alli 20. dello ſteſſo anno, e meſe (*pag.* 12. *t.*).

(6) Di queſta Biblioteca legata alla Baſilica Vaticana dal Cardinal Giordano Orſini, grandiſſimo Protettore, ed ornamento delle Lettere, ſi veda il Torrigio (*p.* 397.), la Vita citata di Ambrogio Camaldoleſe, il Bollario Vaticano (*To.* II. *p.* 180. 183. *n.*), e il Signor Tiraboſchi (*Tom.* VI. *Par.* I. *pag.* 94. 109. *e* 205.).

Num.

NUM. XLVIII. (1)

15. *Ottobre* 1442. *V. pag.* 153.

Uladislaus Dei gratia Hungariæ, Poloniæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, Lithuaniæque Princeps ſupremus, & Hæres Ruſſie &c. Univerſis &c. Salutem &c. Illuſtres Fratres noſtri, amicique benivoli, quia egregium, & nobilem virum Magiſtrum Thadeum de Adelmariis de Terviſio, Artium & Medicinæ Doctorem, Conſiliarium, & Familiarem noſtrum Nobis ſincere dilectum harum oſtenſorem pro nonnullis noſtris in Romana Curia, & ſuis etiam peragendis ad eandem Romanam Curiam ac Sedem Apoſtolicam Oratorem, & Ambaſiatorem noſtrum dirigimus, quem eciam pluries pro noſtris, & ſuis exequendis negociis ad varias Mundi partes declinare continget; eapropter dictum Magiſtrum Thadeum vobis, & veſtrum cuilibet cordialiter recomittimus, rogantes affectuoſe, quatenus in omnibus tam noſtris, quam ſuis peragendis negociis illum benivole ſuſcipientes, caritative noſtri contemplacione tractetis, ipſumque per Loca Principatus, & Dominia veſtra, Paſſus, Pontes, Portus, Navigia, Poſſeſſiones, Tenutas, Civitates, & Pro-ncias vobis, & veſtræ juriſdicioni commiſſas, & ſubjas cum omni ſua familia, & comitiva, tam equeſtri, qam pedeſtri, equis, valiſiis, lectiſterniis, argenteriis, liris, armis, veſtibus, ſalmis, curribus, navibus, arneis, & bonis ſuis univerſis, ire, ſtare, redire, pernocte ſemel, ac pluries, & totiens, quotiens ei viſum fuit opportunum, ſine aliquo impedimento verbali, reali, aut perſonali, ac ſine aliqua ſolutione datii, pedagii bullettæ, fundi navis, & pontis, ac alterius cujuſcum-

cumque oneris exactione, multæ, theolonei, & alterius exactionis impositæ hactenus, & imposterum imponendæ. Providentes insuper sibi, ac rebus familiæ, comitivæque prædictis de securo transitu, scorta, & salvo, ac reali conductu totiens, quotiens illum ad Loca vestra declinare contigerit, & ejus nomine vestrum quilibet fuerit requisitus pro singulari nostra complacentia offerentes Nos, & nostros ad similia, & majora pro vobis, & vestris similiter promptos, & paratos. Subditis vero nostris quibuscumque, quacumque perfulgeant dignitate hoc regio Decreto præcipiendo mandamus, quatenus ipsum Magistrum Thadeum similiter favorabiliter suscipiendo, eundem cum omnibus rebus, familiaribus, bonis, & rebus, ac comitiva suprascripta secure, ac libere sibi de similibus scorta, salvoconductu, & omnibus provideatur, prout per ipsum fueritis requisiti, omnibus exactione, solutione, angaria, parangaria, & quacumque alia oneris exactione penitus cessante, sub nostra graciæ, & indignationis pæna secus non facturi. Præsentium litterarum nostrarum sigillo nostro, quo ut Rex Hungariæ utimur, consignatarum testimonio mediante, & ipsis etiam perpetuo duraturis. Dat. Budæ die 15. Mensis Octobris Anno Domini 1442.

(1) *Ex Autographo apud Adelmarios, Nobiles Tarvisinos*

NUM.

Num. XLIX. (1)

10. *Agosto* 1448. *V. pag.* 151.

NICOLAUS &c. Dilecto Filio Johanni Textoris, Laico Caturcensis Dioec., in Artibus, & Medicina Magistro, Medico, ac Familiari nostro, continuo Commensali Salutem &c.

G.Trapezuntius (2).

Personam tuam Nobis ob litterarum scientiam, & grata servicia per te hactenus Nobis impensa acceptam gratioso favore prosequi volentes, te in nostrum Medicum, ac Familiarem, & continuum Commensalem auctoritate Apostolica tenore præsentium ex nunc recipimus, & retinemus, ac numero, & consortio aliorum Medicorum, ac Familiarium nostrorum, continuorum Commensalium favorabiliter aggregamus, tibique ut omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, exemptionibus, indultis, antelationibus, immunitatibus, gratiis, favoribus, honoribus, oneribus, & emolumentis, stipendiis, libertatibus, atque commoditatibus, quibus alii Medici, & Familiares nostri, continui Commensales utuntur, & gaudent, seu uti, & gaudere possunt, vel poterunt quomodolibet in futurum, uti, & gaudere ubique existendo libere, & licite valeas eadem auctoritate concedimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ receptionis, retentionis, aggregationis, & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno &c. 1447. quarto Idus Augusti Pontif. Nostri Anno secundo.

A. Trapezuntius (3).

Collat. per me S. Cousin (4).

(1) *Ex*

(1) *Ex Reg. Bull. Nicol.V. To.* XLVIII. *pag.* 192.

(2) Non il solo Niccolò V., siccome nel Libro di Monsignor Buonamici leggiamo, fu da cotesto celebratissimo Greco servito da Secretario, ma Callisto III. altresì, e Pio II., che alli 4. di Settembre del 1458. ordinò a Bernardo Eruli, Vescovo di Spoleto, di esaminare un cotal istrumento di retrocessione di certa casa, a cui si erano prestati Gio: Battista Savelli, e Cola Stefano dello Abate, Cittadini Romani, la qual casa comprata avea poscia il nostro Giorgio dal detto Cola (*Reg. Tom.* I. *p.* 25. *t.*). Dirò di più che parmi, che anche Eugenio IV. si valesse dell'opera di lui in questo istesso impiego, conciossiacchè Callisto in una sua Bolla de' 5. di Marzo del 1457. (*Tom.* XXX. *p.* 249. *t.*) lo nomina Secretario suo, *et nonnullorum prædecessorum*. Dal Ciampini fu numerato tra gli Abbreviatori del maggior Parco, ma io non trovo come ci dovesse poter essere.

Gli altri Secretarj di Niccolò, che fuggirono dalle ricerche di esso Buonamici, sono i seguenti. Giacomo Socci da Vicenza, di cui Monsig. Galletti nelle note alla Orazione del Fedra per Pietro da Vicenza (*p.* 18.): ancor questi è nel Catalogo degli Abbreviatori all'A. 1431. Giovanni de' Mazancolli, Domicello Ternano, e Dottor di Legge, il quale alli 15. di Aprile del 1447. fu fatto Governatore di Città di Castello, destinatovi già da Eugenio; nell'Ottobre del 1449. andò Nunzio, Dio sa dove; al primo di Agosto del 1450. divenne Uditor della Camera, morto che fu Lodovico de' Grassi, Vescovo di Rimino, e in questa dignità stette fino alli 12. di Decembre del 1458., nel qual giorno, avendola esso ceduta, fu data a Giacomo Muciarelli da Bologna (*Reg. Nic. T.* XXVI. *pag.* 210. *Tom.* XLVIII. *pag* 28. *To.* XLIX. *pag.* 109. *To.* LI. *p.* 107. *Reg. Offic. Pii II. Tom.* 1. *pag.* 116.). Bertrando Marna, Chierico della Diocesi di Ginevra, fatto Secretario alli 7. di Maggio del 1451. (*Tomo* XLIX. *p.* 167. *t.*). Andrea di Domenico Fiocco da Firenze (*To.* XXIII. *p.* 136.), Uomo assai dotto, ma di molto oscura vita (Tiraboschi *To.* VI. *Par.* II. *p.* 7. Mehus *Vita Ambros pag.* XVI.), e dal Buonamici posto soltanto nella Corte di Eugenio, nella quale per Abbreviatore eziandio della Presidenza maggiore poselo il Ciampini. Gregorio XII., e Giovanni XXIII. lo ebbero per Iscrittore, ed Eugenio lo creò Notajo alli 13. di Novembre del 1435. (*To.* VI. *pag.* 98. *t.*). Fu Parroco di più Chiese nelle Diocesi Fiorentina, e Fiesolana, e nel 1442. pagò per esse le *annate* dovute, così da lui, come dal defunto suo fratello Bartolomeo (*Intr. & exit. C. A. Tom.* DCXVIII. *pag.* 3. *t.*). Niccolò Sagundino, del qual si è parlato alla p. 202., ha posto più volte il nome suo nel Registro di Niccolò. Andrea Gazul, Chierico della Diocesi di Tortosa, e Secretario di Alfonso Re di Aragona, fu dallo stesso Papa dichiarato suo parimente alli 24. di Aprile del 1447. (*Tom.* I. *pag.* I.). Gotardo di Sarzana, eletto tre giorni dopo il precedente (*Tom.* XXII. *p.* 264.). Giacomo de Languscо, Cittadin Veneziano, cui alli 16. di Decembre del 1452. furono dal Pontefice cedute in enfiteusi alcune terre, di ragion della Camera, poste nella Diocesi di Padova (*Tom.* XL. *p.* 39. *t.*). Di lui medesimamente ho detto alla p. 241., ed ora dirò che il Buonamici conobbelo veramente (comecchè negl' Indici, fatti con molta trascuratezza, non lo abbia nominato, e siasi perciò l'Autore delle giunte all' Opera di lui persuaso di averlo esso scoperto), avendo alla pag. 138. recitato un passo del Poggio, che lo dice *Languisco da Verona*, e Secretario di Martino. Eugenio lo fece entrare nella sua Secreteria alle calende di Settembre del 1446., *intuitu virtutum, ac studiorum liberalium, quibus a juventute deditum fuisse accepit, & contemplatione Francisci* (Condulmerii), *Episcopi Portuensis, qui pro illo efficaciter intercessit* (*To.* VIII. *pag.* 185. *t.*). Un altro Secretario spesse volte s'incontra nel citato Registro, di nome Marcello; il qual è per certo quel Marcello Rustici, che il Buonamici seppe essere stato Secretario di Sisto IV. Ma era egli tale, e Scrittore eziandio Apostolico, fino da' tempi di Eugenio IV. (*Reg. in Arch. Dat. Anno* VIII. *Tom.* VIII. *p.* 299.), e Niccolò invitollo a quel posto nel 1449., e n'ebbe il possesso agli 8. di Agosto (*Reg. To.* LI. *pag.* 106. *t.*): Callisto, che nel 1458. parmi lo facesse anche suo Cameriere (*Tomo* XXXII. *p.* 61. *t.*), ve lo ritenne (*Reg. Tom.* II. *pag.* 132.), e Pio II. (*T.* XXXV. *pag.* 203.), da cui, bisognoso di danari per

per la ſpedizione contro il Turco, Marcello alli 5. di Decembre del 1463. comprò per la terza parte i Caſtelli, confiſcati al ribelle Giacomo di Battiſta Savelli, Monteaſola, Forano, Cantalupo, Montorio, Poggio Mojano, e Diodato in Sabina, e le giuriſdizioni, e i dritti di eſſi; avendone una ſimil porzione comprata il Protonotario Giorgio Ceſarini, e l'altra i tre Fratelli della Valle, Lelio, Avvocato Conciſtoriale, e Cognato di Marcello, Giacomo, e Filippo, l'Archiatro di Siſto IV., tutti del Rione di S. Euſtachio. Il Papa confermò il contratto alli 10. di Gennajo dell'anno ſeguente, e ricevette que' Luoghi, con i loro abitanti ſotto la protezion Pontificia (*Regeſt. Tom.* XXVII. *pag.* 293. *t.*, *e* 294. *t. Papien. Comment. Lib.* I. *in fin.*). Trovavaſi eſſere Decano del Collegio de' Secretarj partecipanti nel 1471., quando il Card. Camerlingo gli comandò alli 20. di Agoſto di dar luogo in eſſo al celebre Domenico (detto altramente Domizio) Calderini, Chierico Veroneſe, e Secretario del Cardinal Beſſarione (*Arm.* XXIX. *Tom.* XXXVI. *pag.* 15. *t.*). Il Papienſe gli ſcriſſe più Lettere, ed una è fra le ſtampate al numero CCCXCII., e in un Codice, che ho altre volte nominato, della Biblioteca Barberini (*n.*2141. *p.*328.), ne leſſi pur una, che da Zara mandolli nel 1454. l'Arciveſcovo Maffeo Vallareſſo, ſuo antico amico, e confidente. Fu arricchito delle due Cancellerie di Corneto (*Reg. Calliſ. III. Tom.* XXVIII. *p.* 78. *t.*), e di Roma, e queſta dopo ch'egli fu morto, conſeguì alli 18. di Decembre del 1481. Mario Millini (*Reg. Offic Sixt. IV. Tomo* IV. *pag.* 180.). Morì adunque in detto anno, e preciſamente alli 10. di tal meſe, per atteſtato di Giacomo Volterrano, dal quale ho ſtimato bene di traſcrivere tutto il ſeguente racconto, perchè così meglio ſapremo chi foſſe Marcello, e quanto perciò da averſi in pregio le poche notizie, che ho raccolte di un tanto illuſtre perſonaggio. *Ad diem Martis* XI. *Menſis* (Decembris) *annotandum duxi funus ſpectatiſſimi & graviſſimi viri, Marcelli Ruſtici, Cencii filii, Patricii Romani, Apoſtolici Secretarii, Collegæ mei; hodie enim elatum eſt, quum heri diem obiiſſet. Pompa celebri uſi ſunt Gentiles ejus: Collegæ omnes in habitu fuimus, ab ejus ædibus uſque ad Minervæ Templum comitantes funus, ubi in Majorum ſepulcro religioſo more cadaver eſt conditum. Affuit Nobilitas omnis Romana, & quamplures Romanæ Curiæ Proceres, etiam nonnullorum Cardinalium familiæ. Ipſe autem elatus fuit cum veſte, & bireto Secretariatus* (ſi legga *Cancellariatus*) *Urbani, quo munere tunc fungebatur. Laudatus eſt publice a Religioſo quodam Templi illius, ſed admodum frigide, illius, ut opinor, inſcitia, vel temporis anguſtia. Sed vir fuit omni laude dignus, magni, & acris ingenii, linguæ tamen promptæ, & facundæ* (*tum promptæ, tum etiam facundæ*, dice un Codice dell' Archivio Vaticano), *animi maximi, & exercitati in magnis rebus tam Romanæ Curiæ, quam Urbanorum Magiſtratuum, adeo ut Curialis optimus, & Senator egregius jure optimo dici poſſit ereptus. Ordo Secretariorum maximam ex ejus obitu jacturam patietur. Succeſſor datus eſt nobis præſtantiſſimus vir Sigiſmundus Comitis Fulginas Diplomatum Pontificiorum Scriptor, vir certe magnæ litteraturæ, modeſtia inſignis, & morum gravitate venerandus. Doctum, & eruditum Collegam habemus, prædeceſſore dignum, ut ſpero* (Muratori *S. R. I. Tomo* XXIII. *pag.* 159.).

Poteva egli al biſogno, e al deſiderio di un Uom, che ſcriveva de' Secretarj Pontifici, offrirſi un più opportuno, e più intereſſante luogo di queſto? Nol vide però il Buonamici, a cui pervenne il nome di Marcello ſoltanto per un altro luogo dello ſteſſo Volterrano, e per una iſcrizione, ch'ei leſſe preſſo lo Scradero, poſta da un Antonio a Cencio, ed a Marcello Ruſtici, ſuoi Avo, e Fratello. Ma la copia di Monſignor Galletti (*Tom.* III. *p.* 487.), ed il marmo, che è alla Minerva anche ora, dice AVO ET PATRI, perchè Marcello fu veramente figliuolo di Cencio altro illuſtre Secretario, famoſo per le ſue Opere, e pe' bei Codici, che diſcoperſe (Mehus *Vita Ambroſ.* Tiraboſchi *To.* VI. *Par.* I. *p.* 92. *Par.* II. *p.* 55.). Giovanni XXIII. lo avea già occupato nella ſua Corte per Scrittore (*Reg. Arch. Dat. A.* III. *Tom.* I. *p.* 134.), e Martino preſelo per Secretario in Coſtanza ne' primi dì del ſuo Pontificato, dandogli il poſſeſſo della carica alli 28. di Novembre del 1417. (*Catal. Offic. Mart. V. p.*42.). Da Mantova lo inviò alli 29. pur di Novembre del 1418. Nunzio in varj Paeſi (*Reg.*

(*Reg. Tom.* v. *pag.* 193. *t.*), e lo creò anche Notajo alli 23. di Marzo del 1421. (*Tom.* II. *p.* 178. *t.*). In uno Istrumento, rogato in Costanza alli 4. di Aprile dello stess'anno 1418. si dice *Cintius Pauli Cintii de Urbe D.N.PP. Secretarius, & Litterarum Apostolicarum Scriptor, & legatarius testamentarius Manuelis Chrisolora*; al testè nominato Ch. Monsig. Galletti, che parlò il primo di questa carta (*Capena p.* 85.), parve, siccome paruto erane ad altri (V. Bandini *Codd. Lat. Bibl. Laur. To.* III. *pag.* 519.), ch' egli fosse di Casa Cenci. Ma ivi la voce *Cintii* tien luogo del nome proprio di suo nonno, che si chiamò Cencio, com' esso; siccome Paolo si nominò dal nome del nonno il figliuolo di lui, quello, che propagò la famiglia, e che da Callisto fu fatto nel 1455. Scudiere di onore, e Tesoriere della Provincia del Patrimonio (*Reg. T.* xxx. *p.* I. *T.* xxxii. *p.* 145.).

(3) Andrea, figliuol di Giorgio da Trabisonda, celebre anch'egli per dottrina, venne per beneficio di Eugenio IV in assai tenera età allo Scrittorato delle Bolle (*Reg. in Arch. Dat. An.* xi. *Tom.* ix. *p.* 192.), la qual cosa sembra voler confermare il sospetto, che io ho avuto, che da quel Papa conseguisse il Padre suo il Secretariato, siccome ebbelo dappoi esso Andrea, non la prima volta da Sisto IV., secondo i conti del Buonamici, ma da Callisto III. alli 5. di Marzo del 1457., che gli accordò poscia anche il dritto della successione agli emolumenti, che si godeva suo Padre, uno de' sei Secretarj partecipanti, quando questi più non gli avesse, o per morte, o altrimenti (*Regest. in Arch. dict. An.* v. *To.* iv. *p.* 102. *& in Arch. Vat. To.* xxx. *p.* 249. *t.*). Ma perchè tal cosa si opponeva direttamente ad una Bolla fatta dallo stesso Callisto nel Maggio dell'anno precedente (*Reg. in Arch. Vat. T.* vii. *p.* 215. *t.*), ed i vecchi Secretarj, a' quali grandissimo danno ne derivava, ricorsero, alli 9. di Gennajo dell'anno 1458. fu tolta ad Andrea questa grazia, *quippe non per resignationem, sed per merita homines lectissimi, & gravissimi ad illud* (Officium) *a Pontificibus deputari consueverunt, nec unquam repertum sit aliquem patri, aut alio resignationis modo subrogatum esse* (*Tom.* xxvi. *p.* 265.). Da Sisto ebbe egli finalmente l' Abbreviatorato alli 30. di Marzo del 1483., che vacava per essere andato tra' più un Domenico de' Cenci (*Reg. Offic. Sixt. IV. Tom.* v. *p.* 47. *t.*): ma ne' tempi d' Innocenzo VIII. alli 28. di Decembre del 1487. rinunciò lo Scrittorato, che ottenne un Canonico di Cambrai, Giovanni Isore (*Reg. Offic. Innoc. VIII. Tom.* I. *p.* 53.), alli 23. pur di Decembre del 1490. il Secretariato, al qual fu chiamato l'Arcivescovo di Compsa, Niccolò de' Conti (*ib. pag.* 261. *t.*), e si morì in Roma ritenendo la sola Abbreviatoria, conferita subito alli 6. di Agosto del 1496. a Paolo Tuba Romano (*Reg. Offic. Alex. VI. Tom.* I. *p.* 247. *t.*). Gaspare da Verona circa l'anno 1466. scrisse, che Andrea era *non ignobili, & optimo ingenio adolescens, qui nonum jam, & vicesimum annum aut agit, aut juxta id ætatis transit* (Muratori *Tom.* III. *Par.* II. *p.* 1039. *B.*).

(4) Questo Simone Cousin, Chierico di Meaux, fu dichiarato Notajo, e Scriba della Camera Apostolica alli 18. di Agosto dell' anno 1447. (*Reg. Nic. V. To.* LI. *pag.* 106.), ad esso perciò s' apparteneva il collazionar le Bolle.

NUM. L. (1)

circa l'A. 1451. *V. pag.* 141.

Maphæus Archiep. Jadrensis Magistro Andreæ Physico.

Clarissime Artium, & Medicinæ Doctor. Cum esterna die visitandi gratia venisset ad nos quidam ex Civibus Jadren-

drensibus primarii Ordinis, quo ordine cassaverint Medicum Physicum hujus Civitatis, scilicet N. de Coneglano, narravit nobis; dumque percuntaretur a nobis (ad hoc enim publice deputatus erat) an haberemus aliquem Medicum idoneum, sufficientem, probabiliorem hoc nostro, mens nostra ad te subito pervolavit. Quantam enim curam ac diligentiam habueris circa magnificum D. Patrem nostrum (2), jam pridem Comitem Sibenicensium, tunc temporis ægrotantem, clare nobis constat. Deinde & Frater noster Marcus præclara de te prædicat. His bonis de te testimoniis ædificati, peroptamus apud nos ut sis. Itaque quid animi habeas, an te istuc velis conductum solito salario ccc. duc., an nolis, & quo tempore firmæ tuæ terminus instat, litteris tuis fac nos quam mox certiores. Speramus enim te, si voles, conduci huc. Rescribas igitur sententiam tuam ubi citius poteris. Ut quid sit faciendum nobis sciamus. Nam semper virtutibus tuis favebimus. Vale Dat. Hyadræ die xvi. Jul.

(1) *Ex cit. Cod. chart. Bibl. Barber. num.* MMCXLI. *pag.* 14. *t.*

(2) Giorgio Vallaresso, nominato nell' epitaffio, che reca l'Ughelli, fatto a Giacomo, Vescovo Giustinopolitano, e Fratello di Maffeo.

NUM. LI. (1)

5. *Maggio* 1455. *V. pag.* 171.

CALLISTUS &c. Dil. Filio Jacobo de Gottifredis, alias de Zocholis, Magistro in Medicina, Pænitentiariæ nostræ Scriptori, & Familiari nostro
Salutem &c.

Litterarum Scientia, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud Nos fidedigno commendaris testimonio, Nos indu-

Jo. Aurispa (2).

(14) Leggasi *Acciajolis* , nobilissimo e notissimo Cavaliere , spesso ricordato nelle Lettere del Filelfo , e del Papiense , ne' Brevi di Pio II. e di Paolo II. , ed in più altri Libri , e nelle Storie di que' tempi .

(15) Questo paragrafo è stato cassato .

(16) Il Duca era entrato in sospetto , che questo suo Ministro nol servisse fedelmente , però corse egli mesto a raccomandarsi al Papa , il quale alli 20. di Decembre del 1470. scrisse un lungo Breve ad esso Principe , per rimetterglielo in grazia , diffendendolo dalle accuse appostegli (*Reg. Brev. pag.* 58.) .

(17) Cioè de' Maschi . Fu Figliuolo di un Guglielmo, e Scudier di onore di Pio II. che l'onorò di quel grado alli 7. di Gennajo del 1464. (*Tom.* XXVII. *pag.* 58. *t.*), nel qual mese lo mandò anche Capitano a Perugia (*Tom.* XLIX. *p.* 215.) , ed era allora esule dalla Patria (*T.* XXX. *p.* 137.). In Perugia tornò in qualità di Governatore , fatto da Paolo II. alli 24. di Novembre del 1465. (*Tom.* XIX. *pag.* 91.) , il qual lo elesse poi Podestà di Bologna agli 11. di Febbrajo del 1468., e confermollo alli 5. di Marzo dell'anno appresso (*p.* 2 6. *t.*) .

(18) Nel Decembre di quest'anno era Consiglier Regio , e Uditore della Provincia dell'Abruzzo (*Reg. Brev. Pauli II. pag.* 22.) .

(19) Alli 16. di Maggio 1469. ebbe il Capitanato di Perugia (*Reg. To.* XXII. *p.* 21.).

NUM. LVIII. (1)

6. Febbrajo 1469. V. pag. 175.

PAULUS &c. Dilecto Filio Jacobo de Goctifredis , Artium , & Medicinæ Magistro , almæ Urbis Cancellario (3) , Physico , Scriptori , & Familiari nostro Salutem &c.

L. Datus (2). Exigunt grata devotionis , & familiaritatis obsequia , quæ Nobis , & Apostolicæ Sedi impendisti hactenus , & impendere non desistis ; nec non fidei puritas , aliaque plura dona virtutum , quibus personam tuam novimus insignitam , ut te specialibus favoribus , gratiis , & honoribus prosequamur . Olim siquidem fel. rec. Callistus PP. III. prædecessor noster motu proprio dilectum filium Si-

Simonem Marci de Theobaldis, qui tunc ipsius erat Physicus, & continuus Commensalis, primum almæ Urbis Cancellarium ex tunc, quoad viveret, constituit, & cum emolumentis, salario, honoribus, & oneribus consuetis per suas certi tenoris Litteras deputavit, prout in illis, quarum tenores ac si in præsentibus de verbo ad verbum inserti forent haberi volumus pro expressis, plenius continetur. Cum itaque Nos nuper Cancellariatus officium supradictum, quod per duos Cancellarios exerceri solet, tibi motu simili per annum dumtaxat duxerimus conferendum, teque ejusdem Urbis Cancellarium ad annum constituerimus, ut præfertur, & a nonnullis revocetur in dubium, uter vestrum in ipsius officii exercitio, nec non publicis actibus, & spectaculis præferri debeat, extantibus Litteris supradictis. Nos attendentes te provectioris esse ætatis, ac etiam in susceptione graduum potiorem, nostrumque Physicum, & domesticum Commensalem, ad hujusmodi ambiguitatis dubium summovendum, ex præmissis, & nonnullis aliis rationabilibus causis ad id animum nostrum moventibus, volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, ac pariter declaramus, eidem Simoni, anno durante prædicto, quo ad exercitium officii Cancellariatus hujusmodi, absque tamen alias ipsius Simonis præjudicio, præficiendum fore, & preferri debere. Non obstantibus præmissis, ceterisque contrariis quibuscumque. Ulteriorem tamen ambiguitatis hujusmodi declarationem, ejusque totaliter diffinitionem, & decisionem Nobis imposterum reservantes. Nulli ergo &c. Dat. Romæ apud S. Petrum Anno &c. 1468. VIII. Id. Febr. Anno quinto.

A. Oriens (4).

Gratis pro Socio Jo. de Buccabellis (5).

Collat. G. Blondus (6).

(1) *Ex*

(1) *Ex Reg. Bull. Pauli II. Tom.* VII. *pag.* 176.

(2) Del Secretariato di quest' Uomo, tanto lodato da Gaspare Veronese (Muratori *Tom.* III. *Par.* II. *pag.* 1026.), si è già detto: aggiungo ora che fu dichiarato Vescovo di Massa alli 17. di Agosto del 1467. (*Tom.* LXXXIII. *obligat. C. A. pag.* 7.), ed è stampata una sua Lettera al Cardinal Papiense de' 31. di tal mese, colla quale gli partecipa la conseguita dignità (*Epist. Papien. n.* 224.). L'Ughelli, e gli altri tutti lo fanno morto nel 1472., perchè in quest'anno fu posta una memoria al di lui Sepolcro; dee però essere mancato di vita verso il finire del 1471., o ne' primi dì del 1472., conciossiacchè alli 18. di Gennajo di quest' anno rispose da Foligno il detto Papiense ad Antonio Laziosi da Forlì, Chierico della Camera, il qual gli avea dolendosi partecipata tal morte (*n.* 423.), ed avea agli 8. dello stesso mese avuta la vedova Chiesa di Massa F. Bartolomeo dalla Rovere, Nipote di Sisto, nella età di 25. anni (*Tom. cit. p.* 23.). Il Wadingo (*To.* XIV. *p.* 46.), e l' Ughelli glie l' hanno data alli 17. di Aprile.

(3) È questi il terzo Archiatro, che fu promosso alla splendida dignità del Cancellierato urbano. Col Tebaldi, che fu primo Cancelliere, furono secondi innanzi al Gottifredi Cencio Porcari, nominato per un triennio, da aver principio alle calende del Gennajo del 1458. (*Regest. Call. III. Tom.* XXX. *pag.* 289.), Luca de' Rossi per un anno dopo Cencio (*Reg. Pii II. Tom.* XLVIII. *p.* 237. *t.*), e forse alcun altro; e quando il Gottifredi passò ad esser primo, ebbe per Collega il celebratissimo Marcello Rustici, del quale si è ragionato abbastanza, e per suo successore il quì sopra mentovato Cristofaro del Bufalo, che accennai già alla pag. 107. essere stato destinato da Sisto, subito che la carica vacasse, alli 13. di Agosto del 1482., e si è pur detto che alli 16. morì esso Gottifredi. Il Diario del Burcardo ricorda in questo posto Cristofaro nel Decembre degli anni 1494. e 1495.

(4) Arringhieri Oriente Scrittore Apostolico; fu da Paolo II. dispensato a poter prender moglie (*Reg. in Arch. Dat. A.* V. *Tom.* IX. *pag.* 51.), e finì i suoi giorni fuori di Roma nel 1476., e andò a prendersi il posto, ch'ei lasciava vacante, il famoso Fulignate Sigismondo de' Conti alli 29. di Ottobre (*Reg. Officior. Sixti IV. Tom.* III. *p.* 25. *t.* 26.).

(5) Ebbe lo Scrittorato da Callisto III. (*Reg. ibid. An.* V. *Tom.* I. *pag.* 127.), e l' indulto del Confessore da Sisto IV. (*Reg. ibid. A.* I. *Tom.* VII. *p.* 237.), e morì sotto Innocenzo VIII. l'anno 1485. (*V. Tom.* I. *pag.* 228.). Nel 1464. morì un altro Giovanni di questa medesima illustre Famiglia, RHETOR EXIMIVS ET POETA CELEBERRIMVS QVI PEDVM ET SYLLABARVM NORMAM ITA TENVIT VT NEMO MELIVS, così l' Autore dell' Epitaffio, che trovasi nella Chiesa di Araceli (Casimiro *loc. cit. pag.* 267.): era stato arricchito di alcuni Canonicati da Eugenio, e da Niccolò (*Reg. ibid. Eug. A.* IX. *To.* XIII. *p.* 130. *Nic. A.* II. *Tom.* VII. *p* 184.).

(6) Si è già detto che Gaspare Biondo era non solo Secretario di Paolo II., ma Custode eziandio del Registro (*V. To.* I. *pag.* 200. *not. b.*), e perciò collazionava le Bolle. Una sua Lettera leggesi premessa alla edizione della *Italia illustrata* del Padre, fatta in Roma l'anno 1474., ed una di Pomponio Leto a lui precede l' Opera *de proprietate Linguæ Latinæ* di Nonio Marcello, pubblicata pure in Roma nel Secolo XV. Dee poi il viver suo aver avuto termine, similmente come il detto Arringhieri lontano dalla Curia, nel Novembre, o Decembre del 1493., perchè alli 25. di quest' ultimo mese fu conferita la carica, ch'egli avea, di Secretario Apostolico al Vescovo di Perugia, e Datario Giovanni Lopez (*Reg. Offic. Alex. VI. Tom.* I. *pag.* 110. *t.*).

NUM.

Num. LIX. (1)

8. *Gennajo* 1469. *V. pag.* 175.

Magnifico Laurentio Petri de Medicis de Florentia.

Magnifice vir, affinis noſter cariſſime ſalutem. Uno Meſſer Mariotto Partini da Piſtoja, & anco Cittadino di Fiorenza, eſſendo debitore de Maeſtro Jacomo de Gotifredis, Cittadino Romano, Medico della Santità di N. S. (2) in una ſomma di ducati trecento cinquanta, o circa, allega non haver modo a ſatisfare & pagare dicta quantità prima che habbia finito una cauſa, che lui a cum li Scientiſchi di uno Piero Partini; unde che ſiamo ricerchati che vi voglamo ſcrivere in favore de la parte del dicto Meſſer Mariotto, pregandovi il voglate favorire a fine che, expedita dicta cauſa, lui poſſa ſatisfare al dicto ſuo creditore, a cui inſtanzia vi pregamo vogliate, mediante juſtitia, & non altramente, favorire dicto Meſſer Mariotto, ſolum che la cauſa predicta ſe abbia il più preſto che ſi pò ad expedire, del che a noi farete coſa gratiſſima. Bene Valete, Romæ octava Januarii 1459.

Epiſcopus Tuſculanus Card. de Urſinis (3).

(1) Dall' originale da me veduto, e copiato nell'Archivio ſegreto del Gran Duca di Firenze. Filza LVI. num. 7.

(2) Parlando il Papienſe nel IV. de' ſuoi *Commentarj* dell'aſſedio meſſo da Paolo II. alla Rocca della Tolfa, dice ch'ei mandò ad Orſo Orſini *Medicum cubicularem, qui Familiæ Urſinæ amiciſſimus putabatur, qui animum ejus leniret, & de componendis rebus bonum ſpem faceret*. Queſti, a parer mio, fu ſicuramente il Gottifredi, della cui amicizia cogli Orſini è buon teſtimonio la preſente Lettera.

(3) Il Cardinal Latino Orſini ebbe la Chieſa di Fraſcati alli 14. di Ottobre del 1468., per eſſere ſtato trasferito in quel giorno alla Chieſa di Sabina, alla quale avea un'altra volta preſieduto, il Cardinal Beſſarione (*Tom.* LXXXI. *obligat. C. A. pag.* 50. 53. *Reg. Pauli II. in Arch. Dat. A.* VI. *Tom.* V *pag.* 190.); nè è vero che ei foſse mai Veſcovo di Sabina, come ſcrive l'Ughelli, che da queſta Cattedra lo porta alla Tuſculana nel 1473. dopo la morte del Beſſarione, che non ſeppe eſſere ritornato in Sabina. Morto poi che fu l'Orſini, divenne Veſcovo di Fraſcati il Cardinal Papienſe alli 18. di Settembre del 1477. (*Tom.* LXXXIII. *oblig. p.* 50.).

Num. LX. (1)

1465. *V. pag.* 181.

Gasparis Veronensis de gestis Pauli II. Liber primus.

Paulus Secundus patria Venetus, antea vero Petrus de sanguine Barbo, non ignobili prosapia, tertio Kalendas Septembres ad Summum Pontificatum accessit post Pii Secundi obitum, insolita quidem creatione, & certe divina (2). Nam cum duo, & viginti in Conclavi Cardinales adessent, in primo nempe scrutinio cuncta tulit suffragia, nemine discrepante, quod antea inauditum fuisse confirmant. Quæ quidem res compluribus ex causis ortum habuisse creditum, sed ea potissima extitit quod ab illis sine exceptione unice diligebatur, & solus visus est tanto apice dignus. Sciebant etenim illum omni felle carentem, liberalem, atque munificum, spendidum, atque magnificum, non verbosum, non sui laudatorem, nec aliorum quidem vituperatorem, factionum inimicum, concordiæ, & pacis amicissimum, discordium aptissimum reconciliatorem, & iratorum pacatorem idoneum. Accedit ad hæc cæremoniarum Romanæ Curiæ notitia, & quod Rituum Summis Pontificibus consuetorum peritissimus erat, adeo ut in universa Curia nemo peritior existeret (3). Quid dicam quod affabilis semper, blandus, humanus omnibus videbatur, nec verborum, nec gestuum insolentium una scintilla videretur, nec quemquam contemnebat, nec insuavi voce cuiquam hominum generi loquebatur? Quare gratissimus & acceptissimus universo Cardinalium Collegio semper fuit. Taceo quod ege-

egenorum precibus ſemper miſericors eſt viſus , & plurimos inopes , tam mares , quam fœminas aluiſſe conſtans fama , & veritas eſt : inconſultis , & ambiguis conſilio ſuo ſemper ſubvenit , atque direxit . Animo dejectos , triſteſque verbis amplis atque magnificis , nonnunquam re atque pecunia ſua ſaluberrime erexit . Novi ego quod ſuorum Codicum (4) largiſſimus ſemper fuit , alienorum vero verecundiſſimus poſtulator , nec non ſuorum aliis commodatorum lentiſſimus repetitor : ea erat animi hujus Domini verecundia atque modeſtia . Novi inſuper quam dapſilis erat panis , vini , olei , cuicumque hæc expoſtulaſſet . Univerſa inſuper Civitas Romana non ignorat quanta cura & diligentia oleum confici curaverit ex compluribus ſerpentum generibus, quo inuncti pueri , & adoleſcentes veneno lumbricorum ſunt liberati (5) . Non præteribo ſilentio neminem uſquam tam clare , tam ſuaviter , tam jucunde , atque devote ſacratiſſimam Miſſam celebraſſe , adeo quidem , ut qui interfuerint nunquam tædio affecti fuerint ullo , nec niſi alacres inde diſceſſerint . Nec illud tacebo quod picturæ , atque ſculpturæ elegantiſſimus ſpectator fuit , & numiſmatum tam veterum , quam recentium cognitor egregius , inveſtigatorque aſſiduus (6) , & harum rerum viris benemerentibus largiſſimus condonator : quæ quidem duo & ingenii præſtantiam , & animi liberalitatem præ ſe ferebant . Vulgatum temporibus noſtris eſt quot , qualia , quanta miſerit ſacerdotalia ornamenta Vicentiam , cujus Urbis erat Epiſcopus , ut Epiſcopium , Templumque magnis ornatibus honeſtaret , atque magnificaret auro , argento , margaritis abundantibus : miſit mitram , planetam , pedum , miſſale , omnia paſtoralia , magna impenſa , pretioque confecta .

Quanta fuerit Cardinalis prudentia , ac diligentia cum eſſet Præfectus Templo , Canonicis , & toti Clero

Sanctissimi Petri in Tuscia (7), cum Pænitentiarius summus existeret, nullum alium testimonium exquiratur, quam eorum, quibus is injunxit aliqua, quos admonuit, ac gubernavit, qui eum ad sidera summis laudibus tollunt. Quod autem lectione quotidiana fuerit oblectatus ipse ego pernovi, & qui jugiter illo utebantur: quem sæpissime invenimus historias lectitantem, præsertim sacrarum Litterarum, jurisque Pontificii libros authenticos. Audiverat enim ex Eugenii Quarti ore se quartum Pontificem post ipsum Eugenium Maximum esse futurum, quem hujus fuisse Patruum, vel Avunculum certissimum est. Is enim, Eugenium dico, quanti pretii, ac momenti, quantæ virtutis, & consilii fuerit, alii & scripserunt, & scribent. Quem, de Eugenio loquor, pro certo affirmasse ferunt Petrum Barbum fore quarto loco post se christianæ Reipublicæ, & Ecclesiæ universæ præficiendum: quod quomodo præsciverit paulo post subjungam, si prius scripsero ab eo, de Barbo loquor, ædificatum commodissimum Palatium (8), & undique munitissimum, Templo Sancti Marci contiguum, nec non in eo multum pecuniæ impendisse, nec dum tamen absolvisse, sed brevi se esse absoluturum spopondit, & Ecclesiam pulcherrimam novaturum. Possem his addere eum tabulas, & tapetes, aulæaque tam Græcorum, quam Latinorum comparasse, quæ non parvi pretii esse creduntur.

Cum olim Gabriel Condulmarius, qui postea Eugenius Quartus dictus est, nondum signo aliquo, charactereque præditus esset, quod ad sacram Ecclesiam spectaret, Simon ejus frater, & Franciscus Fuscarus Orientem versus sunt profecti cum pecuniis collatis, & comportatis pro emendis mercibus, qui cum ad Locum quendam pervenissent, ubi fama de duobus sanctissimis viris vo-

volitabat, qui de futuris contingentibus pronosticarentur, nec a veritate discederent, ad illos ambo se contulerunt, & eorum alter responsa, tanquam oracula divina, dedit ambobus, qui quæstiones proposuerant: quæsiverant enim Veneti ex quibus mercibus possent magno cum lucro Venetias redire; responsum est, non parum lucri facturos, si rem albam compararent. Secunda vero quæstio fuisse fertur, an ambo Venetiis, aut eorum alter, aut consanguinei ad fortunam, statumque egregium aliquando essent perventuri; responsum est, quod Franciscus Fuscarus Princeps admirandus sua in Civitate esset evasurus, Simonis vero frater in Dei Ecclesia maximus esset futurus inter Christianos. Distributis autem, & erogatis aureorum decem & octo milibus, Gabriel formosissimus juvenis, Frater ordinis Sancti Georgii de Alga in Insula Maritima prope Venetias evasit; quæ res suspicionem injecit illum Summum Pontificem evasurum esse, uti tandem evasit, quam rem etiam præsagivit ejus soror, sanctissima Mulier: Franciscus autem Fuscarus Dux & Princeps Venetorum creatus est. Bombace vero empto, quæ res nivea est, & summi candoris, mirum lucrum effecerunt. Adde his quod Baptista Palavicinus (9), Reginus Episcopus, antea vero Scriptor Apostolicus, multis pronosticationibus Astrologorum, sacrarumque mulierum, nec non virorum sibi se futurum Summum Pontificem persuadebat, quod cum referret Paulo II., paucis ante Mensibus, quam Pontifex evaderet, respondit; Episcope venerande, aut tu hunc apicem assequeris, aut Cardinalis Sancti Marci. Quem Palavicinum novi egregium Eroem prosa simul, & metrica, & omnes mortales facile superasse in characteribus latinis conscribendis: jam jamque paraverat quos a secretis, quos Cubicularios volebat, & nonnullos Cardinales, inter quos Episco-

ſcopum Veronenſem , natione Venetum , doctiſſimum hominem , erat creaturus , & galero roſeo donaturus : quam rem expetiverat Scriptor Apoſtolicus Paulus Sarazanenſis (10) , & Palavicinus largiſſime pollicitus fuerat . Ex qua quidem re nihil quæſtus Sarazanenſis erat facturus ; verum ſolo amore atque benivolentia , qua afficiebatur in Epiſcopum Veronenſem , Hermolaum Barbarum , cujus fuerat condiſcipulus ſub Guarino Veronenſe , quem ambo audierant . Eſt Sarazanenſis Litteratorum altor atque bonorum : talis autem eſſe didicit ex Senecæ epiſtolis , quæ ſolent unumquemque lectorem bonum , integrumque reddere .

Illud addere poſſum , me teſtem fuiſſe , & univerſum Romanum Populum , Paulum II. in Palatium Sancti Marci magnam argenti vim impendiſſe ; & facile credibile , & viriſimile eſt ante Pontificatum ſummum eum aureorum quindecim milia molitoribus , & architectis perſolviſſe , omni impenſa tamen computata , lapidum , ſaxorum , calcis , & Magiſtrorum cum adiutoribus . In quo quidem robuſtiſſimo ædificio nullum lignum comperiri potuiſſe , præter tectum , exteriora vero hoſtia cum feneſtris ferratis , quis non videt ? Nec ante Pontificatum ipſum abſolutum eſt : quin inſtauraturus eſt Templum ipſum pene dirutum , & majori magnificentia Palatium amplificaturus .

Creditum eſt in Pontificatus initio Paulum II. immenſa laborare avaritia , a qua ſemper abhorruit . Verum qui id arbitrati ſunt plurimum fallebantur , quin ea tenacitas , ſeu parſimonia non ſine prudentia fuit . Namque , ut ante diximus , grande argentum in Sancti Marci Palatio in Cardinalatu impendit , nec ſibi magnam pecuniam reſervabat , & ſi qui redditus & proventus ad ejus manus accedebant , de repente pars major in id ædificii

ficii diſtribuebatur. Illud præterea non me latet poſt obitum Pii II. paulo plura quadraginta milibus aureorum eſſe comperta, quæ Illuſtriſſimo Duci Chriſtophoro Mauro, conſilio Pauli II. ante Pontificatum præbita fuerunt, ut gens Pannonica, haud dubie fortiſſima ac bellicoſiſſima, in præmium laborum quotidianorum id argenti reciperet. Itaque non potuit eſſe in Pontificatus exordio largiſſimus, ut ejus ingenium expetebat. Verum poſtea quam undique redundarunt pecuniæ, omni hominum generi cæpit eſſe largiſſimus, & benigniſſimus, nec enim theſaurizare propoſuit, quæ res ejus magnanimitatem, atque magnificentiam, liberalitatemque ſignificavit. Non tacebo quid paulo poſt aſſumptionem Pontificatus effecerit, nam cum primum ad Sancti Marci Templum rediviſſet, non parvam miſit antiquis, pauperibuſque vicinis pecuniam, & eam quidem auream, aliis minus, aliis plus, prout fortuna hominum exigebat. Memor præterea civium & marium, & fæminarum, qui aliquod in ſe beneficium contuliſſent, etiam parvulum, ingratus eſſe in eos noluit, quibus tum Officia publica, tum pecunias erogavit. Nec præteribo ſilentio, quod tamen antea narrari decuiſſet, quod cum anno ante Pontificatum ejus Domus Gaſparis Veronenſis vicini conflagraret, hora noctis tertia vigilantiſſimus clamantium ſtrepitum exaudivit, & ſuos quoſque Domeſticos ad ignem, auxiliumque venire juſſit: quo juſsu pene omnes Miniſtri benivolentiſſime accurrerunt, auxilioque fuerunt non parvo, quorum Guilelmus e Foro Julii, adoleſcens humaniſſimus, atque venuſtus, plurimum laboravit, & cum aquas ad extinguendum ignem deportaret, ut plerique bonorum Civium etiam faciebant, ſæpenumero oſculabatur a nobili quadam fæmina, cum & ipſa aquam conferens illi occurrebat, ſcalas aſcendens domus propinquæ combuſtæ, adeo ta-

tamen prudenter ne quis cernere poſſet. Alii alia præter aquas effecerunt, ſed illud non parum, quod Codices omnes, & omnia indumentorum genera, nec non cum pecuniis capſulas cuſtodiverunt, ac ſervaverunt, quæ omnia ex feneſtra cubiculi Gaſparis a duobus jactabantur, cum metus impenderet, ne ignis etiam cubiculum incenderet. Solent enim plerique ad domorum incendia accurrere furandi gratia, ſi modo poſſint, alii ad opem auxiliumque ferendum, ſed hi pauci admodum, nonnulli tantum ut nova videant illuc ſe conferunt. Ex qua quidem re perpetuo devinctus eſt Paulo II. Veronenſis, ſicut & univerſæ ſuæ Familiæ. Ille, de Guilelmo loquor, cum eſſet Paulus creatus Pontifex in Conclavi, curſim eques, habito ſigno ab humaniſſimo juvene, domo advolavit ad eos, qui in Sancti Marci cuſtodia, Palatiique remanſerant: habemus, inquit, quod concupivimus, noſter Dominus jam Summus Pontifex evaſit, ſit ſumma laus Deo Omnipotenti.

Ne in ſuo Pontificatu poſſet quis obloqui, atque detrahere, quod meritis ſuis non ſatisfieret, & laboribus, noluit in quemquam inofficioſus, ingratuſque eſſe, ut ecce. Johannes Caſtrenſis Pii Secundi tempeſtate, una cum Dominico Patavino, Aſtrologo non ignobili, ſuo Compatre, alumen, rem ſumme neceſſariam, invenit (11). Verum multo magis elaboravit, majoremque impenſam effecit Aſtrologus, quem Pius pollicitationibus quotidianis procraſtinando, fruſtra perduxit ad tempus uſque mortis, & Pontificatus extremum, nec unquam remuneratione aliqua in eum uſus eſt; cujus cauſa fæliciſſimo tempore Pauli tribus commiſſa eſt Cardinalibus, Hiſpano Sancti Angeli, Nicæno, & Rothomagenſi, viris ſane humanis, æquis, prudentibus, qui tandem, non diſſentiente Paulo Secundo, Aſtrologi merita cognoverunt,

runt, & summa æquitate in eum usi sunt, contentumque fecerunt.

Natura suapte humanissimus fuit, & clementissimus, &, ut utar verbis Cardinalis optimi Sanctæ Anastasiæ, nemo magis sine felle vivit, vixitque, neque contumeliam in quemquam, aut verbo, aut re unquam inferre conatus est, &, si quam accepit, neglexit ultionem. Nec tamen putandum est in eo tantam fuisse mansuetudinem, ut tamen non habenas presserit: &, ut idem Cardinalis Sanctæ Anastasiæ dictitare solebat, omnibus mitis, dulcisque, & affabilis esse videtur, præsertim Cardinalibus, quibus tamen non se prorsus dedit, atque permisit, nec aliquid iniusti eorum quisquam exorare potest, ut etiam si pater, aut mater, aut frater aliquid enorme eb eo contendisset, minime impetrare potuisset. Hæc sub Ianiculo cum sederemus in vinea prope Sancti Jacobi Templum, extulit mihi ullo sine arbitro, tunc cum Patriarcham Aquilegiensem multis ex virtutibus dilaudasset, seque illi dixisse enarrasset, quod jam lætus viveret, cum non Pius Secundus, sed Paulus in Sede Pontificia sederet. Nemo de ejus liberalitate, immo magnificentia dubitavit, qui primis sex sui Pontificatus mensibus adeo Palatium suum complevit viris, ut quadringentos aleret, & eos quidem egregios, a qua impensa prædecessores Pontifices abhorruerunt. Verum extra Palatium vix dici posset quot, quantosque sumptus efficiat, de quibus alias dicendi locus dabitur, sed prius nonnulla hoc Libro primo prænarranda videntur. Nam cum ad Sancti Johannis die coronationis proficisceretur, incredibile est quot undique Populi ad Urbem advolaverint, atque confluxerint, videndi causa tanti apparatus, pompæ, multitudinis, splendoris, & ordinis, in quibus quidem rebus creditur Paulus Secundus omnes Pontifices superiorum tem-
 po-

porum antecelluisse. Quam rem si ex ordine, præcifeque describere decrevissem, a mane ipso incipiens ad ortum vesperis clauso die non absolverem. Quid dicam de Fratrum repositione Regularium, qui & . . . Eugenii Quarti Pontificis magnanimi tempore in Monasterio Sancti Johannis collocati fuerant, qui tempestate Callisti III. intuitu Romanorum expulsi sunt: memor igitur Paulus avunculi sui, ejus honorem instauravit, nec tamen, quod Callistus effecit, abrupit. O miram sapientiam Pontificis, qui & Populo Romano, & Eugenianis, nec non Callistinis servavit honorem, decus, benivolentiam! quam rem non solum Romani, sed omnes Populi miris laudibus admirati sunt: nec enim exacti sunt Canonici, quos Callistus instituerat, nec Regularibus Fratribus locus Eugenianus est denegatus, qui tamen antea abrogatus fuerat (12): nam cum locus sit amplissimus, Templum ipsum in parte potissima Fratribus est redditus, at prope Sancta Sanctorum pars tributa est Thonianis (*f. Callistianis*), ne prorsus & jure queri possent: ambabus igitur partibus sapientissime consultum, atque provisum est, ut satis abundeque victitare possint. Verum illud in primis gratissimum fuit cunctis, quod Timotheus Maffeus, Veronensis (13), vir clarissimus illius Ordinis, & vitæ servantissimus, ei Religioni, & loco a Paulo præfectus est, cujus prudentia, & doctrina vix a me idoneis verbis atque sententiis posset explicari; is etenim Ariminensibus annis quatuor calamitates, & miserias, quæ post fuerunt, prædixit: is quoque ad Nicolaum V. opus mirabile dedicavit, quo vel apertissime probat, & claris rationibus argumentatur, non esse cuiquam hominum generi dedecus, crimenque ascribendum, etiam si vitam religiosissimam duceret, operam Poetis gentilibus dare: quo quidem labore, opereque non parvis muneribus a Nicolao decoratus abivit. Illud quoque dicendum esse

esse mihi videtur, quod cum aliquotiens ex Sancti Petri sacratissimo Templo discederet ad Sancti Marci, aut Sancti Johannis Lateranensis, tanta erat ejus videndi unicuique cupiditas, & ardor, ut esset hominum mirabilis incredibilisque pressura, & tanta lætitia, & gaudium, ut nonnulli in fletum solverentur: quod Gaspari Veronensi illius Compatri, & Stephano Ensesario (14), juris peritissimo, bis accidit.

Statura fuit procera, & recta, aspectu sereno, & læto, colore candido, plenis membris, sermone affabilis, & dulcis; apud quem mox vixit Marcus, Episcopus antea Tarvisinus (15), nunc Vicentinus, sororis Pauli filius: quem Episcopatum cum Pius in Cardinalatu commendatum haberet, Petrus Barbus, mutatione facta, nepoti ex sorore condonavit. Theodoro vero Veneto, Advocato consistoriali, & juris consulto non ignobili, Tarvisinum tribuit Episcopatum (16), cum antea Feltrensis extitisset Episcopus. Virtutes vero egregias Marci modo præmemorati, & ejus litteraturam, humanitatemque singularem, aspectum perbenignum, atque angelicum, alias dabitur locus aptior differendi. Nonnulla de justitia Pauli referam, quæ forte ad sævitiam a nonnullis pertinere creduntur, immo alius quivis Pontifex asperius processisset, ut ecce. Fuerat non parva discordia & odium inter Jacobum Alberinum, Johannis Alberini, ditissimi mercatoris Romani, filium, & Felicem adolescentem alteri æqualem, & Antonii Caffarelli, Doctoris egregii, nepotem (17) (quæ simultas ex amoribus cujusdam meretricis exorta est), qui se invicem vulneraverant. Aliquot diebus post, vulnerato etiam Johanne Alberino a Laurentio, Felicis fratre, expectatus est Antonius Caffarellus ad imaginem prope pontem Molis Hadriani a Jacobo Alberino cum quatuor sui facinoris adiutoribus, qui compluribus ictibus eum per-

cusserunt, ex quibus mortis periculum imminebat, quod quidem effectum est; quippe fautor atque adiutor Felicis credebatur Antonius ab adversario ipso, qui tale facinus in Caffarellum patrare ausus est. Cum hæc autem sensisset justissimus Pontifex Johannem Alberinum cum filio disquiri curavit, qui cum non essent inventi, bona tam mobilia, quam stabilia sunt confiscata, & illius domus consueta perdita, ac diruta est: permissæ tamen sunt mulieres sarcinulas suas, quo voluerunt, deferre; & jam altera domus non procul ab ea dirui cæpit, & labefactari. Hæc autem est e regione posita domicilii Simonis, eximii Medici, fratrisque Cardinalis Sanctæ Anastasiæ. Retulit autem Pontifex Summus hoc supplicium sumpsisse de illo, quippe pollicitus fuerat suæ Sanctitati pacem habiturum cum Caffarello, idque fecerat tam pro se, quam pro filio; quas ob res maximum supplicium merebatur. Fregit enim fidem tam Antonio, quam Pontifici, quemadmodum antea duo itidem effecisse, hoc est fidem pacemque fregisse, comperti sunt aliorum Pontificum prædecessorum temporibus. Quibus de rebus totus Populus mussabat, atque dolebat, cum antea fuerit inauditum pacem, induciasque disrumpi. Quas ob res anathema, seu maledictio, & excommunicatio, ut latine loquar, a Summo Pontifice non iniuria, sed legitime ...., nam qui fallit Summos Pontifices, longe magis ceteros quoque fallet, quod iniquitatis, & insolentiæ vel evidentissimum signum est, vel saltem imprudentiæ stultissimæ. Quid non compescebat filium? quid non admonebat? quid non castigabat? Et ante vulnera hæc atrocissima, hoc est bonorum confiscationem, quem sciebat esse lascivum, quique jam ab omni libidine vacare debebat, cum propediem esset ducturus uxorem, & pæne infamis evasisset ob meretricios amores: præterea illum debuit maximo opere corripere cum Pau-

Paulo II. pollicitus fuiſſet, ſe in Caſſarellum nihil patraturum.

De ejus dulcedine, & manſuetudine non poſſet tantum ſcribi atque narrari, quantum re ipſa compertum eſt. Memor eram me, & Nicolaum Gallum, perſpicaci ingenio jam virum, ſed tunc adoleſcentulum, poſt necem Stephani Portii, clariſſimi Equitis Romani, profectos eſſe ad Cardinalem S.Marci, qui poſtea Paulus II. eſt dictus, & eum interrogaſſe an Laurentius Magdalenus (17. 2.) decreviſſet Canonicatum reſtituere Nicolao Gallo (18), quem quidem Canonicatum Nicolaus V. abſtulerat Gallo ipſi Romano, amiciſſimo Stephani Portii, atque propinquo, affirmaverat enim per Deum immortalem Laurentius Magdalenus ſe ſpopondiſſe Cardinali Sancti Marci reſignaturum Canonicatum ſuum. At Cardinalis nobis ita reſpondit, hominem ipſum nihil hac de re verba feciſſe, & cum de Portio multa prolocutus eſſet, hæc extulit; credite, inquit, mihi Nicolae Galle, & Gaſpar Veronenſis, credite, inquam, me nunquam fuiſſe crudelem, & impium, & ſi potius ad me confugiſſet, eum Pontifici Summo non detexiſſem, at illi perſuaſiſſem, ut longius abiret; inſuper addidit quod nunquam pænas ſumere voluiſſet de Nicolao Gallo, ſi Pontifex eſſet, qui filius ſororis Stephani fuiſſet, & in prima adoleſcentia conſtitutus, Stephanoque obſequentiſſimus, etſi Stephanus Portius injuſtiſſime rediiſſet ad Urbem, cum fuiſſet Bononiam relegatus. Quod vero ſuperius tetigimus, etiamſi ſemper humaniſſimus extiterit, nunquam tamen potuit in Pontificatu maximo ab ullo Cardinalium flecti ad aliquid iniuſtitiæ: & menſibus ſex a Pontificatus initio fuerunt nonnulli, qui eum tardum & deſidem appellaverunt, ignorantes ab illo omnia prudentiſſime confici, atque tractari, adeo ut non niſi recte, & probe omnia ab eo fieri dici potuerint, nam vel res erant ambi-

biguæ, & investigatione dignissimæ, nec temere & sine magno consilio expediendæ, aut si injustæ, & iniquæ erant, omni taciturnitate dignæ præteribantur. Indulgentias vero, quas Templo Sancti Marci procuravit, universus Romanus Populus non ignorat; gratum opus & utile cunctis, qui in Urbe vitam degunt, qui salutem animæ quærunt sempiternam (19).

Qualem vero familiam habuerit, & ante Pontificatum, & in Pontificatu nostris temporibus non est ignotum. Non tacebo Guilelmum moribus & forma fulgentissimum, qui in Pontificatus exordio expiravit. Vellem ne extollendo Marcum Episcopum Vicentinum, Summi Pontificis nepotem, legentibus non esse tædio nimia virtutum ejus narratione, & morum admirabilium, sermoni polito, litteris, & studio bonarum artium deditissimum; cujus vitæ continentiam, & sobrietatem annis viginti idem vultus, eadem dignitas corporis vel evidentissime indicat, ejus virtutes particulatim conscriberem, nisi viderer non Pauli vitam Secundi, sed Marci scribere decrevisse; illud sit satis, quod qui illo utuntur, in eum maximo amore afficiuntur, quia solus ejus aspectus intuentes mirum in modum afficit atque delectat. Hunc ad se Paulus arcessivit in numerum Cardinalium referendum, ut omnes præsagiunt simul, & sperant, cum talem apicem procul dubio mereatur. Venio ad Hippolitum Amerinum (19. 2.) apud illum a prima adolescentia educatum, quem cum curavisset provehere ad statum aliquem mediocrem, insigniri voluit tempore Cardinalatus sui Militia Rhodia, & Cruce pectorali candida; & cum interrogaretur ab Antistite ejusdem Ordinis in Urbe, an vellet servare obedientiam, ac castitatem; obedientiam, inquit, Superiori, castitatem vero, & continentiam libidinis in respondendo hæsitavit, nec velle respondere videbatur. Erat enim apud se, & pon-

& pondus animæ cogitabat, periculumque ſalutis æternæ, & mendax eſſe nolebat. Quas ob res cum eſſet adeo ſuſpenſo animo, vices ejus Cardinalis ipſe ſuſcepit, atque reſpondit, faciet quod poterit, Deus omnibus bonis opitulatur; nam & alii identidem effecerunt. Reſponſum ſane graviſſimo, & ſapientiſsimo viro dignum.

Quot & quantà munera conſequi potuiſſet Cardinalis, & Pontifex, ſi voluiſſet! ſed ſemper abhorruit, ne muneribus aliquid aut enorme, aut plus quam vellet facere cogeretur (20). Sed per Deum immortalem! quale fuit ejus reſponſum, cum Gaſpar Veroneus de Gabriele Marcello, ejus nepote quereretur, quod eſſet mulieroſus, nec ſe a libidine contineret, quæ memoriam, & ingenium enervat, nam illum Gaſpar litteras edocebat: reſpondit Paulus (verum tum Cardinalis erat), ſe pauciſſimos juvenes ab ea re abhorrentes, abſtinenteſque vidiſſe. Quis eſt hic, inquit, & laudabimus eum? hiſque addidit, gratiſſimum mihi foret ſi caſtiſſimam, & abſtinentiſſimam vitam Gabriel duceret. Erat tamen Gabrieli Marcello ingenium liberale, atque benevolum, ſed nemo ſine aliquo crimine vivit.

Tres Pontifex Medicos habuit expertiſſimos; Chriſtophorum Veronenſem, pace aliorum dixerim, incomparabilem, ſive de medicinali cognitione loquamur, & ejus exercitatione ac praxi, ſive de moribus egregiis, & manſuetudine. Non improbo cæteros, qui procul dubio non parvas laudes promerentur. Hi ſunt Jacobus Zocolus, & Sanctus Firmanus, ille Romæ ſuam traxit originem, hic Firmi genitus eſt, Romæ tamen cum uxore vitam ducens. Quanto vero hi & Pontifici, & omnibus Domeſticis Palatinis uſui fuerint, ſi rogarentur qui ægroti fuerunt, reſponderent, hos tres, præſertim Chriſtophorum, eſſe aut Eſculapios, aut Apollines, aut Gallienos,

aut

aut Hippocratas eſſe, aliqui forte Avicennas, aut Almanſores, aut Meſuas reſponderent; ut etiamſi unus, aut duo iniquis temporibus, & aere diem ſuum obiviſſent ob ingentes morbos, non ſit illorum inſcitiæ aſcribendum, nec enim ſemper Medicus ſanat, nec ſemper morbus remediis, & medicinis expellitur: oportet enim homines mori.

Vellem vehementer cæteros meritiſſimos ejus Palatii dilaudare, præſertim Epiſcopos, Cubicularios, atque Camillos, ſeu Miniſtros, quos vulgus Domicellos appellat. In primis Theodorum Epiſcopum Tarviſinum pluribus virtutibus refertum, & Summi Pontificis Relatorem præcipuum, ſeu, ut utar recentiori verbo, Referendarium, cujus utriuſque juris facultatem, civilis, & Pontificii, & non parvam rerum quotidianarum pæne infinitarum memoriam, affabilitatem erga omnes, & ejus laudes apud cunctos, ſi voluero ad unguem ſcribere,

Ante diem clauſo componet veſper Olympo (21),

ut carmine Poetæ utar. Non puto eſſe prætereundum Stephanum Forolivienſem (22), Archiepiſcopum Mediolanenſem, qui itidem Referendarius, ſeu Relator eſt, cui & plurima committuntur a Sanctiſſimo Domino Paulo, qui illum optimo ſenſu, conſilioque cognovit, & mæroris ſupervacanei inimicum, quo magis Archiepiſcopatus honeſtatus eſt, qam ipſe Archiepiſcopatu: nam longe majora merebatur, ſed de hoc ſatis.

Epiſcopum Bergomenſem (23), jam permutatum in Patriarcham Venetum, non tacebo, litteratiſſimum quidem virum, æquitate refertiſſimum, & illi muneri multo aptiſſimum dicendum eſt, quod exiſtimo de Angelo Faſeolo, Epiſcopo nunc Feltrenſe (24), prius vero Methonenſe, cujus eſt tanta morum manſuetudo, & acumen ingenii, ut omni dignitate, magiſtratuque digniſſimus eſſe videatur: quem

quem ſum demiratus in ſermonibus ſuis, rebuſque geſtis. Aliquot diebus cum apud me conquereretur, quod ejus ſtomachus male proficeret, & ventrem ſtipticum retineret, ei de improviſo, quod ipſe expertus fueram paratiſſimum, adhibui remedium, ut aſſas ficos, molles, & albas crebro uſurparet, & veſceretur, & id quidem faceret jejuno ſtomacho pro jentaculo, nec quicquam aliud eſſet ad horam uſque prandii, quam rem efficaciſſimam eſſe cognovit, etſi ipſe Medicorum officio non fungerer publico. Quæſtorem, ſeu Theſaurarium in Urbe Laurentium Epiſcopum Spalatenſem (25) inter cæteros voluit eſſe Domeſticum, cui admodum confidebat, cum eum accurate, & diligenter omnia facere didiciſſet, cujus inter virtutes ſplendidiſſima eſt pietas, & miſericordia, addo liberalitatem, neſcio an dicam prodigalitatem, nam ab avaritia procul abeſt, ut nemo magis, qui in munere ſuo adeo ſincere & recte perambulat, ut in nullo crimine ſex his menſibus ſui recentis Officii reperiri potuerit: at de eo ſequentibus Libris alias ſermo habebitur, pluribus enim laudibus digniſſimus exiſtimatur, nam de ejus fidelitate in Summum Pontificem grandis oratio quæreretur, niſi modo breviſſimi eſſe propoſuiſsemus. Epiſcopum vero Savonenſem (26) quibus laudibus extollemus? profecto integerrimus, & humillimus inter Epiſcopos ſolet haberi: verum ejus res anguſta domi multis virtutibus obſtat, ut verbis Poetæ Aquinatis utamur. Neſcio quid de Aquilano aliud ſcribendum ſit Epiſcopo (27), niſi quod is eſt, qui rerum multarum uſum habet, & in jure utroque perſpicaciſſimus, rerumque curialium longe peritiſſimus, & aſtutiſsimus, quem ferunt Pontificis Summi aliquando fuiſſe Præceptorem. Tiraſonenſem (28) prætercam magno ſenſu, & intellectu, verum Epiſcopum digniſsimum. Prætereo Laurentium, Cardinalis Ravenna-

tis, præstantissimi viri, fratrem, Ferrariensem Episcopum simul, & Datarium, Philosophum, Medicum, Theologum, quæ tria in paucissimis mortalibus comperies. Taceo quoque Episcopum Castelli (29), qui nisi pecuniæ esset accumulator, in laudatissimis connumeratus fuisset; quippe qui diligentissime suum obeat Officium custodiendarum vestium, paramentorumqne Summi Pontificis, qui plurimis annis eo in munere non sine magno lucro cognitus est permansisse, quique ex sui Episcopatus redditibus, & mercede Palatii fere nullam impensam, exitumque habuit, cum paucissima Familia contentus sit, & pompæ est inimicus, & forte pecuniam indigentibus erogat. Abbatis Sancti Laurentii de Aversa (30) nomen non supprimam, qui ex probitate & integritate sua Domus Magister a Summo Pontifice institutus est, quem Græci appellant Architriclinum, cujus prudentiam, attentionemque, dum locus erit, magis magisque laudabo. De Johanne Condulmario, nunc Episcopi Feltrensis socio, atque sodali, vellem mihi tempus adesset scribere laudes, cujus mores sanguini apprime conveniunt, & inde parvo contentus, Domini Nostri Subdiaconus (31) vitam lætam ducit, cujus est collega universalis ille vir, cujus fama passim volat, Johannem Aretinum Torquatellium dico, cujus non dici potest rerum pæne infinita cognitio.

Video Librum hunc primum nimis esse prolixum, itaque jam imponendus est finis, nam in secundo quæ erunt magis ardua, & legentibus accepta, mandabimus litteris, & monumentis. Voluissem lubens hoc ipso volumine prudentiam Pontificis aperire, non solum in eligendis Episcopis, verum etiam Camillis, seu Ministris, ac Cubiculariis, quos omnes quisque novit probos, fideles, humanos, qualesque in primis esse cognovimus Doymum Valvasonensem (32), qui a vertice ad plantas totus

totus sapit, nec ulla afficitur insolentia, quo hactenus nemo Dominum suum magis peramavit, cum quo & in Conclavi dicitur extitisse. Verum & Henricus Germanus (33) natione, & facillimis moribus imbutus, a Pontifice eodem tempore non discessit, etsi Dominus graviter ægrotaret; est enim natura suapte benivolus, & omnium Germanorum diligentissimus. Voluissem quoque Baptistam (34) itidem Cubicularium, & illis duobus æquevum dilaudare, non modo aspectu gratissimo, atque venusto, verum etiam morum mansuetudine, de quo alias. Probitates Baldessaris (35) Camilli longum esset explicare, itaque in aliud tempus differendum puto. Carolum etiam non tacuissem Mantuanum (36), qui semper apud se esse videtur, non titubans, atque vacillans, non verbosus, immo magis aptus rebus, atque negociis; nec non Raphaelem (37) ejus conterraneum, gravissimum virum, & bene moratum, & Ciceronis imitatorem egregium, ut ejus epistolæ ad filium vel apertissime declarant; itidem Johannem Cremensem (38) amore & benivolentia in omnes propensum, sic & beneficiis, quantum ejus vires possunt, apud Pontificem Summum, quem ipse sum meis in rebus crebro expertus, in quo nondum est arrogantiæ ullius visa scintilla, ab omni mærore alienissimus. Priapis (39) vero silendus nequaquam erat, qui baldusiam tanta cum armonia pulsare dignoscitur, additis mirandis cantilenis, ut mortales ipsos sæpenumero a cibo potuque distraxerit, & mulieres mille impudicas effecerit; quapropter ante Musicam, exercitationemque instrumentorum, & cantuum, prudentissimus est: prudentia enim non parva virtus est.

Dabitur commodius tempus extollendæ vitæ, & religionis Fratris Garziæ Hispani (40), honoratissimi liberarii (*f. Librarii*), nec non Fratris Modesti Veronei, litteratis-

ratiſsimi, & doctiſsimi hominis; Garzias Sanctiſsimi Benedicti Ordinis, Modeſtus vero Sancti Pauli eſſe feruntur. Lucam Senenſem (41) laudare temporibus noſtris non eſt opus: nam cum inter Senenſes in eo Palatio ſolus remanſerit, vel evidentiſsimum indicium eſſe creditur nullas in eo fraudes fuiſſe, aut in quemquam contumeliam irrogaſſe tempore Pii II., cum cæteri pæne omnes Senenſes, qui Pium II. ſecuti ſunt, auſugerint, latuerint, capti ſint, pænas dederint (42). Bonibertus (43) Eques omnibus gratus . . . . ſplendor quidem, & lumen Palatii Pontificis eſſe videtur: magna vir æquitate, & benignitate; verum habitum pluſquam militarem ſemper exoptans, quod animus magnificus, excelſuſque nempe requirit ut auro & ſerico admodum delectetur. Petrum Gallum (44) præter omnes humanum, dulcem, nemini adverſum, omnibus deditum, omnique melle ſuaviorem quis ad unguem pro ſuis meritis dilaudabit? Jacobum Barbaricum, plurimarum Interpretem linguarum difficile eſt præterire ſilentio, cum forte unicus ſit non ſolum apud Pontificem, qui plures Linguas noverit, ſed forte in univerſa Italia, itaque pæne ſingulari amore a Paulo II. dilectus, præſertim cum nullo vitio ſcelerato tinctus eſſe videatur. Voluiſſem Jacobum Raus (45), Servientem armorum non infimum, virtutibus ſuis tollere, cum paucas non habeat, præſertim cytharæ aptiſſimus, metallorum naturæ cognitor egregius, & Chonradi itidem Teutonici amiciſsimus, quos qui ſemel audiret liras tangentes, armonias cæleſtes eſſe putaret; qui ideo cari Pontifici ſunt, quia plus annos viginti in ipſa Curia apud Paulum cum Cardinalis eſſet perſtiterunt, quorum Jacobus longe modeſtior eſſe dignoſcitur. Poſtremo, ne omnes Domeſticos deſcribam plurima laude digniſsimos, nam & aliquos non novi, & nec quicquam re ipſa & nomine

ne efficit præterito Chriſtophoro (46) Cubiculario, cujus mens ut nil mali concipit uſquam, ſic nec os proloquitur non omnino. Addam tantummodo ſignum evidentiſſimum ſummæ ſapientiæ Pauli II., quod cum multa negare poſsit ſimul, & neget, etiam peſsimis hominibus adeo ſe humane gerit, & blande loquitur, ut nemo hactenus non contentus abiverit.

Sum quoque memor Franciſci Chriſtiani, barba oblectati, ut vir non mulier videatur, qui rerum maritimarum peritiſsimus eſt, & licet illiteratus agnoſcatur, longe tamen melius Geographiam pernovit, quam, quos novi, multi Litterati, egregiique Grammatici, Latinas tamen figuras pernovit, & Urbium, & Inſularum, Fluminum, & Æquorum, & talium rerum, & legere & ſcribere non ignorat, pronunciatione dulcis, vultu gravis, in ſenſu velut anas. Sed de hoc non plura. Ut ecce (47). Bartholomeus ex Pago Mantuanus, Grammaticiſsimus, ita dixero, & in ſcribendo ſatis ornatus, nonnullas nugas in Pontificem prolocutus eſt, cui tamen omnino pepercit; quod ferunt Claudium Imperatorem ſemper ſervaſſe, cum diceret, linguas mortalium, & mentes ſe compeſcere minime poſſe, abſtineant modo manus. Alius pæne eodem tempore mirum in modum dolens, & querens, quod Cardinalis Sancti Marci Summus Pontifex evaſiſſet, acceptus eſt tamen perbenigne ab ejus Sanctitate, grateque reſpondit cum nonnulla carmina, me præſente, frigide decantaſſet, ſuperiori tempore in Pium II., paucis mutatis, itidem recitata, & hinc inde tum ex Poetis majoribus, tum ex noſtris fuere ſubrepta; quem tamen non ignorabat Paulus hominem eſſe infamem ab Eugenii Quarti uſque temporibus, ſupplicationum ſuppoſitarum auctorem, adoleſcentum corruptorem, verborum depravatorem, Linguæ Græcæ oſorem, ſine cujus cognitione

tione Auctores nostri haud recte intelliguntur, quem nec Eugenius, sapientissimus ille Pontifex, nec Nicolaus, nec Callistus quidem ad publice legendum ex illius inscitia, & pessimis moribus unquam conducere voluerunt, bonorum carminum subreptorem, mendaciorum compositorem, sui laudatorem, aliorum vero vituperatorem.

ΤΕΛΟΣ.

(1) *Ex Codice chart. Sæc. XV. apud Cl. V. Hannibalem Mariottum, Artium, & Medicinæ Doctorem Perusinum.*

(2) Il Vescovo Aleriense nella Dedica del primo Volume delle Lettere di S. Girolamo a Paolo II. gli dice essere stata gran cosa, *quod Conclave ingressus, prius Pontifex existi, desideratus omnibus, quam initium electioni factum putaretur.*

(3) *Sacras cæremonias supra modum novit, accuratissime observavit, & pleraque in eis magnificentius, ac dignius adjunxit*, scrive di Paolo Secondo il Cannesio (*pag. 44.*).

(4) Alli 20. di Marzo del 1471. mandò un Breve a Niccolò Sandonini, Vescovo di Modena, e Governatore di Monte Casino (*Papien. epist. n. 312.*), ed a' Monaci, acciò dalla loro Biblioteca gli spedissero subito per mezzo di Giovanni Franchini *nonnullos Codices, Volumina, Oblationes, ac Privilegia, in schedula præsentibus introclusa ..., ut aliqua ex ipsis inspiciamus, & aliqua transcribi faciamus* (*Reg. Brev. pag. 14.*).

(5) Nella Vita di Paolo, composta dal Platina, si ha, ch'egli *semper domi habebat unguenta Venetiis advecta, oleum, tyriacam, & cetera id genus, quæ ad curandam valetudinem faciunt: ex his aliquid ad ægrotos mittebat*; tanto desiderio avea di giovare agl' infermi.

(6) Vedasi il Quirini nelle *Vindicie* pag. XLIII., e la Lettera CCCIII. del Papiense a Lionardo Dati. Il Cannesio lasciò scritto (*pag. 31.*): *Omnium quidem vetustatum exactissimus perscrutator extitit, atque aureas Cæsarum imagines, alteriusque metalli in ipsis numismatibus tam probe dignovit, ut primo aspectu illico Cæsaris nomen exprimeret*; e il Platina disse, *Nemo eo hujus rei* (dello amore per le cose gentilesche) *studiosior fuit: quippe qui & statuas veterum undique ex tota Urbe conquisitas in suas illas Ædes, quas sub Capitolio extruebat, congereret; avecto etiam ex Sancta Hagnete B. Constantiæ sepulchro.* L'Arcivescovo Vallaresso gli mandò da Venezia alli 4. di Novembre del 1450. *Virgineam figuram, plumario opere elaboratam, margaritarum gemmulis aliquantulum inornatam*, e da Zara gli scrisse alli 3. di Maggio dell'anno appresso, *Summam diligentiam usque modo habui in quærendis Corniolis, & Medaiis, nec invenire aliquid potui, quod possem mittere D. V. R., nisi ossa Matris Magnæ Ideæ, arida saxa, quæ se gradientibus offerunt ultro. Corniolæ autem, aut Medaiæ non solum non inveniuntur Jadræ, sed nec quid id sit scitur*; e da Padova alli 7. di Decembre 1459. *Mitto Reverendissimæ D. V. aliquos nummos antiquitatis superstites, videlicet Medalias aureas num. 18., nonnullas quoque argenteas, cum certis Corniolis, quæ quidem licet sint vilia, & abjecta, ac tanto Domino penitus indigna, ea tamen &c.*; e in un'altra Lettera delli 10. di Gennajo del 1460. gli disse, *Cum continue præ oculis habeam infinitas obligationes meas adversus R. D. V. recuperare studui aliquas Medalias, quibus eadem oblectatur, easque per Dominum Ja. germanum meum misi: licet autem majora debeam, tamen cum illud munusculum tenuissimum, & exile Reverendissima D. V. non duxit acceptandum, nisi precio dato, quod certe mihi medulitus doluit, multo magis displicuit quod idem D. Jac. memoratum precium receperit:*

rit : quasi ego in hujusmodi mercimoniis emendis vendendisque animum appulerim : ut novo lucri genere utar cum Reverendissima D. V., & non potius pure id fecerim, & redimendæ obligationis meæ gratia. Cum autem idem germanus scribat mihi, ut originalem illius medaliæ majoris refuxæ recuperare enitar pro ipsa Reverendissima D. V. cui placituram summopere dicit, peream de cætero si misero, quandoquidem a Reverendissima D. V. non aliter quam precio dato recipiuntur (ex Cod. Bibl. Barber. n. 2141. *p.* 5. 10. 163. 411.).

(7) Così nomina Gaspare il Tempio Vaticano anche altrove (Murat. *Tom.* III. *Part.* II. *pag.* 1041. *D.*).

Seguendo l'intrappreſo ſiſtema coll'ajuto de'Monumenti Vaticani ſupplirò ora a quello, che del Griffi da' due citati Autori non ſi ha. Ottenne egli il Veſcovado di Gubbio alli 24. di Aprile dell' A. 1472. (*Tom.* LXXXIII. *oblig. pag.* 24. *t.*), credo dopo Antonio Severi, morto in quel meſe, pel cui ſpoglio dovette contendere col nipote di lui Lionardo (*Reg. Brev. Sixt. IV. Tom.* I. *pag.* 260. *t.*); manca perciò il tempo per collocare nella Cattedra Gubbina dopo Antonio i due Veſcovi Giovanni, e Corrado, de' quali niuna memoria nell'Archivio. Paſsò il Griffi all'Arciveſcovado di Benevento alli 24. di Settembre del 1482. (*Tomo cit. oblig. pag.* 81. *t.*), e nel Breve, che Siſto mandò a' Beneventani, è lodato di una maniera ſingolariſſima (*Reg. Brev. Tom.* II. *pag.* 219.): fu poi Commendatario de' Monaſterj di Ripoli della Dioceſi di Firenze, de' SS. Pietro e Calogero della Dioceſi di Milano, di Santa Maria de Paciano della Dioceſi di Piſtoja, della Prevoſtura di Santa Fede in Sleſtat della Dioceſi di Argentina, e dello Spedale di S. Maria de Stabio della Dioceſi di Cuma (*Lib. oblig.* LXXXI. *pag.* 226. LXXXIII. *p.* 43. *t.* 56. *t. Brev. Innoc. VIII. Tom.* I. *pag.* 323. *t. To.* II. *p.* 307. *t.*), e fu eziandio Canonico della Cattedrale di Trento, della qual coſa ſcrivendo il Papa a quel Veſcovo, ed al Capitolo alli 12. di Marzo del 1472. dice, *Dilectum filium Leonardum Griffum, Secretarium noſtrum intimum, & domeſticum, quem, ejus meritis, & ſingularibus virtutibus exigentibus, non ſecus quam ſi noſter ſecundum carnem nepos exiſteret, diligimus & magnificamus, in Canonicum veſtræ Eccleſiæ creavimus &c. quod vobis debet eſse pergratum. Is enim vir eſt ea virtute, & integritate præditus, ut in quoquo ampliſſimo loco ſuſcipi mereatur* (*Brev. Tom.* I. *pag.* 184. *t.*). Non poſſo dire in qual giorno preciſamente laſciaſſe di eſſere fra noi: Innocenzo ne' Brevi, che ſcriſſe alli 26. e 27. di Novembre del 1485. al Vicario della Chieſa, ed al Caſtellano della Rocca di Benevento, parla della morte di lui, che fu ſuo Secretario domeſtico altresì, come di coſa avvenuta allora allora (*Brev. Tom.* II. *pag.* 61. *t.* 63.), ed egli poi viveva tuttavia nel giorno tredici di quel meſe, trovandoſi ſuoi Brevi ſottoſcritti ſino a quel dì. Nell'Arciveſcovado ſuccedettegli alli 5. di Decembre Lorenzo de' Mari Cibo (*Oblig. Lib.* LXXXIII. *p* 99.), e non altrimente alli 16. di Gennajo dell' anno ſeguente, come diſſe l' Ughelli. Il Burcardo racconta (*Diar. mss. Tom.* IX. *p.* 82.), che al Griffi ſi celebrarono Eſſequie ſolenniſſime in S. Maria del Popolo alli 15. di Decembre, che Pomponio Leto gli recitò l'orazion funebre *in veſte ſua quotidiana, quia Cappa more Capellæ noſtræ uti noluit*, e che cantò Meſſa il Veſcovo di Jeſi. Nel ſuo Teſtamento (voglio pur dire ancor queſto) fu liberaliſſimo ſino alla ſomma di 6990. fiorini d'oro di Camera con molte Chieſe di Roma, con quelle, nelle quali era ſtato Veſcovo, e Commendatario, e colle Zitelle di Roma, e di Milano: i quali danari i Fratelli di lui Ambrogio Protonotario, ed inſigne Medico, Girolamo, Agoſtino, e Gio: Battiſta pagarono agli Eſecutori teſtamentarj Marco Barbo, e Stefano Nardini Cardinali (*Arm.* XXIX. *Tom.* XLIV. *p.* 234. *t. Intr. & exit. Tom.* DCCXXVII. *p.* 53.).

NUM.

Num. LXVI. (1)

11. *Giugno* 1476. *V. pag.* 242.

Anno a Nativitate Domini 1476. die vero Lune xi. mensis Junii Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster Dominus Sixtus PP. IV. recessit ab Urbe ob timorem pestis (2), dirigens gressus suos versus Viterbium, & quia pestis jam ibidem inceperat, eadem die ivit Campanianum associatus a sex Rmis Dnis Cardinalibus deputatis, videlicet D. Rothomagense Vice-Cancellario, Neapolitano, Mediolanensi, Mantuano, & Sancti Angeli, & hoc fuit Pontificatus prefati D. N. Sixti Anno quinto.

Et deinde accessit Vetrallem, & per loca vicina associatus ab eisdem usque ad diem Sabbati 29. (3) Junii, qua die intravit Ameriam, & deinde & successive ibi fuit cum predictis Dominis Cardinalibus, & aliis usque ad diem Jovis 18. Julii, qua die venit Narniam, & successive die 21. Augusti ivit ad Aquam spartam, & die 22. ejusdem ivit Balneoregium (*questa parola è cancellata*), & die 23. dicti Mensis Augusti ad Assisium (4), ubi fuit usque ad diem 27. dicti Mensis Augusti, qua die cum dictis Dominis Cardinalibus, & aliis de Curia venit Fulgineum.

Anno a Nativitate Domini 1476. die vero Jovis 22. Mensis Julii Pontificatus dicti Sixti Anno v. Rmus in Christo Pater, & Dominus Dominus Philippus Episcopus Portuensis (5), Cardinalis Bononiensis nuncupatus, apud Balneoregium, ubi erat hospitatus, ut sequeretur S. D. N., diem vite sue clausit extremum, cujus anima requiescat in pace, quia optimus Pater.

Anno a Nativitate Domini 1476. die 14. Jul. idem S. D. N. Sixtus in suo Consistorio Narnie motu proprio

 ab-

absolvit Reverendissimum D. R. S. R. E. Vice-Cancellarium a vinculo, quo tenebatur, Ecclesiæ Albanensi, & eundem transtulit ad Ecclesiam Portuensem, vacantem per obitum bo. me. Domini Philippi Card. Bononiensis, ultimi predicte Ecclesie Episcopi.

Eodem die & Consistorio idem S. D. N. providit Ecclesie Albanensi de persona Rmi in Christo Patris & Domini Domini Oliverii, tunc Tituli S. Eusebii Presbyteri Cardinalis, creando eundem Episcopum Cardinalem, vacanti per translationem Domini Vice-Cancellarii Episcopi Albanensis ad Portuensem.

Anno a Nativitate Domini 1476. die vero Veneris 4. Mensis Octobris Pontificatus D. Sixti Anno sexto, Reverendissimus in Christo Pater & Dominus Dominus Julianus Cardinalis S. Petri ad Vincula, Avinionensis nuncupatus, rediens ex sua Legatione de Francia, introivit Fulgineum, ubi Papa cum Curia sua tunc residebat, & associatus fuit per XI. Rmos Dominos Cardinales usque ad Palatium, ubi S. D. N. in Curia ipsius Palatii in publico consistorio ipsum recepit.

Die Lune 7. Mensis Octobris Anno a Nativitate Domini 1476. Pontificat. S. D. N. D. Sixti divina providentia PP. IV. Anno sexto, idem S. D. N. Sixtus recessit de Fulgineo, dirigens gressus suos versus Urbem, associatus per XII. Rmos Dominos Cardinales, & de nocte dormivit apud Spoletum. Deinde die 8. fuit ad Pedelucum, ubi mansit duobus diebus. Die 10. ivit Reate, ubi stetit novem diebus. Die 19. ivit ad Podium S. Laurentii. Die 21. ad Montem Lebete. Die 22. ad Momentanen. Die 23. Octobris ejusdem introivit Urbem.

(1) *Ex Tom.* LII. *Arm.* XXXI. *in quo Acta quædam consistorialia, aliaque historica Sæc.* XV. *pag.* 50. *t.* Il Registro delle Bolle, che il Papa diede in tutti questi mesi in Campagnano, in Vetralla, in Amelia, in Narni, in Foligno, ed in Rieti combina esattamente col presente Diario.

(2) Il Rainaldi (*ad A.* 1476. *num.*13.) par-

parlando di questa pestilenza, cita il Diario dell' Infessura, il qual conta come il Papa partì alli 10. di Giugno, e si portò a Campagnano, e che alli 27. di Decembre ritornò (Muratori *S. R. I. Tom.* III. *Par.* II. *pag.* 1145. 1146.). Il Mansi nelle note non ha saputo altro dire, se non che alli 17. di Giugno era a Vetralla, al primo di Luglio a Narni, agli 8. e 15. in Amelia, e alli 5. e 20. di Agosto a Narni nuovamente; e questo per beneficio di alquanti Brevi stampati dal Martene. Poteva allo stesso modo per alcune Bolle, pubblicate dal Wadingo (*To.* XIV. *p.* 558. e 559.), dimostrare che alli 28. di Settembre riparavasi in Fuligno, e che alli 29. di Ottobre era già in Roma, due mesi prima che non dice l' Infessura. Nel Diario del Volterrano (Mur. *l.c. T.* XXIII. *pag.* 117.), questo viaggio è accennato all'anno 1480.

(3) Sbaglia, perchè avendo già detto che agli 11. di Giugno era Lunedì, il Sabbato non poteva cadere che nel giorno 30. E che poi Sisto giugnesse veramente alli 30. in Amelia, ce ne assicura la iscrizione, postagli dai Signori Giraldini, che lo ebbero ospite, la qual è riportata dal Ciacconio (*Tom.* III. *p.* 15.).

(4) Falso adunque che si trovasse in Assisi al primo e secondo di questo mese all'occasione della Indulgenza della *Porziuncula*, e visitasse allora il Corpo di San Francesco, come scrive il Wadingo (*loc. cit. pag.* 145.), ed altri.

(5) Filippo Calandrino: l'Ughelli (*Tomo* I. *p.* 145.) lo dice morto alli 23.

NUM. LXVII. (1)

2. *Settembre* 1482. *V. pag.* 209.

Comiti Hieronymo (2) Sixtus PP. IV. Redditæ Nobis sunt Litteræ tuæ, ex quibus inter cetera intelleximus dilectum filium Nobilem virum Robertum Malatestam non bene valere, quod Nobis maxime displicet. Mittimus itaque ad eum Magistrum Jacobum Physicum nostrum, & Baptistam Draconem Aromatarium cum illis rebus, quæ ad recuperandam bonam valetudinem pertinent, qui ei assistant, & omni studio intendant illius incolumitati: Præterea si qua alia re ei opus erit, cum scierimus, statim a Nobis subministrabitur: ad reliqua, quæ in Litteris continebantur, respondemus manu propria. Datum Romæ die 2. Septembris 1482. Anno XII. L. Grifus.

Roberto Malatestæ. Intelleximus Nobilitatem tuam aliquantulum ægrotare, de quo vehementer dolemus, nihil est enim, quod æque desideremus quam bonam valetudinem tuam, quo incolume omnia Nobis prospere eventura speramus. Mittimus itaque istuc Magistrum Jacobum

 Phy-

Physicum nostrum, & Baptistam Draconem Aromatarium cum medelis, & rebus necessariis ad valetudinem recuperandam, qui Nobilitati tuæ assistent, & nihil prætermittent, quod pertinere ad hoc videbunt, & si quid erit præterea, quod præstari a nobis possit, libentius, quam tu petieris, subministrabimus. Datum ut supra.

Eidem. Credere vix posses, quantum cupiamus te bene valere, quod si tibi videretur posse melius in Urbe ægritudinem curari, quam istic, poterit Nobilitas tua hoc cum Medicis communicare, qui si hoc idem suaserint, facias Nos certiores, nam mittemus ad te equos, & sellam, quibus percommode advehi poteris. Hortamur in primis Nobilitatem tuam ut bono sit animo, confidimus enim ægritudinem per se levem futuram, & facile curatum iri. Datum Romæ die 3. Septembris 1482.

Magistro Jacobo. Quoniam nihil prætermitti vellemus, quod pertineat ad recuperandam bonam valetudinem dil. filii Nobilis viri Roberti de Malatestis, Arimini in temporalibus Vicarii nostri, ad quem te misimus, volumus, ut, communicato Consilio cum ipso Roberto, si tibi expediens videatur, ut ad Urbem tranferatur, quo curari melius possit, Nos facias certiores, nam equos nostros cum sella mittemus, ut commodius advehi possit. Datum ut supra.

Domino Roberto. Accepimus Litteras tuas, datas 4. Septembris, quibus Nobis gratias agis de his, quæ pro tua valetudine recuperanda egimus; non erat necessaria gratiarum actio in hac re: Nos enim ita facere obligamur, neque ullum tempus cogitandi, & agendi ea, quæ tibi in hoc prodessent, prætermittere vellemus. Medicum ad te nostrum libenter misimus, ceteraque, quæ opportuna judicavimus, facturi etiam quæ supererunt, & necessaria erunt libentissime, quando etiam & Nos perſona-

ſonaliter accederemus, ſi id tibi profuturum ſciremus: ubi vero excuſas in Palatium non venire, ne Nobis incommodo ſis, ſignificamus tibi nullum Nobis eſſe incommodum, id enim pro opportunitate tua, & commoditate ſtatueramus, ut apud Nos eſſes. Verum ſi tibi melius videtur, ut in domum dil. fil. noſtri Card. Mediolanenſis (3) divertas, facias ex arbitrio tuo: nam ſive hic, ſive ibi eſſe magis libuerit, Nobis id placebit, quod tibi placere intellexerimus. Quantum attinet ad id, in quo te dolere dicis, quod Nobis ſatisfacere ſic infirmus non poſſis, bono ſis animo, nam confidimus brevem infirmitatem futuram, & nihil aliud nunc deſideramus, quam ut bene valeas, in quo incumbas, & omni cura ſtudeas, nam ſic Nobis plene ſatisfacies. Datum Romæ die 5. Septembris 1482.

Eidem. Quo te majori proſequimur dilectione tanquam peculiarem filium, eo major eſt Nobis ægrotationis tuæ moleſtia. Sed cum ſperemus brevi te valiturum animo magnopere recreamur; confidimus enim quamprimum te priſtinam incolumitatem recuperaturum. Quare hortamur te, ut bono & forti animo ſis, & nullam ex hoc curam, aut ſollicitudinem ſuſcipias. Cauſa tuæ conſolationis venit ad te dil. filius noſter Cardinalis Mediolanenſis, qui paterne tibi afficitur, & cum quo multa de te locuti ſumus. Si liceret Nobis, libenter quoque ad te accederemus: cupimus enim te vehementer videre, quod brevi futurum ſperamus, ſi quidem ſummo deſiderio te expectamus. Quare bono animo ſis, & in Deo ſpera, qui pro juſtitia pugnantes non deſerit. Datum Romæ die 9. Septembris 1482.

(1) *Ex Reg. Brev. Sixti IV. Tom.* II. *pag.* 25. 32. 34. *e* 40.

(2) Belliſſimi monumenti, toccanti l'aſſaſſinio commeſſo nella perſona di queſto Signor di Forlì, ha pubblicati ora il Ch. Monſignor Fabroni nell' Appendice alla Vita di Lorenzo de' Medici *p.* 316. *e ſegg.*

(3) Stefano Nardini; nel cui Palazzo ven-

venne poi il Malatesta, e vi morì agli 11. (non alli 13. come molti hanno scritto) di Settembre del 1482. (Clementini *Rac. istor. Tom.* II. *pag.* 558. Murat. *Tom.* III. *Par.* II. *S.R.I. p.*1078.), nel qual giorno scrisse immediatamente Sisto un Breve a' Riminesi, ed un altro a' Veneziani, per condolersi di tanta disgrazia, e per avvisarli di avere in quel giorno medesimo legittimato i figliuoli del defunto, ed abilitatili con tal atto a poter succedere negli Stati di Roberto. *Reliquum est igitur ut quod viventi persolvere nequiverimus, ejus sanguini saltem gratitudinis alicujus loco persolvere velimus. Hodie siquidem in Consistorio nostro ejus Filios legitimavimus, investivimusque de Civitatis istius nostræ Vicariatu, ita ut alter alteri succedere possit, eorumque protectionem suscepimus circa ea omnia, quæ ad conservationem Status eorum, & Civitatis istius pertinere quoquo modo poterunt* (*Reg. Brev. Tom.* II. *pag.*43. 45.). Tanto egli è falso, che avesse Sisto tentato di spogliarneli, siccome alcuni si avvisarono (Fabroni *l. cit. pag.* 124.).

NUM. LXVIII. (1)

17. *Novembre* 1484. *V. pag.* 271.

INNOCENTIUS &c. Dilecto filio Christophoro Persona (2), Priori S. Balbinæ de Urbe, Bibliothecario, & Familiari nostro Salutem &c.

L.Grifus. Grata familiaritatis obsequia, quæ Nobis hactenus impendisti, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistis, nec non religionis zelus, litterarum scientia, vitæ ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus personam tuam tam familiari experientia, quam etiam fidedignorum testimoniis juvari percepimus, Nos inducunt, ut illa tibi favorabiliter concedamus, quæ tibi, & publicis commoditatibus fore conspicimus opportuna. Hinc est quod Nos omnes, & singulas concessiones, seu quasvis alias dispositiones Officii Bibliothecæ, sive Custodiæ librorum Bibliothecæ Palatii Apostolici, dil. Filio Bartholomeo Manfredo (3), Litterarum Apostolicarum Scriptori, per fel. rec. Sixtum Papam IV. immediatum prædecessorem nostrum, aut Sedem Apostolicam, sub quibusvis verborum formis, & clau-

clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, factas & concessas, Litterasque, & processus desuper habitos cassantes, irritantes, revocantes, & annullantes, ac in judicio, & extra illis nullam fidem adhiberi mandantes, ac volentes te, qui etiam continuus Commensalis noster, & Ordinem Sancti Guillielmi expresse professus, & tam Græca, quam Latina lingua peritus existis, præmissorum obsequiorum, & meritorum tuorum intuitu favore prosequi gratioso, teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ac aliis ecclesiasticis sententiis, censuris, & pænis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus forsan innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, ac de fide, & probitate tua plurimum in Domino confidentes: sperantes quoque, quod pro singulari eruditione utriusque Linguæ multum poteris prodesse, & maximam secundum cor nostrum commoditatem Litteratis afferre, motu proprio non ad tuam, vel alterius pro te Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate te unicum Bibliothecarium dicti Palatii, ac Custodem, & Gubernatorem librorum ejusdem quoad vixeris cum omnibus, & singulis honoribus, oneribus, salario, & emolumentis consuetis Apostolica auctoritate harum serie facimus, constituimus, & deputamus. Decernentes te ex tunc ad Officium Bibliothecæ, & Custodiæ, ejusque liberum exercitium, ac honores, onera, salarium, & emolumenta hujusmodi admittendum fore, & admitti debere, ut moris est. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

que. Nulli ergo &c. hanc paginam nostræ cassationis, irritationis, revocationis, annullationis, mandati, voluntatis, absolutionis, constitutionis, deputationis, & decreti infringere &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno &c. 1484. xv. Kal. Decembris Pontificatus nostri Anno primo.

D. Gallettus.

Gratis de mandato D. N. PP. P. Altissen. (4).

Collat. Marius.

(1) *Ex Reg. Offic. Innoc. VIII. Tom.* I. *pag.* 58. *t.*

(2) Del Persona, Bibliotecario d'Innocenzo VIII. si trovano varie cose nel Toscani (*Peplus Italiæ Lib.* I. *num.* 28.), nel Giovio (*Elogia*), nel Zeno (*Diss. Voss. Tom.* II. *pag.* 134.), nel Niceron (*Tom.* XV. *pag.* I.), nel Bandini (*Codd. Lat. Tom.* II. *pag.* 849. *To.* V. *Ind.* I. *V. Persona*), e in altri, per non nominare particolarmente tutti quelli, che hanno scritto della Biblioteca Vaticana. Ma sono così scarse, e così incerte le notizie, che ci danno della professìon sua, delle sue cariche, e del tempo, in cui lasciò il Mondo, che posso io farmi onore con esso, narrandone il vero forse per la prima volta, che non so se alcune delle cose, che racconterò, da me communicate, sono già più anni, ad un Amico, le facess'egli mai stampare nelle Novelle di Firenze, siccome parvemi allora disposto di voler fare. Fu adunque Cristofaro Persona Frate dell'Ordine Guglielmitico, ed al servizio del Card. Isidoro Ruteno, Vescovo di Sabina. Questo Porporato avea in Commenda il Priorato del Monastero di S. Balbina, nel qual risiedevano i Frati di quell'Ordine, e l'avea avuta da Niccolò V., che ne privò il Commendatario Mauro, Abate della Fara, succeduto al defunto Francesco Savelli. Callisto III. per le premure fattegli dal detto Cardinale, che rinunciata avea tal Commenda, ritenendo però il dritto dell'abitazione, conferì il Priorato a Cristofaro alli 20. di Febbrajo del 1456. (*Reg. Bull. Call. III. in Arch. Dat. A.* II. *Tom.* VII. *pag.* 149.), e questi fu subito pel suo Monastero in una ostinata lite con Rita Vedova di Lionardo Boccamazzi, per una casa nel Rione di Campitelli, e terminolla poi per mezzo di una concordia, che Pio II. alli 14. di Aprile del 1462. diede a confermare all'Arcivescovo di Firenze Giovanni (*Reg. Pii II. ib. A.* IV. *Tom.* VI. *pag.* 8. *t.*). Da Sisto IV., dal qual era stimato quanto la sua virtù si meritava, gli furono assegnati 500. Ducati sopra le rendite de' Beneficj, che fossero vacati in Sicilia, e scrissegli un Breve alli 3. di Marzo del 1483. per assicurarlo di tal grazia, non volendo foss'ella compresa nella revoca, che avea poc'anzi fatta di cotali riserve (*Reg. Brev. To.* II. *pag.* 397.). Innocenzo VIII. lo dichiarò Bibliotecario del Palazzo Apostolico alli 17. di Novembre dell'anno appresso; non può adunque esser vero, che entrasse in possesso di questa carica alli 29. di Settembre, come scrive il Zeno (*pag.* 141.) trovarsi notato in un Codice Vaticano, nel qual forse si legge, o così almeno dovrà leggersi, 19. *di Novembre*. Ne' suoi Diarj Manoscritti (*To.* IX. *p.* 59.) ha il Burcardo segnato di aver dormito in compagnia del lodato Agostino Patrizj la vigilia del Natale di detto anno nel Palazzo Vaticano, *in Camera Prioris S. Balbinæ, Bibliothecarii SS. D. N.*, che dee certamente essere stata quella, a cui dà l'accesso la piccola porta, che è accanto all' altra dell' antica Biblioteca nel Cortile, che ora chiamasi de' Papagalli, sopra la quale è questa Iscrizione.

XY-

XYSTVS . IIII. PONT. MAX
BIBLIOTHECARIO . ET
CVSTODIBVS . LOCVM . ADDIXIT.

Morì il Persona sicuramente verso la fine dell'anno 1485., nè è da badar punto all'epitaffio, che gli fu posto a S. Marcello, perchè non esiste più da forse cento cinquant'anni in qua, e fu ab antico letto, e copiato assai male. La morte sua fu cagione che la Prefettura, e il governo della Biblioteca fosse data alli 13. di Decembre di quest'anno a Giovanni Lorenzi, Prete di Venezia, Dottore dell'una e dell'altra legge, Conclavista del Cardinal Marco Barbo dopo il Papato di Sisto (*Burcard. Diar. To.* IX. *p.* 11. *t.*), Abbreviatore, Rescribendario, e Secretario Pontificio (*Reg. Offic. Inn. VIII. To.* 1. *p.* 166. *Reg. Epist. Jac. Volater. p.* 96.), eletto, come altrove accennai, alli 12. di Settembre del 1484.; fu anche Abate Commendatario di S. Pietro de Valle di Arbi (*Arm.* XL. *To.* 1. *n.* 387.), e corrispondente del Fedra, del Poliziano (*Politiani epist. Lib.* III.), e del famoso Catone da Supino, Arcivescovo di Vienna in Francia (*Reg. Brev. Inn. VIII. To.* III. *p.* 547. *t.*), e s'involò da noi fuori di Roma nel 1501., lasciando il Secretariato ad Enrico Bruni, Arcivescovo di Taranto, cui fu conferito per la seconda volta alli 23. di Novembre (*Reg. Offic. Alex. VI. To.* III. *pag.* 12.), avendo quello, che prima esercitava, rinunciato nel 1496. quando fu nominato Vescovo di Orte (*ib. To.* 1. *p.* 273. *t.*). A questo Bibliotecario certamente appartiene il racconto, che fa Pierio Valeriano nell'Opera *de Litteratorum infelicitate*, che recherò, non ricordandomi di averlo letto in alcun Libro di quelli, che scrissero de' Bibliotecarj Apostolici; *At Johannes Regius* (forse *Laurentius*, o *Dionysius*, se è vero che avesse ancor questo cognome) *Venetus sub Alexandro VI. Palatinus Bibliothecarius, vir dubio procul & Græce & Latine doctissimus, dum studiis bonarum artium operam navat indesinentem, suasque res tantum agit, iniquissimo Alexandri VI. tempore in arcano proscriptorum albo positus, dum bona ejus appetuntur Viterbii, quo se valetudinis causa receperat, veneno sublatus est. Scripta ejus in Plutarchum plurima ab iis, qui alienæ invidebant gloriæ, suppressa, partim evanuere, partim laudem furibus peperere*. Il fatto, ma con altri colori, e circostanze, trovasi nella Vita del Duca Valentino di Tommaso Tommasi, e qualche vestigio sembra a me di averne osservato in due Motu proprj di Giulio II., con i quali vien ordinato, che a Marco de' Lorenzi, erede di Giovanni, sia consegnata una Casa, che questi ebbe in Borgo, e che *iniquamente*, e per un *de facto* fu confiscata dopo la morte sua, e data al tristo Micheletto Carelie, che militava per Alessandro, in isconto di alcune paghe dovutegli (*Arm.* XXIX. *To.* LVII. *p.* 61. *t.* 62.). I tre Bibliotecarj, che si danno per successori al Lorenzi nel Pontificato di Alessandro, sono per me molto incerti, nè trovo in que' tempi alcun Giuliano da Volterra Arcivescovo di Ragusi.

(3) Giacomo Volterrano ha nel suo Diario fatta menzione di due Orazioni, che nella Cappella Pontificia negli Anni 1482. e 1483. recitò il Manfredi; e ci ha anche fatto sapere, siccome dissi altrove, ch'egli era Secretario del Cardinal S. Clemente, cioè di Bartolomeo Roverella (*Murat. S.R.I. Tom.* XXIII. *p.* 163. 184.). Nella Biblioteca Casanattense è un rarissimo Libretto, stampato nel Secolo XV., il qual ci offre una Lettera di Ottavio Cleofilo a questo Manfredi, al Guarino, al Carboni, e ad altri valentuomini, suoi *Amici giocondissimi*.

(4) Il Burcardo ne' Diarj mss. alli 21. di Agosto del 1490. racconta la morte di-

questo Pietro Altissen, del qual ho altre volte avuta occasione di parlare, e dice che fu portato alla Chiesa della Pace, *associatus Conofficialibus, Secretariis, Scriptoribus Apostolicis, Abbreviatoribus, & Sollicitatoribus Litterarum Apostolicarum, Collectoribus Plumbi, & Scriptoribus Regesti Bullarum. Nam & ipse Secretarius, Scriptor Apostolicus, Abbreviator de prima visione, Sollicitator Litterarum Apostolicarum, Collector Plumbi, & Magister Regesti Bullarum fuit*. Poi alli 5. di Settembre parla dell'essequie fattegli con ogni solennità, della Orazion funebre recitata da Fra Bartolomeo da Viterbo Domenicano *sine magna gratia*, e dell'*Oremus Deus qui inter Apostolicos &c.* detto dal Celebrante Vescovo di Ajazzo, *quia fuit Sacerdos, licet nunquam celebraverit Missam*.

NUM. LXIX. (1)

26. *Marzo*, 13. *Aprile* 1485. *V. pag.* 213.

L. Grifus. Ferdinando Regi Siciliæ Innocentius PP. VIII. Venit ad Nos dilectus Filius Silvester, Physicus tuus, cum Litteris tuæ Majestatis. Eum Nos libenter vidimus, Litterasque ipsas plenas quidem pietatis, benivolentiæ, & affectionis avidissime perlegimus. Qua ex re tantam oblectationem cæpimus, ut major esse non poterit, tametsi de tui erga Nos amoris sinceritate nunquam dubitaverimus. Sed hoc manifestissimo argumento sumus plurimum consolati. Utemur autem, ut mones, opera, & consilio ejusdem Physici tui, tum quia vir est singularis doctrinæ, & magnæ experientiæ, tum quia a Celsitudine tua mittitur, cujus gratia merito Nobis carior efficitur. Propter quod agimus Majestati tuæ gratias non mediocres. Datum Romæ &c. die 26. Martii 1485. Anno primo.

Eidem. Dilectus Filius Silvester, Physicus tuus, quem ad Nos misisti, redit ad tuam Majestatem. Is Nobis egregie satisfecit, & in valetudine nostra curanda magno studio, & diligentia usus est, adeo ut ei multum afficiamur propter singularem, quam in eo cognovimus, doctrinam, & hujus artis peritiam. Agimus itaque gratias Majestati tuæ ingentes, quæ ad cetera sua erga Nos certissima benivolentie signa, hoc quoque non obscurum adjunxit, talem

lem ad Nos virum mittendo. De statu ipsius nostræ valetudinis nihil aliud scribimus, quia idem Silvester abunde Majestatem tuam poterit informare. Dat. Romæ &c. die 13. Aprilis 1485. Anno primo.

(1) *Ex Regest. Brev. Innoc. VIII. Tom.* 1. *pag.* 154. *t.* 103. *t.*

Num. LXX. (1)

14. *Maggio* 1485. *V. pag.* 227.

Laurentio de Medicis Innocentius PP. VIII. Exposuit Nobis dilectus Filius Ferdinandus Ponzetus, Physicus, & Familiaris noster, quod ipse desiderat permutare certum creditum pecuniarum sibi super Monte istius Civitatis Florentinæ debitarum, prout in Libris ejusdem Montis descriptum dicit apparere. Et licet id hactenus temptaverit, tamen ob nonnulla impedimenta, quamvis, ut accepimus, levia, & de facili amovenda, desiderium suum adhuc consequi nequivit, propter quod cum Nos desuper de favore, & commendatione requisiverit, Nos, qui Ferdinandum ipsum ob ejus doctrinam, & plures virtutes, grataque erga Nos obsequia paterne diligimus, petitionem suam hujusmodi non inhonestam existimantes, Devotionem tuam hortamur in Domino, & affectuose requirimus, ut ita apud Officiales dicti Montis, & ubi opus est operari velis, quod creditum ipsum libere, & sine impedimento, prout, & in quem ipse Ferdinandus voluerit, permutari possit, in quo certe Nobis plurimum complacebis. Datum Romæ &c. die 14. Maii 1485. Anno primo.

L. Grifus.

(1) *Ibid. pag.* 186.

Num. LXXI. (1)

28. *Ottobre* 1485. *V. pag.* 210.

L. Grifus. N. Bociardo, Electo Cusentino (2), nostro secundum carnem Nepoti. Graviter admodum ferimus valetudinem tuam (3), licet consoletur Nos non mediocriter, quod speremus, Deo adiuvante, brevi te fore incolumem: quare sis bono animo. Mittimus ad te dil. Filium Pelegrum, Physicum optimum, qui tibi diligenter assistet; ejus consiliis, & ordinationibus omnibus acquiesces, & obtemperabis, & si alio te transferendum censeret, sequere ejus judicium. Misissemus dil. Fil. Jacobum de Sancto Genesio, Medicum nostrum, nisi is adversa valetudine impediretur: sed, ut diximus, omnia bene successura speramus, &, si aliqua re opus esset, significa, nam omnia transmittemus quam primum. Datum Romæ &c. die 28. Octobris 1485. Anno secundo.

(1) *Ibid. Tom.* II. *pag.* 31. *t.*

(2) Nel 1489. fu trasferito alla Chiesa di Arles, siccome ho accennato, e nel Novembre di quest'anno andò Commissario Apostolico a Vignanello, e ne ricevette la dedizione, accordando agli abitanti alcune grazie da essi richieste (*Brev. Innoc. VIII. Arm.* XXXIX. *To.* XVII. *p.* 94.). Era egli forse fratello eziandio di quel Giorgio Bucciardo Genovese, che Innocenzo chiama suo *affine*, in quel modo che alcune volte chiama anche Niccolò, nella Bolla de' 5. di Giugno del 1492., colla quale gli conferì lo Scrittorato Apostolico, che vacava per la morte di Luigi Maffei (*V. Vol.* 1. *pag.* 230. *n. a.*); ed è poi costui divenuto celebre per la sua Nunziatura al Gran Turco sotto Alessandro, e per le Lettere, che recava al Papa di quel Principe, e che gli furono intercette in Sinigaglia, in una delle quali era quegli pregato a crear Cardinale Niccolò, siccome avea Innocenzo promesso di fare (V. il *Diario* del Burcardo presso l' Eccard, il Ciacconio *Vitæ Cardin.*, e la *Gallia Cristiana* de' Sammartani *Instr. Ecc. Arelat. Tom.* 1. *p.* 103.).

(3) Fu questi sorpreso dal male, secondo che io giudico, nello andar che faceva Nunzio al General di Armata Roberto da San Severino, speditogli, non ancora Arcivescovo, alli 16. di Ottobre del 1485. (*Reg. Brev. Tom.* II. *pag.* 20.). E parmi anche di esser certo ch' ei si ammalasse in Trevi, imperciocchè trovo un Breve, dato dal Papa nello stesso giorno, in cui scrisse questo, che ho riportato, ad un Pier Francesco de' Luccarini di quel Luogo in ringraziamento dello avere in casa sua ricoverato il Nipote infermo, e fattolo assistere con ogni cortesia, ed attenzione (*ibid. pag.* 32.).

Num.

Num. LXXII. (1)

30. *Ottobre* 1485. *V. pag.* 221.

L. Grifus.

Vice-Cancellario (2). Ex Litteris circumſpectionis tuæ intelleximus de indiſpoſitione tua, quæ certe Nobis eſt permoleſta, quamvis, ut ex Litteris ipſis, & ex relatione Nobis facta intelleximus, ſperamus levis momenti illam futuram, & cito evanituram. Et quoniam Nos rogas, ut mittere ad te velimus Venerabilem Fratrem .... Epiſcopum Caputaquenſem, Domeſticum noſtrum, licet illius præſentia ſit Nobis admodum opportuna, tamen ut tibi ſatisfaciamus, & ipſius Epiſcopi deſiderio, qui inſtantiſſime hoc a Nobis petiit, annuamus, eum ad te mittimus, hortamurque Circumſpectionem ipſam tuam, ut, omnibus aliis poſtpoſitis, recuperandæ valetudini incumbat, & Epiſcopum præfatum quanto citius poterit ad Nos remittat. Si quid præterea eſt, in quo tibi ſatisfacere poſſimus, libentiſſimo animo præſtabimus. Datum Romæ &c. die xxx. Octobris 1485. Anno ſecundo.

(1) *Ibid. pag.* 34. (2) Roderico Borgia, nominato a tal dignità da Calliſto III.

Num. LXXIII. (1)

8. *Novembre* 1486. *V. pag.* 213.

INNOCENTIUS &c. Dilecto Filio Magiſtro Jacobo de Sancto Geneſio, Phyſico, Scriptori, & Familiari noſtro Salutem &c.

Hic. Balbanus (2).

Grata familiaritatis obſequia, quæ Nobis hactenus impendiſti, & adhuc ſollicitis ſtudiis impendere non deſiſtis,

ſtis, nec non Litterarum ſcientia, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus perſonam tuam tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum teſtimoniis juvari percepimus, Nos inducunt, ut te ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequamur. Cum igitur Officium Scriptoriæ Litterarum Apoſtolicarum per liberam reſignationem dilecti filii Caroli Orpheii (3), nuper ipſarum Litterarum Scriptoris, & Familiaris noſtri, de illo, quod tunc obtinebat, in manibus noſtris ſponte factam, & per Nos admiſſam, vacaverit, & vacet ad præſens; Nos volentes te, qui etiam in Artibus, & Medicina Magiſter, ac continuus Commenſalis noſter, &, ut accepimus, conjugatus exiſtis, præmiſſorum obſequiorum, & meritorum tuorum intuitu favore proſequi gratioſo, Motu proprio, non ad tuam, vel alterius pro te Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate Officium prædictum, ſic, ut præmittitur, vacans cum honoribus, oneribus, & emolumentis conſuetis Apoſtolica tibi auctoritate concedimus, & aſſignamus, teque dilectorum filiorum aliorum dictarum Litterarum Scriptorum numero, & conſortio favorabiliter aggregamus, ac in locum ipſius Caroli ponimus, ſubſtituimus, & ſurrogamus. Decernentes ex nunc te ad Officium prædictum, ejuſque liberum exercitium, ac hujuſmodi honoris onera, & emolumenta, ut eſt moris, eadem auctoritate recipiendum fore pariter, & admittendum. Et nihilominus Venerabili Fratri noſtro Roderico Epiſcopo Portuenſi, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vice-Cancellario per Apoſtolica ſcripta Motu ſimili mandamus, quatenus per ſe, vel alium, ſeu alios faciat auctoritate noſtra te ad Officium hujuſmodi, illiuſque liberum exercitium, honores, onera, & emolumenta prædicta in Scriptorem dictarum Litterarum recipi, & admitti, ut eſt moris. Contradictores &c. Non ob-

obstantibus constitutionibus &c. Aut si Scriptoribus præfatis, vel quibus aliis communiter, vel divisim a Sede Apostolica indultum existat, quod interdici &c. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud S. Petrum Anno &c. 1486. IV. Non. Novembris. Anno tertio.

Gratis de mandato D. N. PP. Ach. de Maffeis (4).

P. Delius.

(1) *Ex Regest. Offic. Innoc.* VIII. *To.* I. *pag.* 224.

(2) Fu eletto Vescovo di Perugia alli 18. di Aprile del 1491., però quando il Burcardo scrisse, che alli 25. di Decembre del 1490. nella gran Messa cantò l' Evangelio greco il Vescovo di Perugia, Secretario Apostolico, e la Epistola pur greca l' altro Secretario Giovanni Lorenzi, o usò un parlar rettorico, e figurato, o volle indicare Dionigi Vannucci, l' antecessor del Balbano in quella Chiesa, il qual però non fu Secretario, ma solamente Scrittor Pontificio, o l' anno è ivi sbagliato, siccome lo è in appresso.

(3) Alli 2. di Febbrajo del 1504. essendo Notajo Apostolico fu spedito da Giulio II. a governare Città di Castello (*Arm.* XXIX. *Tom.* LVI. *pag.* 44. *t.*), e alli 26. di Novembre fu in fretta richiamato a Roma, avendo il Papa bisogno dell' opera sua (*Reg. Brev. Jul. II. Tom.* I. *pag.* 207.).

(4) Fu figliuolo del celebre Benedetto Maffei, cui pose l' epitaffio, del qual ho parlato nelle note alla pag. 30. del primo Volume.

NUM. LXXIV. (1)

Novembre 1488. *V. pag.* 221.

Feria v. xx. Novembris 1488. Reverendissimus D. Cardinalis Ascanius fecit prandium cum Sanctissimo D. nostro, post prandium venati sunt in vinea, & in nocte sequenti Sanctitas sua in gravem infirmitatem incidit, ex qua deinde de ejus obitu a pluribus suspicio venit: in nocte sequente die Jovis XXVII. Novembris cum rumor de Papæ obitu esset, Reverendissimus Dominus Camerarius, & Cardinalis de Ursinis, ut postea dictum est, in domibus suis familiam tota nocte armatam tenuerunt, providentes, si casus evenisset, rebus opportunis. Post hæc in nocte diei Veneris XXVIII. Novembris Reverendissimi Domini S. Petri ad Vincula, de Sabellis, & Ascanius Cardinales circa medium

dium Noctis convenerunt cum Domino de Columna Cardinale in domo sua propter rumorem, qui de Pontificis periculo erat, prout postera die publice per Urbem dicebatur tractantes &c.

Feria secunda XXIIII. Novembris Dominus Noster commisit Reverendo P. Domino Ardicino, Episcopo Aleriensi (2), Referendario suo secreto, ut commissiones, & supplicationes proponendas honestatem (*sic*) signaret infirmitate suæ Sanctitatis durante, & eadem die idem Episcopus incæpit signare, quæ sibi placebant.

Dominica XXX. & ultima Mensis Novembris festum S. Andreæ Apostoli fuit prima Dominica Adventus, Rev. Pater Dominus Jo. de Nicolinis (3), Archiepiscopus Atheniensis, & Episcopus Virdunensis celebravit Missam solemnem de Dominica ipsa in Capella majore Palatii Apostolici XVII. Cardinalibus præsentibus, plures non erant in Urbe, & Papa absente, dixit tantum tres orationes, primam ordinariam de Dominica, deinde aliam de Beata Virgine, tertiam pro Papa, obmissa oratione contra Paganos, per errorem Domini Thome Diaconi Capellæ, & Jo. Mariæ (4), qui sic ordinaverant me absente. Nam, facta confessione per Celebrantem, ivi ad petendum Indulgentiam a Sanctissimo D. N. pro interessentibus Missæ prædictæ per medium olim Bernardini Cubicularii secreti, quem in orto secreto reperi, qui mihi respondit Indulgentiam consuetam, videlicet quinque annorum, & totidem quadragenarum SSmum Dominum Nostrum concessisse. Interim dictæ fuerunt Orationes supradictæ, sermonem fecit quidam Frater Ordinis Prædicatorum, alia omnia observata sunt more solito. Incæpto sermone venerunt ad Capellam Reverendissimi DD. Cardinales Parmensis, & Ascanius, quibus intrantibus sermonem faciens quievit, quousque illi orationem consuetam fecissent, & in

& in locis suis sedissent, tunc continuavit sermonem suum. In Basilica Sancti Petri dicta est Missa solemnis in Capella Sancti Andreæ de festo, & alia Missa solemnis de Dominica in choro consueto: post Missam, & ut moris, ostensum est Caput S. Andreæ Apostoli. Eodem mane Franciſchinus Cibo, Sanctissimi D. N. PP. filius, mandavit Custodibus ad hostium secreti hortus, quod nullatenus intromitterent R. P. D. L. Episcopum Caputaquensem, Medicum Papæ, cui fuit etiam sub gravi pœna mandatum, ne Palatium prædictum exiret sine speciali & expressa licentia Sanctissimi Domini Nostri Papæ, quæ sibi postmodum elapsis quatuor, seu quinque diebus data fuit. Hac infirmitate Pontificis durante solus Episcopus Auriensis (5) Datarius introitum liberum habuit ad Pontificem post Dominos Hieronymum Calagranum (6), & Bernardinum Gamberinum secretos Cubicularios, ac Willelmum etiam Calagranum, & Medicos, & D. N. Ep. Aleriensem, qui raro veniebat.....

Sabbato 3. Januarii Sanctissimus D. N. pristinæ restitutus sanitati barba tonsus est.

(1) *Ex Diar. Mss. Burcardi in Arch. Vatic. Tom.* IX. *pag.* 138. *t. p.* 140. *t.*

(2) Eletto alli 20. di Febbrajo del 1475. *Lib. oblig.* LXXXII. *pag.* 62. L' Ughelli sbaglia dicendo alli 22. di Aprile.

(3) Si veda di questo illustre Prelato l' Ughelli, che ne parla con somma lode ove degli Arcivescovi di Amalfi, tra' quali fu, nominato alli 2. di Ottobre dell'anno 1475. Dalla detta Chiesa passò a quella di Atene, e all'altra di Verdun alli 26. di Aprile del 1482. *(Oblig. in Arch. C. A. p.* 16. *& in Arch. Vatic. Tom.* LXXXIII. *p.* 77. *)*, ma di questa non potè mai avere il possesso, però cedettela a Varico, o Varino agli 11. di Luglio del 1499. *(Arch. Arc. S. Ang. Arm.* XII. *Capſ.* III. *)*. Gli Annalisti Camaldolesi *(To.* VII. *p.* 385. *)* recano la iscrizion sepolcrale, che gli fu fatta nella Chiesa di S. Gregorio di Roma, alquanto più corretta, che non si avea dall' Ughelli.

(4) Giovanni Maria de Podio, che andò col Card. Domenico della Rovere Legato in Piemonte *(Reg. Offic. Inn. VIII. Tom.* I. *pag.* 165. *t.)*, era nel 1483. Chierico delle Cirimonie della Cappella sopranumerario, essendo numerarj e partecipanti il Burcardo, ed Antonio Rebbioli *(Diar. Burc Tom. cit. p.* 1. I. *t.)*, dopo la morte del quale, ed anche dopo la rinuncia della presidenza delle Cirimonie di Agostino Patrizj, entrò in paga, e fu fatto sopranumerario Aldello Piccolomini, Canonico di Siena, alli 13. di Maggio del 1488. *(Reg. Brev. Inn. To.* III. *p.* 49. *Burc. l. c. p.*134.*)*. Nel 1494. alli 27. di Novembre il povero Gio. Maria fu da un suo servito-

vitore Piemontese ucciso, ed ebbe il posto di lui Bernardino Gutteri (*Diar. To.* XI. *pag.* 176. *e* 221. *t.*).

(5) Antoniotto Pallavicini, che fu poi Cardinale, trasferito dalla Chiesa di Ventimiglia a quella di Orenze alli 27. di Gennajo dell'anno 1486. (*Oblig. Lib. cit.* LXXXIII. *pag.* 100.).

(6) Dopo la morte di Sisto fu in Conclave al servizio del Card. Cibo (*Diar. To.* IX. *p.* 11. *t.*), il qual divenuto Papa lo dichiarò Vescovo di Mondovì alli 5. di Novembre del 1490., siccome ben nota l' Ughelli, e alli 25. di Gennajo del 1492. diedegli l'Abbreviatorato del Parco minore, rinunciato da Aurelio del Carretto (*Reg. Offic. Innoc. VIII. To.* III. *p.* 20.). Era forse fratel suo Guglielmo Calagrano, che è nominato poco dopo, e che in un istrumento del 1497., rogato in Ceva, dicesi: *Cibo alias Calagranus de Ceva* (*Arm.* XXIX. *Tom.* LII. *p.* 19.), e tal era certamente un Giovanni Lodovico, di cui fa menzione una Bolla d' Innocenzo del detto anno 1492. (*Reg. Bull. secr. To.* IX. *pag.* 90. *t.*).

Num. LXXV. (1)

1489. 1490. *V. pag.* 236.

Card. Ascanio Jac. Volaterranus.

Placuit Rever. Domino Antiquario (2) mittere Litteras impetratas super negocio Domini Petri de Placentia ad D. V. Reverendissimam, & earum exemplum, ut videbit. Quia vero Bullæ ejusdem Domini Petri, & alia jura sua omnia sunt penes me, supplico eamdem D. V. Rmam dignetur dictas ducales Litteras remittere ad me, ut possim illas cum dictis juribus destinare Placentiam ad fratrem, & procuratorem ipsius D. Petri pro possessione adipiscenda: scripsi enim S. D. N. impetratas fuisse dictas Litteras auctoritate & intercessione D. V. Reverendissimæ, si non aliter fieret, video nova impedimenta exoriri, & dictum D. Petrum novis molestiis involvi, quod valde molestum esset Pontifici, ut optime possit sibi suadere eadem V. D. Reverendissima. Id autem, quod verebatur Antiquarius, de impensis & fructibus repetendis, non dubito remitti totum arbitrio D. V. Reverendissimæ, vel etiam meo, si nolit illa has molestias, & scio erit bene consultum illis judicio alterius nostrum. Commendo me humiliter D. V. Rmæ, & Illmæ, quæ felix sit. Mediolani 2. Octobris 1489.

Ei-

Eidem. Reversus hodie ex Monasterio Aronæ inveni hoc præsens Breve acclusum Litteris meis: quod illico his meis recludens mitto ad D. V. Reverendissimam, cui me humiliter commendo. Cæterum proximis diebus priusquam proficiscerer Aronam, misi ad D.V. Reverendissimam ducales Litteras pro adipiscenda possessione Canonicatus Placentini pro D. Petro de Placentia, Medico Papæ. Præfatæ Litteræ erant sub involucro Litterarum Antiquarii ad eamdem D. Vestram: rogabam illam, ut dictas Litteras ad me remitteret, ut possem illas dirigere Placentiam ad fratrem D. Petri. Non est aliquid rescriptum ad meas, nec intelligo quid de dictis ducalibus Litteris actum fuerit, nec possum mihi persuadere aliquid sinistri illis evenisse, cum ad manus D. V. pervenerint, præsertim cum optime noverit rem ipsam multum esse cordi & curæ Sanctissimo Domino Nostro, cui certe molestum admodum esset, si post rem confectam intelligeret fuisse data sibi verba; quod ego procul dubio non credo. Ideo rogo D. V. Reverendissimam ut præfatas Litteras ducales ad me mittat, vel scribat quid de ipsis actum est, ut intelligam, quid sit deinceps a me agendum in ea re. Præterea propter hanc absentiam meam sum jejunus rerum urbanarum; oro D. V. Reverendissimam si quid habet quod putet mihi esse significandum pro honore Sanctissimi D. N. id pro sua humanitate curet mihi nuntiari, vel Litteris suis, vel nuntiis, prout ei videbitur. Erit enim in primis mihi gratum a D. V. Reverendissima, cui plurimum me commendo, quæ felix sit, & bene valeat. Mediolani die 14. Mensis Octobris 1489.

Pontifici. Acri aculeo punctus est Archiepiscopus Mediolanensis, cum vidit Breve Beatitudinis Vestræ, & mandata mea intellexit in negotio charissimi Physici sui D. Petri de Placentia: excusat se quod per concordiam

 res

res transacta est, fratre D. Petri volente & consentiente. Arbitri nostri, & amici communes, ad id de partium consensu vocati, D. Petrum in ducentis libris, & Archiepiscopum in ducentis & quinquaginta condemnaverunt. Audio nunc fratrem D. Petri judicio huic non consensisse, ille tamen Mediolani non est, scripsi ad eum ut rei seriem mihi aperiat, qua comperta, ero rursus & iterum cum Archiepiscopo, & dabo operam in quantum potero ut sint concordes. Multo magis Archiepiscopum cruciat reliquum Brevis, adeo ut, nisi esset occupatus gravissimis Principum negociis, illico ad Urbem iter arripuisset, ut se apud Beatitudinem Vestram verbo excusaret, quod nunc Litteris facere coactus est, quæ credo cum præsentibus erunt. Vere visus est mihi semper servitor Beatitudinis Vestræ, & honoris sui imprimis studiosus, ejusque se facturam manuum suarum ubicumque profitetur, & prædicat; me quoque ob reverentiam Vestræ Sanctitatis honorat, & operam, & officium suum ad quoscumque occursus mihi liberalissime pollicetur. Quod nosco, id dico, ut testimonium perhibeam veritati. Paternitas sua ad eam scribet: ego me & illam Vestræ Beatitudini humiliter commendo, quæ bene valeat. Mediolani die 17. Julii 1490.

Vicario Archiepiscopi Mediolani. Vellem hodie respondere Pontifici; vel Paternitas vestra mittat ad me Archiepiscopi Litteras, vel ego meas ad vos mittam, sed melius ut vestræ ad me mitterentur. Rescribe, ego nolo esse in mora in respondendo: & ita juvet me Deus, Dominationem suam excusabo ex verbis nostris, & etiam D. Ja.Phy., quocum sum loquutus, & vobiscum concordat: sed bonum esset vocare fratrem D. Petri, & illum bene contentum remittere, ut obstrueretur os loquentium iniqua; ego recta via & sincera ambulabo, & dicant quod velint

lint alii. Valete, me Paternitati tuæ commendo. Mediolani 17. Julii 1490.

(1) *Ex Regesto Epistolarum Jacobi Volaterrani, Oratoris ad Ducem Mediolani in Archivo Vat. Arm.*XXXV. *To.*XXXVI. *pag.* 208. 285. *t.* 286.

(2) Del celebre Letterato Perugino Giacomo Antiquario hanno scritto abbastanza il Sassi, il Mazzuchelli, e il Cav. Tiraboschi. Fu egli di molta utilità al Volterrano nella sua Nunziatura, e perciò ha dovuto più volte ricordarlo nel Registro delle Lettere, che allora scrisse, alcuna delle quali è anche ad esso. Ne recherò una al Poliziano, perchè è tutta istorica, nè ha a far co' negozj, pe' quali era colui in Milano. *D. Angelo Politiano. Emendavi manu mea, & mandato tuo Codices circiter* LXX. Miscellaneorum *tuorum, Scribæ Ducales emendarunt quos sibi paraverant. Legatus item Venetus me præsente, & Antiquarius, & Merula, omnes tui nominis studiosissimi. Defensio tua ab his omnibus visa est, & descripta. Et iis aliqui ad finem Codicis illam inseruerunt, ut Hieronymus Donatus, & ego, quorum exemplum sequutus est hic Chalcus, qui ad te nunc scribit. Juvenis certe litteratus, & scriptorum tuorum cupidissimus. Etsi omnes illius Decuriæ tibi sunt deditissimi, sed imprimis princepes eorum Bart. Chalcus, ut obmittam Antiquarium, qui a commendatione, & laude tua non cessat. Ego Codici meo non hanc solum ad Guarinum, sed alias quoque ad Donatum, & Antiquarium, & suas ad te addi curavi. Idem facturi sunt, qui illas videbunt, quæ jam ab his Eruditis diligenter perquiruntur. Vale D. meo Medici, viro maximo, & spectato me commenda; nec non Principi Mirandulano, decorum non solum Latini nominis, sed Christiani quoque. Tu si opera mea uteris, fidelem invenies, & solertem. Amavi te cum serviebam a secretis amplissimo Patri Cardinali S. Chrisogoni, crevit ex eo tempore amor cum annis, & nunc veneratio accessit, cui tantum in horas additur, quantum tu quotidie in omni genere doctrinæ celebrior es, & toto jam Orbe conspicuus. Vale iterum. Mediolani die ultimo mensis Decembr., & anni hujus* M.CCCC.LXXXIX.

All' Antiquario diedero varie Badie, e Priorati Sisto, ed Innocenzo (*Intr. & exit. C. A. Tom.* DCCIV. *p.* 65. *Reg. Inn. VIII. Tom.* II. *pag.* 43. *Tom.* XXXII. *pag.* 46.), il qual avea tra' suoi Famigliari, e Scudieri nel 1486. Paolo Puteolano da Parma (*Arm.* XXXIX. *Tom.* XIX. *pag.* 113.), Fratello del famoso Francesco, grande amico dell'Antiquario, ed una volta Oratore per Lodovico il Moro al detto Pontefice Innocenzo (*Arm.* LIII. *Tom.*XVIII. *pag.*147. *t.*). E forse che per tal amicizia fu, che Lodovico, Fratello, secondo che parmi, di Giacomo, si prese cura del sepolcro, che esso Francesco pose al defunto Paolo nella demolita Sagrestia di San Pietro colla seguente iscrizione:

DEO . OPT. MAX.
PAVLO . MALCHIONIS
PVTEOLANI . FIL. CVIVS
EGREGIIS . VIRTVTIBVS
NI . FATA . RAPVISSENT
EQVALEM . LOCVM . FOR
TVNA . DEDERAT
QVI . VIX. AN. XXVIII
M. VI. D. X.
FRANCISCVS . FRATRI
OPTIMO . POSVIT
LVD. ANTIQVARIVS . COVRAVIT

Un altro Fratello di Giacomo fu sicuramente Simone Antiquario, Figliuol di Giovanni, e Notajo Perugino, il qual obbligato da Niccolò Cibo, Governatore di Perugia, a recarsi in Roma subito ch' egli vi fu tornato, non venne; però scrisse il Pontefice Innocenzo un Breve al Luogotenente di quella Città perchè lo arrestasse (*Tom. cit. pag.* 153. *t.*).

Num.

Num. LXXVI. (1)

11. *Marzo* 1490. *V. pag.* 310.

Gabrieli de Zorbis (*sic*) Veronensi, in Artibus, & Medicina Magistro Innoc. PP. VIII.

Jo. Gerona (2).

Dilecte fili Salutem. Virtutum merita, & doctrina, aliaque multiplicia dona, quibus personam tuam fidedignorum testimoniis ornari accepimus, merito Nos inducunt, ut te specialibus gratiis, & favoribus prosequamur. Hinc est quod Nos considerantes, quod tu, qui in Universitate Studii almæ Urbis in Medicina legis, salario CL. florenorum monetæ Romanæ dumtaxat tibi pro Lectura hujusmodi, ut accepimus, assignato, non potes ex tam exiguo salario te commode sustentari, salarium prædictum ad alios centum florenos similes ex nostra mera liberalitate augmentamus ad beneplacitum nostrum, inchoandum anno proxime futuro. Mandantes dilectis filiis Camerario nostro, & ejusdem Studii Rectori (3), ac Reformatoribus, & Notario nunc, & pro tempore existentibus, & aliis, ad quos pertinet, ac singulorum prædictorum cuilibet, etiam in solidum, quatenus, omni exceptione remota, tibi quamdiu ad legendum in Medicina in prædicto Studio conductus fueris, durante hujusmodi nostro beneplacito, de salario ducentorum quinquaginta florenorum prædictorum, elapso præsenti anno, statutis terminis annis singulis respondeant, & responderi faciant, bullectas, seu Litteras opportunas etiam desuper concedendo. Non obstante, quod in Rotulo Legentium in dicto Studio centum & quinquaginta floreni hujusmodi dumtaxat tibi pro salario ejusdem Lecturæ erant prius

prius aſſignati, quibus centum, ut præfertur, ducatos adjungimus, & tibi præſenti anno decurſo ſolvi volumus. Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non ejuſdem Studii, ac Univerſitatis juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ &c. die XI. Martii 1490. Anno ſexto.

(1) *Ex Reg. Brev. Inn. VIII. To.* IV. *pag.* 465.

(2) Era natio della Dioceſi di Gironne: il Ciampini lo dice Abbreviatore del Parco maggiore nell'anno 1464. (*pag.*XXI.), ma non credo lo foſse allora: nell'anno ſeguente era bensì Scrittore Apoſtolico (*Reg. Pauli II. To.* II. *p.* 2.), e nel 1467. Canonico di San Felice di detta Dioceſi (*Tom.* IV. *pag.* 82.). Alli 17. di Settembre del 1468. divenne Notajo della Camera (*To.* XXI. *p.* 281. *To.* XXII. *p.* 4. *t.* 9.), poco dopo Maeſtro del Regiſtro (*Six. IV. ſecr. Tom.* I. *pag.* 29. 39. 109. 148. *t.*), e agli 8. di Gennajo del 1486. Chierico della ſteſſa Camera nel poſto ceduto da Falcone Sinibaldi (*Reg. Offic. Inn. VIII. To.* I. *pag.* 177.).

(3) Era Orſo Orſini, ſiccome ho già detto, e ciò ricavo da una Lettera, che alli 15. di Ottobre di queſt'anno ſcriſſegli il Mancinelli, dedicandogli i ſuoi Commentarj ſopra le Bucoliche, e Georgiche di Virgilio, che allora pubblicò in Roma per mezzo del Silber. Così ho ſaputo per una Elegia di Bernardino Cillenio, che nel 1475. era Vice-Rettore di quello Studio Battiſta Orſini.

NUM. LXXVII. (1)

4. e 24. *Febbrajo* 1492. *V. pag.* 236.

Leonardus Sarzanenſis Jacobo Volaterrano.

Poſt ad nos certo indicio delatam Victoriam captæ Granatæ (rem certe Fidelibus Chriſti magnæ ſpei, magnique gaudii), eodem fere temporis momento neſcio quid aliud, meo judicio, Hortodoxis majus hic Romæ ſe ſe in lucem eduxit. In Eccleſia namque Sanctæ Crucis in Hieruſalem, Tituli Cardinalis Hiſpani, conſtruentibus (ut diu cæptum eſt) Fabris in arcu eminentioris partis deſuper Altare majus, compererunt laterem quendam magnitudinis ſolitæ, in cujus altera parte, quæ videlicet in pariete latebat, hæc verba pulcherrimis litteris antiquis, & ob-

& oblongis excavata erant, *Titulus Crucis duplicì ſerie*, quodque verbum ſua ſerie terminabatur. Poſt quem laterem arcula quædam plumbea, ſuo ſpacio vacuo circumfuſa, tribus ſigillis cereis obſignata, in medio ſuperioris partis jacebat: in cujus primo latere verſus laterem antedictum hæ litteræ mediocri longitudine, & antiquam formam tenentes impreſſæ erant, *Ecce Lignum Crucis*; infra Arculam ipſam pars quædam ligni, ſitu, & vetuſtate extrema, undique minus ſolida, & integra præſeferens, groſſitiei fere duorum digitorum, longitudinis unius palmi, & dimidii, latitudinis unius poſita eſt. In quo ligno parte patenti ſuperiori, hi Tituli triplici ordine, & his characteribus, & triplici lingua Hebraica, Græca, & Latina ſunt impreſſi, &, ut coniici poteſt, ſtilo ferreo ſignati, ac figurati: Et in primo ordine eſt Hebraicus, in ſecundo Græcus, in tertio Latinus. Hebraicus, breviſque, & ſic ſe habet . . . . id eſt, *Hieſus Nazarenus Rex*. Græcus ſic . . . . id eſt *Hieſus Nazarenus*, ſed dictio **Βασιλευς**, ideſt Rex, non habet niſi primam litteram, ideſt Vita. Latinus vero ſic, & hucuſque, *Hieſus Nazarenus Re*. . . . Rex dictio non eſt completa, quia x. littera deeſt (2). Non eſt ſane dubitandum, Reverende Pater, quin hoc Lignum pars illius ſacratiſſimi Ligni, in quo Salvator noſter clavis fixus pependit; & hos vere eſſe illos titulos ſui patibuli, de quibus Evangeliſtæ teſtantur, licet ſic diminuti, & ſic in parte ligni diminuta reperiantur. Quo gaudio, quibus venerandiſſimis reliquiis quid aliud majus a nobis Chriſtifidelibus vel audiri, vel cerni, vel conſiderari poteſt? Titulus Græcus, & Latinus haud facile, etiam a peritiſſimis earum linguarum, legi poterat. Sunt enim figurati eo ordine ſcribendi retrogrado, quo & litteræ hebraicæ conſcribuntur. Ex quo & major fides, & religio huic rei adhibenda videtur. Primo namque ordini litterarum He-

Hebraicarum inscribendi modo contraire noluerunt. Ego in confertissima multitudine varii generis accersitus a magnificis Oratoribus Hispanis in tanto eorum gaudio conquisitæ Granatæ, prædictos Titulos legi, & exposui, ac suis characteribus effinxi, & extraxi. Quos nunc sic effectos, & extractos ad tuam Reverentiam non mitto, licet ut supra sim pollicitus, præ temporis brevitate. Recordatio Lapilli illius tui in quo hæc Verba natura finxit... idest *Ain homer*, etiam multum me movit, ut te participem hujuscemodi venerandæ, & salutaris rei facerem. Hoc vesperi tota Civitas ob adeptam Granatam signa lætitiæ facit, Cælum ardet luminaribus, Terra tormentis reboat. Cras, qui est dies Dominicus, in Sancto Jacobo Hispanorum Sanctissimus Dominus Noster cum tota Curia Deo supplicationes peraget. Benevaleat Reverentia Vestra, & me amet semper, ut solita est, ac Reverendissimo Domino Cardinali nostro (3), & clarissimo Viro Genitori suo, Dominis meis unicis, aliquando dignemini me commendare. Datum Romæ in Ædibus Reverendissimi Domini Parmensis (4) die quarto Februarii MCCCCXCII.

Eidem. Hesterno die Litteræ Paternitatis tuæ mihi redditæ fuerunt a quodam Dño Jacobo Pisciense, quæ ab ipsa Paternitate tua scriptæ fuerant die decimaquarta Februarii, ut scriptio indicabat. In his abunde, & eleganter meis respondit, quas ad eam de Titulo venerandissimo sanctæ Crucis reperto scripseram. Scripsit meas ei multum celebritatis attulisse apud illos Florentinos primates, cum ad eam a me de ejuscemodi memoranda re, ac etiam de Lapillo illo, topacio, & auro pretiosiore, eo tempore missæ fuerint. Sed longe majus mihi nomen celebritatis ipsa Paternitas tua, si recte intueamur, hinc parere nititur, cum meas hujusmodi ineptias, ac liberas nenias, nullo licet argumento polleant, eas

relegendas adeo peritiſsimis Viris tradere præſumpſerit. Politianum namque, Acciajolum, Picum Mirandulanum, Antiſtitem Aretinum (5), demum Reverendiſsimum Præſulem noſtrum relegiſſe eas, ac earum lectione mirifice oblectatos, ut ſuo utar vocabulo, ſcribit illa, & refert, quod an voluptati ſuæ ſic mei celebrandi, extollendique bene ſucceſſerit haud profecto ſcio. Neque enim hujuſcemodi aures quicquam commune, cui ſit publica ſcena, quod decies preſſum in annum non fuerit, quod demorſos non ſapit ungues, quodque aſteriſco, ab obeliſco ſæpius præjugulatum, ac annotatum non extiterit audire, & pati conſueverunt. Paternitatis tamen tuæ bonæ menti ingentes ago, & habeo gratias, vel ex eo quoque quod me Reverendiſsimo ipſo Præſuli noſtro oratione ſua gratum, commendatumque reddidit, quodque idem ſe facturum polliceatur erga Magnificum ejus Genitorem, cum primum per valetudinem licuerit. Titulum ipſum ſanctæ Crucis, in palimpſeſto figuratum, eiſdem characteribus, ea litterarum longitudine, & ſcriptionis retrogradæ ordine, ut Hebræi ſolent, & quantum in ipſo venerandiſsimo Ligno reperitur, paucis poſt diebus, quam ad ipſam Paternitatem tuam ſcripſeram, ad Magnificum Laurentium Medices, certum peritorum Virorum confugium, miſi. Cum putarem Reverendiſsimum ipſum Præſulem, tuamque Paternitatem Florentiæ, ut ferebatur, tunc non eſſe. Haud ambigo ſuam Magnificentiam ea omnia tunc a me miſſa accepiſſe, tuamque Paternitatem ea omnia jam oculis perluſtraſſe, jamque perlegiſſe. Cras die Dominico Reverendiſsimus Dominus Sancti Georgii in gratulationem Granatenſis Victoriæ in Campo Agonis ludos equeſtres, quos haſtiludia appellant, fieri parabit. Stant hodie e feneſtris dependentia eodem in Campo Agonis hæc propoſita præmia. Pannus cannarum

ſex

ſex aureus, Galea auro circumamicta cum Aquila argentea in vertice, calcaria, & hypopodia argentea, ut ferunt: hæc omnia Inſignibus Regis Caſtellæ inſignita. Cras peracto prandio Currus more majorum triumphantium circumornatus, quo Rex, & Regina ſtabunt, Palmam arborem amplectentes, & Regem Saracenorum vinctum, ac ſtratum ad pedes habentes. Stipatus pone, & ante innumera peditum, equitumque caterva primum procedet, præeuntibus Vexillis regiis, ad Templum divi Jacobi Hiſpanorum, quem præcedet Hiſpanorum pariter innumera ſuis habitibus, ſuis ornamentis multitudo. Deinde Saracenorum captivorum infinitus numerus. Ubi ad Templum Divi Jacobi pervenerint, longus ordo Sacerdotum obviam prodibit cum Crucibus, præcinentes *Te Deum laudamus*. Deſcendent e Curru Rex, & Regina, & Vexilla Templo offerent. Hoc cum hymnis, & jubilatione peracto, omnis multitudo in Agone ſe ſe ſubtrahet; ubi ſtatim ludis prædictis dabitur initium. Romæ nunc quocumque progredereris, nil aliud cerneres, nil aliud offenderes, quam mimos, mimas, pedites, equiteſque, quam hippodromos, hypocritas, gladiatores, palæſtritas, & tibicinum genus omne. Non diſcerneres, an magis Mars, an Aphrodite, an Lyæus dominaretur. Bene valeat Paternitas tua, & me amet, ut ſolet, ac me commendet Reverendiſſimo Præſuli noſtro, ſuoque Magnifico Genitori. Ipſis vero *τῆς σοφίας, καὶ τῶν φρενῶν μεγάλοις*....., Domino Antiſtiti Aretino, Pico, Acciajolo, Politiano me deditiſſimum eſſe oſtendes, quibus & me diligenter commendabis. De commendatione tua quicquid ſcripſeras, vidit Amicus, riſit, & magnopere lætatus eſt. Romæ ex Ædibus Reverendiſſimi Domini Parmenſis die vigeſimo quarto Februarii MCCCCXCII.

 (1) *Ex*

(1) *Ex Codice Bibl. Vatic. num.* 3912. *pag.* 43. *e* 45.

(2) Del Titolo della Croce, e del fortunatissimo ritrovamento di esso (che sembra essere stato *sine fuco & fallaciis*), si veda il Ciampini (*de sacr. ædific. p.* 119.), il Lupi (*Epit. S. Sev. p.* 150.), il Manni (*Comment. de Titulo Sanctissimæ Crucis archet.*), il Salmasio (*de modo usurar. pag.* 675.), il Niqueto (*Titulus S. Crucis Paris.* 1648.), e il Severano (*Historie &c. pag.* 626.). Il Burcardo sotto il dì 12. di Marzo del 1492. racconta come il Papa dalla Chiesa di San Gregorio passò all'altra di Santa Croce, per vedere, ed esaminare con attenzione quel Titolo, che dice essere stato scoperto in questo modo (*Diar. Tom.* IX. *pag.* 208. *t.*); *Cum Ecclesia ipsa restauraretur .... repertus est in summitate ejusdem arcus supra chorum in quadam capsa plumbea latere cooperta, cedula circumligata, & tribus sigillis, ejusdem tamen impressionis, sigillata; in quibus quidem sigillis scripta erant verba* Gerardus Card. Sanctæ Crucis, *& in medio imago quædam mediæ figuræ in Capello in forma rotunda magnitudinis aliquantulum majoris cortinorum fe. re. Pauli PP. II. In latere vero dictam capsam cooperiente a parte, quæ ab intus posita fuerat, sculpta erant hæc verba*, Titulus Crucis; *in capsa vero prædicta posita erat quædam tabula antiquissima semiconsumpta lignea longitudinis unius palmi, vel ultra &c.*

(3) Il Cardinal Giovanni de' Medici.

(4) Il Cardinal Gio. Giacomo Sclafenati, il qual essendo Camerier di Sisto fu da lui promosso alla Chiesa di Parma alle calende di Settembre del 1482. (*Lib. obl.* LXXXIII. *pag.* 81. *Reg Brev. Sixti IV. Arm.* XXXIX. *Tom.* XV. *p.* 88.).

(5) Gentile Becchi da Urbino, che da Scrittore Apostolico divenne Vescovo di Arezzo alli 20. di Ottobre dell'anno 1473. (*Oblig. Lib. cit. pag.* 29. *t.*). Fu egli uno de' più illustri Poeti, ed Oratori della età sua, ed abbiamo per le stampe del Plannck l'Orazione, che recitò ad Alessandro VI., quando fu ad esso mandato dalla Repubblica di Firenze Ambasciator di obbedienza. Tra' Codici del Senator Carlo Strozzi era l'altra Orazione, che disse al Re di Francia, cui andò similmente Ambasciatore, ed un discorso delle cose d'allora, e in quelli della Laurenziana si leggono de' suoi versi latini. Coloro, che lo fanno Autore eziandio del così nominato *Sinodo Fiorentino* del 1478., lo infamano grandemente, non essendo quella altra cosa che una orribil satira, ed invettiva contro di Sisto IV., indegna della penna di qualunque Cattolico, non che di un Vescovo, e di un Vescovo promosso a tal dignità da quello stesso Pontefice. Parlano di lui, oltre gli Autori citati dal Salvini nelle giunte all' Ughelli, il Giovio nella Vita di Leone X., gli Ammirati, e il Guicciardini nelle Storie, il Baldi nell' Encomio della Patria, Matteo Bossi nella dedica de' suoi Dialoghi, e Lettere al Cardinal de' Medici, e il Vasari nelle Vite di Lazzaro Vasari, e dell'Abate di San Clemente Bartolomeo della Gatta.

NUM. LXXVIII. (1)

10. *Settembre* 1492. *V. pag.* 273.

Raphael &c. Card. Camerarius (2) &c. eximio Artium, & Medicinæ Doctori Magistro Philippo de Valle, Sanctissimi Domini Nostri Papæ Medico Salutem &c. Cum vos in Conclavi nuper habito, in quo Sanctissimus D. N. Alexander PP. VI. assumptus fuit ad apicem Apostolatus, vos in

in Medicum electi fuiſtis, unde benemerito debet vobis dari laborum recompenſa. Ideo de ſpeciali mandato ejus Sanctitatis &c. auctoritate &c. præſentium tenore pro recompenſa hujuſmodi promittimus vobis Ducatos mille de Carlenis x. pro Ducato, & ad conſequendam hujuſmodi ſummam aſſignamus vobis introitus Dohanæ paſcuorum Provinciæ Patrimonii, videlicet pecunias, quas conductor, ſive emptor dictæ dohanæ ſolvere debet in ultima paga hujus primi anni ſuæ conductæ, videlicet in Kalendis Julii proxime futuris Anni Domini 1493. Ducatos quingentos, & alios quingentos in altero ſubſequenti anno Domini 1494. Ita quod in duobus terminis prædictis vobis, & hæredibus veſtris ſit ſatisfactum uſque ad ſummam prædictam mille Ducatorum. Mandantes propterea Domino Benedicto de Maffeis moderno, & pro tempore conductoribus, ſive emptoribus dictæ Dohanæ, ut de ſumma per eos ſic promiſſa, & Cameræ Apoſtolicæ debita, vobis, ſive hæredibus veſtris ut in dictis terminis & tempore modo præmiſſo ſolvant, & ſatisfaciant modo, & cauſa præmiſſis. Admittentes in computis dictæ Dohanæ Cameræ quicquid ſic ſolutum fuerit, & per vos receptum: non obſtantibus contrariis quibuſcumque. In quorum &c. Datum Romæ die x. Septembris 1492. Pontificatus S. D. N. Domini Alexandri PP. VI. Anno primo.

(1) *Ex Tom.* I. *Arm.* XXIX. *pag.* 17.

(2) Il Cardinal Rafaelle Riario fu promoſso alla dignità del Camerlingato dopo il Cardinal Guglielmo d' Eſtoutevilla alli 24. di Gennajo del 1482. (*Regeſt. Offic. Sixti IV. To.* 1. *p.* 32. *Arch. Arc. S.Ang. Arm.* III. *Capſ.* 1. *n.* 19.), ed è tal coſa regiſtrata nel Giornale del Volterrano con queſte parole: *Die Veneris, qui ſequutus eſt ad 23. Januarii, Raphael Cardinalis S. Georgii, Hieronymi nepos, cui ſtatim de Camerariatu proviſum fuerat, munus inchoavit, & in Ærario Pontificio cum Præſidentibus ſedit, immo ceteris præfuit, jure jurando in Pontificis manibus præſtito* (Murat. *S. R. I. To.* XXIII. *p.* 183.).

NUM.

Num. LXXIX. (1)

9. Decembre 1493. *V. pag.* 306.

Reverendo in Chriſto Patri, & Domino meo obſervando D. Franciſco Borgia (2), S. D. N. Affini, Secretario Apoſtolico digniſſimo.

Reverende in Chriſto Pater, & Domine benefactor mi obſervande commendatione præmiſſa. Ho inteſo con grande deſpiacere la morte del noſtro Reverendo Miſſer Gasbarre Biondo (3), quale ad mi fo dum vixit grande amico & benefactore; donne perlla fiducia teneva in ſoa P. partendo io de Roma laſſai in caſa ſoa ſepte caſſe, dove erano Libri, & altre mie robe. Heri inteſi V. S. vigore officii ſui o feceſſe ſequeſtrare tucte robe erano in caſa de dicto condam Miſſer Gasbarre, o vero le feceſſe portare via. Pertanto prego quella ſe digne farme reſtituire le dicte mie 7. caſſe, per farle conſignare al portatore della preſente Miſſer Franceſco de Milano, & queſto receperò in ſingular adpiacere: conſederato la fede che io tengo in V.S. non me perſuado altro, per haver viſto quella haverme ſempre amato per ſoa gratia. Non altro; me raccommando alla S. V. qual ſe digne valerſe de me como de uno minimo ſuo ſervitore. Ex Hoſtia die 9. Decembris 1493. E. D. V. R.

Servitor Angelus Leoninus de Tybure,
Artium & Medicinæ Doctor.

(1) *Ex origin. in Arch. Arcis S. Angeli To.* VI. *Epiſtol. tempore Alexandri VI. pag.* 19.

(2) Tre Franceſchi Borgia mi ſono cogniti in queſto tempo, il primo, di cui ho detto alcune coſe alla pag. 105. del primo Volume, il ſecondo, che ſuccedette a quello nel Veſcovado di Teano alli 5. di Luglio del 1508. (*Lib. obl. To.*LXXXVIII. *pag.* 157. *t. Reg. Jul. II. in. A. D. An.*IX. *Tom.*X. *pag.*1.), e non alli 5. di Giugno, come ſi trova ſcritto dall' Ughelli (*To.*VI. *p.*573.),

pag. 573.), ed il terzo Nipote di Papa Alessandro, e Cavalier Gerosolimitano, che visse a Rodi più anni (*Reg.Inn.VIII. Tom.* I. *pag.* 78. *To.* LXVII.*pag.* 192. *Reg. Alex. VI. Tom.* V. *pag.* 390.). Al primo però credo che sia diretta cotesta Lettera del Leonini. La reputerei scritta a Francesco Loris, Nipote anch'esso di Alessandro (*Tom.* XIV. *Innoc. VIII. pag.* 166.), e che il Ciacconio (*To.* III. *pag.* 207.), e i Sammartani (*Tom.* VI. *p.* 1065.) chiamano *Pro-Secretario*, se non avessi scoperto che ebbe il Secretariato alli 10. di Marzo del 1500., privatone il *figliuolo della iniquità* Giacomo Caetani (*Reg. Offic. Alex. VI. Tom.* II. *p.* 136.).

(3) Di costui ho già detto alcuna cosa. Pio II. diedegli il Notariato della Camera al primo di Gennajo del 1463., che il Padre suo Flavio ebbe da Eugenio, e che lasciò di esercitare subito che fu nominato Secretario: nè prima d'ora volle mai cederlo, o vendere, aspettando appunto che alcun de' suoi figliuoli crescesse, e ne fosse abile (*Reg. Offic. To.* II. *p.* 135. *t.*). Poco dopo succedette al Padre, anche nel Secretariato (*V.* sopra *pag.* 159. Casimiro *Mem. di Araceli pag.* 265.), e fu da Sisto IV. alli 12. di Decembre del 1481. inalzato al grado di Chierico della Camera (*To.* IV. *Offic. pag.* 177.), colla dispensa di poter ritenere il Notariato, il qual lasciò poco dopo, ed ebbelo Francesco suo Fratello alli 10. di Gennajo 1483. (*Offic. To.* V. *p.* 28.). La Lettera del Leonini ci fa sapere che Gaspare mancò di vita verso la fine del 1493., e che ciò avvenisse fuori di Roma lo dice la Bolla di Alessandro, che io ho in altro luogo citata (*Vol.* I. *p.*278. *n. a.*), in favore di Giovanni Lopis, fatto Secretario in sua vece. Ebbe pur un terzo Secretario de' diplomi Pontificj questa Famiglia, divenuta nobile Romana, e fu Paolo Flavio, figliuolo del detto Francesco (*Div. Cam. To.* LVIII. *p.*275. *t. To.* LXII. *p.* 131. *t. To.* LXXIV. *p.* 106. *t. p.* 187.), e non del vecchio Flavio, come suppone il Ch. Monsig. Borgia nella celebratissima Istoria di Benevento (*Tom.* III. *pag.* 457. *e segg.*), nella quale assai cose ha raccolte per esso: tal carica gli fu data alli 16. di Maggio del 1503., essendo morto chi prima l'occupava Francesco Savelli (*Reg. Offic. Alex. VI. Tom.* III. *p.* 72.).

NUM. LXXX. (1)

1503. *V. pag.* 253.

ALEXANDER &c. Motu proprio &c.

Tibi dilecto filio Hadriano Episcopo Enfroden (*sic*) (2), Thesaurario nostro tenore præsentium committimus, & mandamus, quatenus solvas, vel solvi facias, dilecto filio Magistro Petro Pintor, Physico nostro, pro suo consueto salario annis singulis Ducatos centum de Carlenis decem pro quolibet Ducato in duobus terminis, videlicet quinquaginta in festo Nativitatis Domini, & alios quinquaginta in festo Sancti Johannis Baptistæ, incipiendo a præsenti Nativitate Domini de Anno 1503. Non obstantibus &c.

Placet, & ita mandamus R.

(1) *Ex Tom.* LV. *Arm.* XXIX. *p.* 15.
(2) Fu fatto Vescovo di Hertord alli 16. di Febbrajo del 1502., e la Bolla si trova alla pag. 62. del Tomo II. delle Lettere *segrete* di Alessandro, e citasi nella Vita del Cardinal Adriano scritta dal Ch. Sig. Abate Ferri (*pag.* XXXIII. *Monum. p.* 21.): nè importa che l'anno nominato in quella sia il precedente, perchè ciò è secondo lo stile della Curia Romana, la qual comincia a contar gli anni dalla Incarnazione.

NUM. LXXXI. (1)

10. *Ottobre* 1503. *V. pag.* 282.

Pro Magistro Archangelo de Senis, Medico Papæ.

Pius PP. III. Motu proprio &c. Cum intelligamus pecunias in Civitate nostra Perusina per dilectos filios Commune, & homines dictæ Civitatis ad Studium ejusdem deputatos ob frequentiam Doctorum ibidem ad præsens existentium, & pecuniarum tenuitatem non supplere, ut decenter dictorum Doctorum salariis satisfiat. Cupientes ne propterea Universitas Studii prædicti, dictaque Civitas damnum patiatur, & præsertim dilectum filium Archangelum Magistri Johannis de Senis, Artium, & Medicinæ Doctorem, in eodem Studio conductum, ad præsens retinere volentes, dilecto filio R. Sancti Georgii Diacono Cardinali Camerario, ac Venerabili Fratri V. (2) Episcopo Massano, generali Thesaurario nostris, & aliis, ad quos spectat, committimus, & mandamus, quatenus de pecuniis ad Cameram nostram Apostolicam pertinentibus, & spectantibus per manus dilecti filii ejusdem Civitatis pro tempore existentis Thesaurarii præfato Magistro Archangelo pro augmento sui salarii quolibet anno florenos centum auri de Camera persolvi faciant durante sua conducta, quos sic solutos in computis vestris, & solventium admitti mandamus. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum die 16. Mensis Octobris 1503. Pontificatus nostri Anno primo.

(1) *Ibid. Tom.* LVII. *pag.* 11.
(2) Ventura Benassai, di cui V. il primo Volume alla pag. 272.

Num. LXXXII. (1)

14. *Maggio* 1504. *V. pag.* 291.

JULIUS &c. Rabi Samueli Sarfati Hebræo, habitatori almæ Urbis viam veritatis agnoscere, & agnitam custodire.

Quanquam tu, & alii Judæi, quos in diversis Mundi partibus sacrosancta tolerat Ecclesia in testimonium Jesus Christi, in vestra magis velitis duritia, & cæcitate perdurare, quam Prophetarum verba, & sanctarum Scripturarum arcana cognoscere, & ad Christianæ Fidei, & salutis notitiam pervenire: tamen ipsa sancta Mater Ecclesia, in his præsertim, quæ Christianis profutura sperantur, tibi, & ipsis aliqua interdum concedit, ut hujusmodi pietate allecti, vestros recognoscatis errores, & superna gratia illustrati tandem ad verum, quod est Christus, lumen claritatis pervenire properetis. Accepimus siquidem quod olim fel. rec. Alexander PP. VI., prædedecessor noster, tibi in arte Medicinæ diuturna experientia, exercitatione, & practica non mediocriter perito, horum intuitu artem ipsam juxta illius traditiones, etiam in personas Christianorum exercendi, & Medicinas juxta qualitates infirmitatum ordinandi, dictisque Christianis cujuscumque dignitatis, status, ordinis, vel conditionis forent Medicinas a te, & ex ordinatione tua recipiendi, & successive carissimus in Christo Filius noster Ludovicus Francorum Rex Christianissimus tibi Rabi, & Uxori tuæ, ac utriusque sexus liberis, nec non servitoribus, & famulis cum omnibus & singulis tuis rebus, & bonis in quibuscumque Dominiis, Terris, Villis, & Locis citra mon-

Sigismundus (2).

 tes

tes consistentibus, præfato Regi subjectis, tute, secure, & libere standi, permanendi, morandi, conversandi, & practicandi, ac inde eundi, & redeundi, & transeundi plenam & liberam licentiam, & facultatem concesserunt, prout in Alexandri prædecessoris in forma Brevis, in quibus quod tu Artium, & Medicinæ Doctor eras expressum fuit, & Regis prædictorum patentibus Litteris dicitur plenius contineri. Cum autem, sicut etiam accepimus, tu tempore datæ dictarum Litterarum Artium & Medicinæ Doctor non existeres, nec de præsenti existas, Nos, ne Litteræ prædecessoris hujusmodi propterea de subreptionis vitio notari possint, providere, teque, qui etiam obsequiis nostris continue insistis, ac Rabi Joseph natum tuum, tuamque familiam propter doctrinam tuam in curando gratioso favore prosequi volentes, Motu proprio, non ad tuam, vel natorum tuorum, aut alterius pro te, & eis Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, & declaramus, Litteras prædecessoris hujusmodi a data præsentium valere in omnibus, & per omnia, ac si in illis, quod tu Artium, & Medicinæ Doctor existebas minime expressum fuisset, ipsasque, nec non præfati Regis Litteras prædictas motu, scientia, & auctoritate similibus confirmamus, & approbamus, supplentes omnes, & singulos defectus tam juris, quam facti, si qui forsan intervenerint in eisdem. Et nihilominus tibi, ac eidem Rabi Joseph nato quoad vixeritis, & ille vixerit, dicta arte Medicinæ in personas Christianorum, servata alias forma Concilii generalis, juxta Medicinæ Canones exercendi, & Medicinas ordinandi, ipsisque Christianis cujuscumque, etiam Regalis, aut Pontificalis dignitatis, status, ordinis, vel conditionis fuerint, Medicinas hujusmodi a vobis, &

ve-

veſtrum quolibet, ac veſtra, & cujuslibet veſtrum ordinatione recipiendi licentiam, & facultatem concedimus. Et inſuper tibi in Medicina (*ſic*) Magiſtris, etiam Chriſtianis, per vos Rabi Samuelem, & Joſeph, & quemlibet veſtrum eligendis, per eaſdem patentes committimus, & mandamus, quatenus ſi vos Rabi Samuelem, & Joſeph in Artibus & Medicina hujuſmodi, ac Magiſterii gradum idoneos fore repererint, vos, & quemlibet veſtrum ad Magiſterii gradum in eiſdem Artibus, & Medicina in eadem facultate promoveant, vobiſque, & cuilibet veſtrum Magiſterii inſignia tradant, & concedant, & alia faciant, quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna. Super quibus eis, ac etiam vobis Rabi Samueli, & Joſeph inſignia hujuſmodi recipiendi etiam facultatem concedimus, ac vobis quod, poſtquam promoti fueritis, omnibus & ſingulis privilegiis, facultatibus, prærogativis, indultis, exemptionibus, & immunitatibus, quibus alii Artium, & Medicinæ Doctores in quibuſcumque Univerſitatibus Studiorum generalium promoti utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, uti, potiri, & gaudere poſſitis, & debeatis in omnibus, & per omnia, ac ſi in aliqua Univerſitate Studii generalis ad dictum gradum promoti eſsetis, motu, ſcientia, auctoritate, & tenore prædictis indulgemus. Præterea Vos, ac tui Rabi Samuelis Uxorem, & præfatos, ac alios utriuſque ſexus liberos, nec non familiares, & ſervitores tuos, totamque tuam, & eorumdem Uxoris, & natorum utriuſque ſexus familiam, ac res, & bona veſtra præſentia, & futura ab omni viſitatione, juriſdictione, poteſtate, & dominio quorumcunque Dominorum, Gubernatorum, Poteſtatum, Judicum, & Officialium ordinariorum, & extraordinariorum, ac Delegatorum, & Subdelegatorum, ſpiritualium, & tempora-

poralium, præsentium, & futurorum in Dominiis, Civitatibus, Villis, Terris, ac Locis Nobis, & S. R. E. mediate, vel immediate subjectis, etiam in alma Urbe, aut alibi constitutorum, quacumque, & quantumcumque larga, & ampla facultate, & auctoritate aliis pro tempore fungentium; ac omnibus & singulis angariis, tributis, exactionibus, & Censibus per Hebræos in Locis prædictis, etiam in dicta Urbe, & alibi ubilibet constitutos solvi solitis, aut per Nos, & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, ac Dominos temporales, Gubernatores, Judices, & Officiales prædictos ipsis Hebræis, ac per eosdem Hebræos inter se ipsos, & sibi ipsis in genere, vel in specie quavis auctoritate impositis, & imposterum imponendis, eisdem motu, scientia, auctoritate, & tenore, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine prorsus eximimus, & liberamus: ac te, tuosque liberos prædictos, ac eorum Uxores, liberos, servitores, familiares, & familiam præsentes, & futuros, quantum cum Deo possumus, tolerando, præfate Sedi immediate dumtaxat subjicimus, & subjectos fore, & esse decernimus, ac volumus. Ita quod Domini temporales, Gubernatores, Potestates, Judices, & Officiales prædicti, vel quivis alii, etiam ratione delicti, aut contractus, vel rei, de qua agetur, ubicumque committatur delictum, iniatur contractus, aut res ipsa consistat, non possint contra vos, aut aliquem vestrum aliquam spiritualem, aut temporalem jurisdictionem, censuram, legem, potestatem, aut dominium quomodolibet exercere, seu tallias, angarias, tributa, exactiones, vel census a te, vel liberis, & familia prædictis exigere nequeant. Et ulterius tibi Rabi Samuelis Uxori, liberis, servitoribus, familiaribus, ac familiæ prædictis, ut in dicta Urbe, & extra eam ubicumque Locorum te, & illos morari, & ad quæ te, & illos declinare, aut

aut devenire contigerit, ſigna Hebræorum deferre non teneamini, nec ad illa deferenda a quoquam inviti valeatis coarctari, motu, ſcientia, & auctoritate prædictis concedimus pariter, & indulgemus. Permittimus quoque ut tu, & Uxor, ac liberi, ſervitores, familiares, & familia prædicti Orationes veſtras in domo habitationis veſtræ ſubmiſsa voce, & citra erectionem alicujus Synagogæ, dicere, & recitare poſſitis, & valeatis, nec ad illas in Synagoga, aut alibi dicendum, & recitandum inviti compelli poſſitis: per hoc tamen ritum Judæorum nullatenus intendimus approbare. Mandantes univerſis, & ſingulis Communitatibus, Univerſitatibus Civitatum, Terrarum, & Locorum Nobis, & dictæ Romanæ Eccleſiæ mediate, vel immediate, ut præfertur, ſubjectorum, illorumque Gubernatoribus, Rectoribus, Poteſtatibus, & Judicibus, Officialibus etiam dictæ Urbis quocumque nomine nuncupantur, aut quacumque fungantur auctoritate, & præfulgeant dignitate quatenus vos, & tui Samuelis Uxorem, liberos, ſervitores, familiares, & familiam licentiis, conceſſionibus, privilegiis, & indultis prædictis abſque omni moleſtia libere, & pacifice, & quiete uti, frui, & gaudere faciant; non permittentes vos, veſtraſque res, & bona contra hujuſmodi licentiarum, conceſſionum, privilegiorum, & indultorum tenorem quoquomodo impediri, aut moleſtari, ſeu perturbari; ac inhibentes eis, ne te, vel prædictos Uxorem, & liberos, aut familiam ſuper præmiſſis quoquomodo impedire, aut moleſtare præſumant. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac privilegiis, & indultis quibuſvis Locis, etiam prefatæ Urbi, & eorum Officialibus ſub quibuſcumque tenoribus forſan conceſſis, aut impoſterum concedendis, quibus illis, alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat motu, & ſcientia ſimilibus ſpecia-

cialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud S. Petrum Anno &c. 1504. prid. Idus Maii Pontif. nostri. Anno primo.

(1) *Ex Reg. Bull. div. Jul. II. Tom. 1. pag. 500.*

(2) Segretarj di Giulio II., oltre i nominati dal Buonamici, furono Antonio Ferreri, Angelo da Cesi, Pietro Accolti, Gio. Domenico de Cupis, cui cedette il posto Ventura Benassai, Giacomo Cardelli, Michele Remolini, Andrea della Valle, Francesco Giberti, Agostino Chigi, Agostino Spinola, Girolamo Ghinucci, Francesco Armellini, Bandinello, e Sebastiano Sauli, Filippo Sergardi, Alfonso d'Arce, Garzia de Valdes, Lorenzo Fieschi, Gio. Antonio Centorio, Antonio Graziadei, Giovanni Fernando de Eredia, Gabrielle Tolosa, Evangelista Tarasconi, Africo Adriano, Alessio Celadoni, Giacomo da Volterra, Francesco da Castiglione, Niccolò Lomellini, Marino Caraccioli, Niccolò Capranica, F. da Parma, Fiord. Brugnoli, Giovanni Brocco, Francesco Alidosi, Enrico Bruni, e Corrado Stanga. Negli Atti del Concilio Lateranense v., di cui furono Segretarj il Fedra, e Bartolomeo Saliceti, si nomina per Segretario di Giulio un Baldessarre Tuerdo, che io non conosco per altri monumenti, e lo trovo soltanto sottoscritto ad una Bolla in vece del Secretario Sigismondo da Fuligno (*Offic. Jul. II. Tom.* II. *pag.* 192. *t.*). Di questo, per cui ho altrove dette alcune cose, avendo ora scoperta in un Tomo de' Brevi, che scrisse per Giulio (*Tom.* 1. *pag.* 202.), una Lettera in risposta ad una dell'Antiquario, suo amico, mi è sembrato bene di quì pubblicarla insiem coll'altra.

Sigismundo meo omnium virorum optimo salutem. Ne tuam culpam incusem, deprecor meam: uterque enim diu siluit variante fortuna. Decebat tamen vel tuum ad componendam historiam secessum honestissimum laudare, vel in ruina Principum, quæ postea miserabilis accidit, nondum de me conclamatum esse funus ostendere, resurgentibus ex diverso alioquin pristino auspicio rebus tuis. Neutrum feci: Pæniteret itaque, cum tamen pigeat, nisi aut ipse te novissem, aut tu me plane perspectum haberes. Conquiesco ab omni scriptatione remotissimus, & lateo. Quis enim est cui mores ætatis hujus placeant? Lego autem Evangelium ex vitæ instituto; aut interdum ex otio Platonem. Tibi reditum ad sanctos, & illustres labores obtigisse gaudeo. Cetera quæcumque de me cupis in tua sunt, fuerunt, eruntque semper amplissima potestate; die 18. Septembris 1505.

Deditissimus Ja. Antiquarius.

Sigismundus Antiquario meo salutem. Diuturni silentii nostri, cujus non tam uterque nostrum, quam ipsa fortuna culpam sustinet, demus nobis invicem veniam, quando ita nobis cogniti sumus, ut neque oblivione, neque amoris remissione tacuisse, sed temporis odio videri possimus. Decebat me fateor gratulari tibi, qui e tanto naufragio solus prope incolumi fama, dignitateque enatasti; gratulari quoque excellenti virtuti tuæ, quæ etiam hostibus venerabilis fuit, qua præditus armatus, & contempsisti fortunæ minas, & vires fregisti. Aliquam ego quoque gratulationem pro mutuo nostro amore desiderare poteram, quod divinus Princeps meus me spectatum, ut inquit Flaccus, satis, & donatum jam rude, antiquo ludo inclusisset, & ad pristinos labores revocasset, sanctos illos quidem, atque illustres, sed tamen labores; quibus ego ita sufficio, ut difficilius plerique otium ferant, quam ego negotium, sive assiduitate, sive ipso honore minuente laborem. Tu rectius, & prudentius, qui cum prima & media ætatis tempora Reipublicæ dederis, extrema tibi ipsi danda putas, Evangelicaque, & Platonica lectione animum pascens, summam nec metuis diem, nec optas. Quod a me Peragallus noster nomine tuo petiit, recte curatum dedi, magna Pontificis benignitate; qui quod aliis denegasset, aut parcius certe dedisset, facta tui nominis mentione, large indulsit. Habes totum septemnium, &, ut opta-

optasti, totum flamineum. Extrema epistola tua verba invicem mea facio. Quacumque de me cupis in tua sunt, fuerunt, eruntque semper amplissima potestate. Vale &c. Mi sono pur ora ricordato di un' altra Lettera, che a Sigismondo scrisse Rafaelle Maffei, perchè gli facesse avere dal Papa alcuni Codici della Vaticana, siccome da Innocenzo VIII. ne ebbe il Poliziano, *petente Laurentio Medice*, essendo cosa assai ben fatta, che que' Volumi *honesta de causa peregrinentur* (*Cod. Bibl. Barber. n.*1980.). Così pensava allora quel sant' Uomo.

Num. LXXXIII. (1)

Dominica xxv. Augusti 1504. circa horam xii. bo. me. Card. Beneventanus, prius Caputaquensis, Spiritum reddidit Creatori, requiescat in pace Amen. Dictæ fuerunt eadem die vigiliæ in aula domus suæ hora xx., vel circa, licet (*sic*) pro quibus interfuerint Cardinales sex, S. Georgii, Alexandrinus, Regiensis, Salernitanus, Vulteranus, Fliscus, Adrianus, Medices, & Elnensis. Quibus finitis portatum fuit cadaver ad Populum, præcedentibus decem intortitiis, & duabus Fraternitatibus .....

Lunæ vii. Octobris celebratæ fuerunt exequiæ b. m. Cardinalis Beneventani, & Caputaquensis in Ecclesia B. Mariæ de Populo, Missam celebravit Card. Agrigentinus, cui interfuerunt xii. Cardinales, S. Praxedis, S. Georgii, Alexandrinus, S. Crucis, Reginus, Cusentinus, Salernitanus, Bononiensis, Wulteranus, Flisco, S. Petri ad Vincula, Medices, & Elnensis; Orationem fecit Faedrus; Cardinales Cusentin. Salernitan. Bononien., & Vulteran. absolverunt: qua facta orta est inter Fratres, & Parafrenarios super lectica magna, & inhonesta quæstio, in qua Parafrenarii cum sajone cussinos, & flabellas violenter deportarunt.

(2) Item Card. Caputaquensis, sive Beneventanus, mortuus die 25. (Augusti) Anno primo Julii Rm̃us D. Ludovicus Podocatharus, natione Cyprius, Card. Caputaquensis primo, deinde Beneventanus appellatus, mortuus est, cujus corpus ex suo testamento sepultum in Ecclesia San-

Sanctæ Mariæ de Populo cum tortiis centum, & candelis lib. 50. Aula ejus domus breviuscula fuit; ideo lectica parva ad longitudinem, & latitudinem, scilicet ad altitudinem palm. 5., ut aliæ fieri solent. Primus Cardinalis sedit ad manum sinistram mortui, quia ubi erat porta, quæ indicabat esse primum locum, ibi Cardinales alii Presbyteri, & Diaconi fuerunt ad manum dextram defuncti. Prælati non poterant esse in parva aula, sed iverunt ad aliam Cameram anteriorem: ex xx. tortiæ, quæ erant ad latera lecticæ solum fuerunt quatuor accensæ propter calores, & propter angustiam loci. Idem Cardinalis habuit, præter planetam de sendato violaceo, planetam de auro paonatio, quam contexerunt fratres de Populo. Prælati iverunt usque ad Ecclesiam, & non descenderunt. Societas Salvatoris pedites iverunt ante corpus post tortias, Cardinales Alexandrinus, & Agrigentinus fuerunt Exequtores.....

Exequiæ Card. Beneventani, ideſt Caputaquensis. Die septima Octobris, quæ fuit Lunæ, & dies audientiæ, fuerunt factæ exequiæ b. m. R̃mi Domini Beneventani, ideſt Caputaquensis, in Ecclesia S. Mariæ de Populo, ubi Cardinales XVI. fuerunt: Reverendissimus D. Agrigentinus celebravit. D. Thomas, cognomento Fedra, habuit orationem solito luculentissimam. Torciæ in alto fuerunt 48.

Finito Officio fuit altercatio, etiam verberalis, inter Fratres, & Parafrenarios Cardinalis defuncti, quia utrique ad se spectare dicebant lecticam, pallearicium, capitale, & scabella quatuor, & qui plus potuit, plus valuit.

(1) *Ex Diar. Burcardi To.* XV. *p.* 169. *t.* 171. *t.*

(2) *Ex Diar. Paridis de Grassis Tomo* XX. *pag.* 18. *e* 23.

NUM.

Num. LXXXIV. (1)

17. *Maggio* 1506. *V. pag.* 249.

De morte R. P. D. Johannis Burchardi (2), Episcopi Hortani, Magistri Cæremoniarum.

Die Dominica XVII. Maii (3) mortuus est Episcopus Hortanus, cujus anima in pace quiescat. Hic fuit ille Magnus Trimagister, & Trigenalis Cæremoniarum nostrarum, quia si humanus vivens fuisset, procul dubio nostra ars ex illo ampliata fuisset, sed quoniam non solum non humanus, sed supra omnes bestias bestialissimus, inhumanissimus, invidiosissimus (4), ideo nostræ Cæremoniæ & conculcatæ, & implicatæ, & obscuratæ fuerunt. Imo cum viveret quia non artem, quam solus ex diversis Libris ocultissimis ocultissime rapuerat, demonstrare, aut docere voluerat nisi in facto, & illam quidem confusissime, ut etiam post vitam suam nemo imbiberet, ita inhumaniter egit, quod Libros, quos de talibus excripserat, nemo intelligere potest (5), nisi Diabolus assertor ejus, aut saltem Sibylla, sic enim gifaris, id est characteribus obscurissimis depinxit, aut litteris alteratis, & oblitis figuravit, ut credam ipsum habuisse Diabolum pro Copista talis scripturæ, sicut partim videri potest in fine hujus Libri, ubi aliquos quinternos alligavi. Itaque in sua felicitate sic jaceat cum suis Spiritibus in alieno Mundo, prout in hoc cum hominibus se habuit.

Sed non obstantibus iniquitatibus, & malignitatibus ejus, ego sciens non ipsi jam mortuo & insensato, sed mihi ipsi honorem sepulturæ ejus cessurum, si ipsum honorifice sepeliri fecero, & quod etiam posteris exemplum

præbuero, operatus ſum, ut honorifice ſepeliatur hoc modo. Petii a Papa ut ſuam familiam mitteret aſſociaturam funus, & placuit S. Sanctitati: verum quia pluviæ ſupervenerunt, ideo familia prædicta non venit. Cardinales omnes feci rogari hoc modo, videlicet. Intimetur omnibus Rm̃is Dominis Cardinalibus, qualiter hodie mortuus eſt R.P.D. Jo. Brochardus, Epiſcopus Hortanus, Magiſter Cæremoniarum, & per conſequens communis omnium Reverendiſsimorum Dominorum Cardinalium Familiaris; ideo rogentur pro parte Exequtorum omnes & ſinguli DD. præfati, ut ſaltem partem familiæ quiſque mittere dignetur ad honorandum, & aſſociandum corpus ejus ad Eccleſiam S. Mariæ de Populo hodie hora xx.

Et nota, quod ideo dixi pro parte Exequtorum ſimpliciter, quia cum ipſe in teſtamento ſuum Exequtorem conſtituerit Reverendiſsimum D. Cardinalem S. Georgii, tamen Papa, ut dicitur, non vult teſtamentum valere, & ſic ipſe Papa Exequtor eſſe credetur, quod tamen non eſt adhuc clarum.

Item feci vocari omnes Referendarios, de quorum numero ipſe erat fraudulenter factus hoc modo. Cum duos Prælatos Papa feciſſet novos Referendarios, & ipſi ex more vellent oſculari pedem Papæ, ipſe Hortanus, qui caſu aderat, detexit pedem, & jocando cum multo riſu, ut deceptorie ſolebat, petiit an etiam ipſe eſſe poſſet unus ex eis. Cui Papa, non intelligens propter riſum ejus, etiam ridens dixit, quod ſic, & ſic ipſe aſtute prima vice ingreſſus eſt Signaturam non Papæ, ſed Cardinalis Alexandrini. Tum cum veniſſet ad Signaturam Papæ, Papa turbatus de ejus temeritate expuliſſet ipſum, niſi Cardinalis Alexandrinus multum inſtando laboraſſet, ut Papa toleraret ſaltem pro honore ipſius Cardinalis. Et ſic Papa toleravit ipſum Hortanum Referendarium.

Item

Item feci vocari omnes Aſſiſtentes Papæ, de quorum numero ſimiliter unus factus non cum minore arte, niſi potius fraudem appelles: quia cum ipſe eſſet Epiſcopus, & Magiſter Cæremoniarum, petiit a Papa, an placeret, quod ipſe eſſet apud Altare propior ad Papam miniſtraturus ei, tanquam Magiſter, & Papa toleravit, ſed quia ſic eſſet ultimus poſt aliquos Epiſcopos Aſſiſtentes, qui erant juniores eo, dixit Papæ, non eſſe conveniens, ut ipſe ſenior Epiſcopus eſſet ſub aliis Epiſcopis junioribus, & ſic Papa cum riſu ex malignitate hominis conceſſit, ut eſſet Aſſiſtens (6), & Magiſter. Itaque ſic remanſit inter Aſsiſtentes indirecte, prout etiam fecerat inter Referendarios. Et hinc nacta opportunitate libet unum facetum dictum Papæ de ipſo Epiſcopo Hortano, qui ipſum Papam in duobus ſupradictis decepit, ut non tertio deciperet. Cum Papa creaſſet novos Cardinales novem hoc anno, & ipſi ducerentur per D. Bernardinum (7), & per me ad pedem Papæ in Conſiſtorium, ſequente ipſos Epiſcopo Hortano, tanquam etiam Magiſtro Cæremoniarum, Papa videns ipſum venire, ſubridens dixit altiuſcula voce talia: Ego video Epiſcopum Hortanum venientem poſt novos Cardinales tanquam unum ex illis, & timeo ne me decipiat, & ſic a ſe ipſo fiat Cardinalis, me inſcio, invito, & decepto, ſicut etiam factus eſt Aſſiſtens, & Referendarius præter meam intentionem, quare Papa ſemper fuit ridens expectans videre, quid ille vellet facere: ſed D. Bernardinus in ipſum intuens, ſignum fecit, ut inde abiret, & ſic fuit. Igitur &c.

(1) *Ex Diar. ejuſd. Paridis ad A.*1506. *Tom.* XX. *pag.* 158. *t.*

(2) Era in Roma il Burcardo ſino da' tempi di Pio II., ſe è egli il Giovanni di Argentina, che fu accolto nel Conclave dopo la morte di quel Papa (*Reg. Pauli II. Tom.* VIII. *pag.* 115.). Siſto IV. lo fece ſuo Acolito alli 18. di Giugno del 1478. (*Reg. in Arch. Datar. An.* VIII. *Tom.* VI. *p.* 169. *t.*), e alli 26. Canonico di S. Fiorenzo Haſelacenſe della Dioceſi di Argentina (*p.* 259. *t.*), e diedegli licenza di recitar le ore canoniche con uno, o due ſocj ſeguendo il rito della Chieſa Romana (*pa-*

 gina

gina 267. *t.*) . Divenne poi Canonico di S. Tommaso di quella Città, Notajo Apostolico alli 2. di Febbrajo del 1481. (*Offic. Sixt. IV. To.* IV. *pag.* 123.), e Chierico o Maestro delle Cerimonie nel 1483. nel posto di Agostino Patrizj (*Diar. To.* IX. *pag.* I.) . Entrò nel Conclave ancora dopo Sisto, ed Innocenzo VIII. appena eletto, lo dichiarò Prevosto della Chiesa di Santa Maria di Bamberga (*ibid. pag.* 32.), e alli 30. di Marzo del 1490. diedegli il Magistero del Registro delle suppliche, che rinunciò Lionardo Bertini (*Offic. Innoc. Tom.* II. *pag.* 212. *Tom.* IV. *pag.* 67.) . Intervenne medesimamente ai Comizj per la elezione di Alessandro VI., dal quale ebbe pur anche de' Beneficj, e delle grazie (*Reg. secret. Tom.* I. *pag.* 73. *Bull. div. Tom.* XXXV. *pag.* 89.) . Giulio II. accrebbe per esso le beneficenze de' suoi predecessori, perchè lo nominò Abbreviatore del Parco minore (*Reg. in Arch. Datar. A.* III. *Tom.* XX. *pag.* 30.), e Vescovo di Civita-Castellana nel 1503. Il Fabricio nella Biblioteca Latina media, il Mehus nella Prefazione ad Ambrogio (*p.* CXXII. CXXVII.), e il Mitarelli nel Catalogo de' Codici di S. Michele di Murano (*pag.* 198.) parlano del Diario, ch'ei fece, del Pontificale che emendò in compagnia del Patrizj, e di qualche altro suo lavoro.

(3) Un altro Diarista anonimo (*Diar. Tom.* XV. *p.* 250.) scrive che esalò l'anima *satis lamentabiliter Sabbato* 16. *Maii post tertiam horam noctis*, e che fu lodato con funebre Orazione da Rafaelle Lippi.

(4) Del mal umore di quest' Uomo si duole il Grassi anche in quel luogo de' suoi Diarj (*Tom.* XX. *pag.* I. *t.*), nel qual si augura, *ut non irrideant mea scripta maligni detractores, præsertim ille meus Collega Johannes Brochardus, multo magis sotius in offitio, quam amicus meus in charitate, quæ nulla est in eo.*

(5) Ed esser ciò verissimo lo dimostra un Tomo de' suoi Diarj originale, che si conserva nell'Archivio Vaticano, che sembra un lavoro di cifre arabiche piuttosto che di lettere.

(6) Ciò fu al primo di Decembre del 1504. (*Tom.* XX. *Diar. pag.* 47. *t.*).

(7) Bernardino Gutteri Spagnolo, il qual rinunciò il Chiericato delle Cerimonie a Paride de' Grassi alli 23. di Maggio del 1504. (*Diar. To.* XV. *p.* 157. *t.*). Ma ammalatosi Baldessarre Nicolai da Viterbo, già Sostituto del Sagrista, Canonico Viterbese, Notajo Apostolico (*Acta Conc. Lateran.* V. *Reg. Offic. Jul. II. To.* I. *p.* 92.), e compagno di Paride, che avea occupato il posto del Burcardo alli 20. di Maggio del 1506. (*Diar. cit. pag.* 250. *t.*) fu chiamato all' esercizio primiero il Guttieri nel Decembre del 1513. (*Tom.* XX. *pag.* 84.). Questo Viterbese poi morì nel Decembre del 1517. (*Tom.* XXIII. *pag.* 250. *t.* 251.), e fu il suo Chiericato conferito a Biagio da Cesena (*pag.* 252. *t.* 253.).

NUM. LXXXV. (1)

Agosto 1511. *V. pag.* 299.

Infirmitas Sanctissimi D. N. Julii usque ad propinquam mortem.

Convalescente morbo die Veneris 22. Augusti 1511. Consistorium tenuit &c., die Dominica in aurora Communionem accepit &c. Deinde modica refectione sumpta visus est aliquantulum confortari propter cibum illum, quem si continuasset, ut Medici dicebant, non in pejus decidis-

diſſet. Sed quia non voluit, etiam animo obſtinato, aliquid capere, propterea die Lunæ 25. quaſi de ſalute animi omnibus deſperatus eſt.

In die Mercurii ſicut prius perſtitit, neque inditium ſalutis, nec mortis futuræ habens, niſi quod, cibum non ſumendo, jam quatriduo continuo elapſo, omnes eum de vita deſperarunt, præſertim Medici, qui eum deſeruerunt, & ſic januæ, & ingreſſus omnes publice patebant, & popularibus, qui ad ipſum uſque lectum, ubi Pontifex non videns, nec loquens ſemivivus cubabat. Propterea jam Urbs tumultuabatur, jam Exititii advenerant, jam periclitabantur omnia: Officiales quieſcebant, Tribunalia vacabant, ipſeque Gubernator Urbis ad Palatium aufugerat, & Baroncellus in Caſtellum ſeſe receperat. Collegium jam congregatum fuerat, & mihi aliqua jam impoſuerat non ſolum ad funus, ſed etiam ad exequias Pontificis, & ad ipſum Conclave pertinentia. Ecce autem in rerum deſperatione dum ſic Pontifex perſiſtit in opinione non comedendi, neque bibendi, propinqui & Cubicularii amici Medicum quempiam vocant admodum licentioſum, perſuadentque ei omnia concedat Pontifici, quæ velit. Is itaque caſum mortis magis, quam ſpei, & vitæ prævidens, libere omnia promittit Pontifici dare, quæ velit, ſi modo aut bibere, aut comedere promittat. Pontifex ſubauſcultans, qui quieſcere, aut p otius . . . . videbatur, perſica, & nuces, & pruna, & id genus ſimilia poma petiit, & habuit, comeditque, mordicans tantum, nihil deglutiens, inde cæpullas habuit, & fraga, quæ avidiſsime expoſtulavit, & maſticavit, paulatimque plura perſica, & pruna deguſtavit, bibitque ſic, ut aliquantiſper etiam obdormiret, & in hoc ſtatu biduum conſumpſit, nunc ſpem, nunc deſperationem promittens vitæ ſuæ. Tandem cum ſumma

ma omnium desperatione, ac pene fastidio (nam omnia fragorem tumultus, & belli, & annonæ caritatem, & victualium omnium inopiam sapiebant) ecce nocte superveniente quiete cubavit, refectionemque habuit salutiferam, mixtis tamen cibis noxiis, ut cæpis, persicis, prunis, uvis, & similibus, unde visus est ex desperatione ad spem salutis evadere, & demum mane facto aperte loqui, & consolari, ac affari blande omnes cæpit, seseque bene valere dixit, ut profecto fuit. Itaque de die in diem meliusculus factus est, & in sua sanitate restitutus est. Deo gratias, qui est benedictus in sæcula Amen.

(1) *Item ex ejusdem Diar. Tom.* XVII. *pag.* 243. *t.* Il Guicciardini nel Libro X. delle sue Istorie racconta quasi le stesse cose con meno parole.

Num. LXXXVI. (1)

22. *Aprile* 1513. *V. pag.* 286.

LEO &c. Dilecto Filio Johanni Bodier, nuper Abbati Monasterii S. Sebastiani prope, & extra muros Urbis Cisterciensis Ordinis Salutem &c.

Solicitæ considerationis indagine, prout Officii pastoralis solicitudo requirit, circa statum Ecclesiarum, & Monasteriorum omnium salubriter & prospere dirigendum, operosum diligentiæ studium libenter impendimus, ut ipsis, ne longe vacationis subjaceant detrimentis, de celeris provisionis remediis succurratur. Cum itaque hodie tu regimini, & administrationi Monasterii S. Sebastiani prope, & extra muros Urbis, Romanæ Ecclesiæ immediate subjecti, Cisterciensis Ordinis, cui tunc præeras, in manibus nostris sponte, & libere cesseris, Nosque cessionem ipsam tunc admittentes, eidem Monasterio, per cessio-

sionem hujusmodi Abbatis regimine destituto, de persona dil. fil. Johannis Runel, Clerici Cenomanensis Dioecesis, cupientis, ut accepimus, ob melioris vitae frugem in dicto Monasterio una cum dilectis Filiis illius Conventus sub regulari habitu virtutum Domino famulari, postquam habitum, juxta ipsius Monasterii consuetudinem, suscepisset, & professionem per illius Monachos emitti solitam, emisisset regularem, per alias nostras Litteras provideri, ipsumque illi in Abbatem praefici mandaverimus, prout in illis plenius continetur. Nos tibi, ne ex cessione hujusmodi nimium dispendium patiaris, de alicujus subventionis auxilio providere volentes, teque a quibusvis excommunicationis &c., omnes & singulos fructus, redditus, & proventus, oblationes, quaestas, eleemosynas, & alia jura ipsius Monasterii, ac domum sitam prope Macellum de Corvis Regione Pineae, quam inhabitas, ad ipsum Monasterium pertinentem, tibi per te, quoad vixeris, vel alium, seu alios propria auctoritate percipienda, colligenda, exigenda, & levanda, ac in tuos usus ac utilitatem convertenda, nec non tenendam, inhabitandam, & usufructuandam respective, ita quod tu per praefatum Johannem in perceptione fructuum, reddituum, & proventuum, oblationum, quaestarum, & jurium, ac habitatione, & usufructu domus hujusmodi impediri, seu alias etiam sub sententiis, censuris, & paenis ecclesiasticis molestari, vel perturbari nequeas, ipsius Johannis ad hoc expresso accedente consensu, loco pensionis annuae auctoritate Apostolica tenore praesentium reservamus, concedimus, & assignamus, tibique, quod dicto Johanne etiam in iisdem manibus nostris cedente, vel decedente, aut eidem Monasterio alias quomodolibet praeesse desinente, aut illo quovis modo etiam apud Sedem Apostolicam vacaturo, liceat tibi ad ipsum Monasterium liberum habere

bere regressum, ac illius regiminis, & administrationis, ac bonorum possessionem, vel quasi, etiam per te, vel alium, seu alios tam tui prioris tituli, quam præsentium Litterarum vigore propria auctoritate libere apprehendere, & ut prius præesse absque alia provisione illi de persona tua de novo facienda in omnibus, & per omnia, perinde ac si cessionem hujusmodi minime fecisses, præfata auctoritate Apostolica earundem tenore præsentium indulgemus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Monasterii, & Ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apostolica &c., ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod quandiu fructus, redditus, & proventus, quæstas, eleemosynas, & jura hujusmodi perceperis, omnia, & singula onera, eidem Monasterio pro tempore incumbentia, perferre omnino tenearis. Nulli ergo &c. hanc paginam nostræ absolutionis, reservationis, concessionis, assignationis, indulti, & voluntatis infringere &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno &c. 1513. x. Kal. Maii Anno primo.

(1) *Ex Reg. Bull. Leonis X. in Arch. Datar. Lib.* XXIV. *pag.* 208.

Num. LXXXVII. (1)

11. *Ottobre* 1513. *V. pag.* 317.

Magnifico Laurentio de Medicis, Fratri amantissimo.

Magnifice vir, Frater dilectissime Salutem. Maestro Christophoro da Volterra, Medico della Santità di N. Signore, & antiquo servitore di Casa, altre volte comperò una possessione, chiamata Rufilli, posta in quello di Volter-

terra, da Antonio di Drea da Montajone, ſopra la quale per certo debito havea detto Antonio, li Officiali del Monte di Firenze ſi voltano a Maeſtro Chriſtophoro comperatore, e li hanno fatto arreſtare el beſtiame & frutti di eſſa poſſeſsione, chiamata Scalea, in ſul Territorio di S. Geminiano, ſopra la quale ancora el comperatore è moleſtato per cauſa delle gravezze di detto Antonio dalli Officiali delle vendite di Firenze, & ſimilmente li hanno fatto arreſtare li frutti, & il beſtiame, in modo che il predetto Maeſtro Chriſtophoro, bono ſervitore di caſa noſtra, & che ha comperato a bona fede, ſe ritrova aviluppato, & ingannato, & è neceſſario di ajutarlo come homo da bene, & benemerito de N. Signore, & de caſa noſtra. Et me pare che ſia facil coſa de ajutarlo; perchè Antonio venditore è richo, & li reſtano delle altre poſſeſsione, & non ſe vuole tollerare che l'abbia gabato altri. Et ſe li Officiali del Monte, & delle vendite ſono creditori, è honeſto ſiano ſatisfatti ſopra li beni, che ſono rimaſti ad Antonio, & liberare queſto noſtro Amico: el quale quanto è poſsibile ve raccomando, & deſidero che per opera voſtra da decti Officiali ſia ſervito in ogni modo. Bene valeat Magnificentia veſtra. Romæ XI. Octobris 1513.

Frater Julius Card. de Medicis (2).

(1) *Ex Arch. ſecr. Magni Ducis Etrur. Fil.* LXVI. *num.* 15.

(2) Fu poi creato Pontefice, e ſi diſſe Clemente VII.

Num. LXXXVIII. (1)

27. *Aprile* 1514. *V. pag.* 316.

Dilecto Filio Melchiori Cornera Leo PP. X.

Dilecte Fili salutem &c. Cum superioribus diebus dilectus Filius Ferdinandus de Aragonia, Physicus familiaris noster, Nobis exposuisset, quod tum post ipsius & conjugis suæ discessum a Regno Siciliæ in Civitate Panormi moniti fuerant, ut coram Alphonso Berual, asserto Inquisitore hereticæ pravitatis in Regno Siciliæ, personaliter comparere deberent; Nos attendentes, quod omnes ipsorum conjugum, & filiorum suorum causæ in Curia pendebant, in qua, & non alibi illas juridice cognosci volumus, inhibuimus eis, ne coram eo comparerent. Et nihilominus, sicut præfati conjuges Nobis postea exposuerunt, idem Alphonsus in dicta causa procedere non desistit. Quare, ne iisdem conjugibus injustitia fiat, tenore præsentium prædictam, & quascumque alias contra eosdem tam motas, quam movendas causas, si quæ istic pendeant, ad Nos advocantes, ac omnia inde secuta, & gesta per eum revocantes, tibi, atque illi sub excommunicationis latæ sententiæ, ac privationis Officii, & omnium Beneficiorum tuorum pænis inhibemus, ne in dicta causa per te, vel ipsum, vel .... surrogatos, seu surrogandos quomodolibet procedatis. Decernentes irritum & inane quidquid secus per te, atque illum, seu quemcumque alium quavis auctoritate super præmissis fieri, seu attemptari contigerit. Mandantes insuper tibi, ut si quæ scripturæ, vel processus in eadem causa contra præfatos conjuges per te, aut per dictum Alphonsum, vel quemvis

vis alium facti sunt, illos in publicam, & authenticam formam ad Nos transmittas, ut causas ipsas, justitia mediante, sic terminari facere possimus. Non obstantibus præmissis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus denique ut hoc nostrum Breve in actibus Curiæ Inquisitionis dicti Regni in calce dictæ assertæ citationis annotes, & de verbo ad verbum registrari facias sub pænis, & censuris prædictis, quas vos omnes incurrere decrevimus in eventum contradictionis. Datum Romæ XXVII. Aprilis 1514. Anno secundo.

Ja. Sadoletus.

(1) *Ex sched. autogr. Brevium Leonis X, Arm.* XL. *Tom.* II. *n.* 207.

Num. LXXXIX. (1)

26. *Maggio* 1514. *V. pag.* 308.

Dilecto Filio Burghesio Petrucio (2), Patritio Senensi, Leo PP. X.

Dilecte Fili Salutem &c. Dil. Filium Bartholomæum Pisanum, qui biennium in Gymnasio Senensi Medicinæ artem professus est, non tam quod noster est Domesticus, Familiaris, & Physicus, ac fideliter, diligenterque, dum eramus in minoribus, Nobis inservivit, quam quod in ea arte habetur inter præcipuos, paterna semper caritate complexi sumus. Quocirca cum, ut asserit, ex salario, quod sibi profitenti debebatur, residui adhuc sint CC. floreni, æquumque sit cuique, & præsertim bonas artes cum ad publicam, tum ad privatam utilitatem profitentibus, meritam persolvi mercedem, licet persuadeamus Nobis te omnem operam daturum, ut ei ad integrum satisfiat, eo vel maxime, quod id ipsum te facturum di-

lectæ Filiæ Nobili Mulieri Alphonsinæ, nostræ secundum carnem affini, jam dudum pollicitus es, tamen ita tibi eum commendamus, ut gratum & acceptum futurum sit Nobis, si, prout justum, & honestum est, quod Nos pro tua bonitate, & auctoritate te operaturum confidimus, quod promissi sibi salarii residuum fuerit opera & intercessione tua ei persolvetur. Datum Romæ &c. die 26. Maii 1514. Anno secundo.

L. Card. SS. Quatuor (3).

Ja. Sadoletus.

(1) *Ibid. num.* 303. (3) Lorenzo Pucci.
(2) Figliuol di Pandolfo, e Fratello del Cardinal Alfonso.

Num. XC. (1)

25. *Febbrajo* 1524. *V. pag.* 291.

Joseph filio Rabbi Samuelis Hebræo Clemens PP. VII.

Joseph viam veritatis agnoscere, & agnitam custodire. Licet tu, & alii Judæi, quos in diversis Mundi partibus in testimonium passionis Domini Nostri Jesu Christi sacrosancta tolerat Ecclesia, in vestra potius cæcitate, & observatione perdurare, quam Prophetarum vaticinia, & sacrarum Scripturarum veritatem cognoscere velitis, Romanus tamen Pontifex tibi, & ipsis interdum gratias concedere consuevit, ut hujusmodi benignitate allecti vestros cognoscatis errores, & superna gratia illustrati tandem ad verum lumen, quod Christus est, pervenire studeatis. Dudum siquidem, sicut Nobis nuper exponi fecisti, fel. rec. Julius Papa II. prædecessor noster Motu proprio, & ex certa sua scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, ob quamplurima, & diversa servitia per Rabbi

bi Samuelem Hebræum, tunc in humanis agentem, & patrem tuum, ac ejusdem Julii prædecessoris Physicum, eidem prædecessori impensa, ipsum Rabbi Samuelem, ejusque, ac tui uxores, & utriusque sexus liberos, familiam, familiares, servitores, res, & bona tunc præsentia, & futura ab omni jurisdictione, potestate, ac dominio quorumcumque Dominorum, Gubernatorum, Potestatum, Judicum, & Officialium ordinariorum, & extraordinariorum, ac Delegatorum, & Subdelegatorum spiritualium, & temporalium, tunc præsentium, & futurorum in diversis Civitatibus, Villis, Terris, ac Locis Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subjectis, etiam in alma Urbe, aut alibi constitutorum, quacumque, & quantacumque larga, & ampla facultate, & auctoritate pro tempore fungentium: ac ab omnibus, & singulis angariis, tributis, exactionibus, & censibus per Hebræos in Urbe, & locis prædictis, ac alibi ubilibet constitutos solvi solitis, aut per prædecessorem prædictum, etiam successores suos Romanos Pontifices pro tempore existentes, ac Dominos temporales, Gubernatores, Judices, & Officiales præfatos ipsis Hebræis, ac per eosdem Hebræos inter se ipsos, & sibi ipsis in genere, vel in specie quavis auctoritate eatenus impositis, & imposterum imponendis prorsus exemit, & liberavit, ac Sedi Apostolicæ immediate subjecit. Ita quod Domini temporales, Gubernatores, Potestates, Judices, & Officiales prædicti, vel quivis alii etiam ratione delicti, aut contractus, seu rei, de qua ageretur, ubicumque committeretur delictum, iniretur contractus, aut res ipsa consisteret, non possent contra vos, aut aliquem vestrum aliquam spiritualem, aut temporalem jurisdictionem quomodolibet exercere, seu taleas, angarias, tributa, exactiones, & census a vobis exigere. Et ulterius vobis, ut in dicta Urbe, & extra eam

eam ubicumque locorum vos morari, & ad quæ vos declinare contingeret, ſigna Hebræorum deferre non teneremini, nec ad illa deferenda a quoquam inviti coarctari poſſetis, quodque vos orationes veſtras in domo habitationis veſtræ ſubmiſſa voce, & citra erectionem alicujus Synagogæ dicere, & recitare poſſitis, nec ad illas in Synagoga, vel alibi recitandum inviti compelli poſſetis, tamen per hoc ritus Judæorum nullatenus approbare intendens, inter alia per ſuas Litteras conceſſit, & permiſit. Ac ſucceſſive piæ mem. Leo Papa X., etiam prædeceſſor, & ſecundum carnem Frater patruelis noſter, dictas Litteras approbavit, & innovavit, illaſque ad hoc, ut ad orationes hujuſmodi etiam amicos, & alios quam veſtros familiares convocare, & admittere, dummodo Synagogam non faceretis, poſſetis extendit. Datilumque ipſius Rabbi Samuelis generum, qui tam in Provincia Marchiæ, quam alibi in adminiſtratione rerum ſuarum ſe gerebat, fore ejus familiarem, & hujuſmodi privilegiis perpetuo gaudere debere declaravit, prout in Julii, & Leonis prædeceſsorum noſtrorum deſuper confectis Litteris plenius dicitur contineri. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, tu cupias Litteras eorundem prædeceſſorum noſtrorum per Nos approbari, & confirmari, Nobis humiliter ſupplicare feciſti, ut tibi in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos volentes te, qui, ut accepimus, non minorem virtutem, & ſcientiam medendi, quam dictus tuus genitor polliceris, familiamque dicti Samuelis, ac dictum Datilum, veſtroſque familiares, ſervitores, & liberos utriuſque ſexus, eorumque ſervitores gratioſo favore proſequi volentes, dictarumque Litterarum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati auctoritate Apoſtolica tenore præſentium Lit-

Litteras prædictas, & in eis contenta quæcumque approbamus, & confirmamus, & nihilominus dilecto Filio nostro Johanni Sanctorum Cosmæ & Damiani Diacono Cardinali de Salviatis nuncupato, ac nunc & pro tempore existenti nostro, & Romanæ Ecclesiæ Camerario (2) per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel eorum alteri per se, vel alium, seu alios auctoritate nostra faciant præmissa omnia, & singula plenum effectum sortiri, illisque vos, & quemlibet vestrum pacifice frui, & gaudere, nec permittant quemque vestrum contra dictarum, aut præsentium Litterarum tenorem quomodolibet molestari, impediri, aut inquietari. Contradictores quoslibet, & rebelles per censuras ecclesiasticas, ac alia juris remedia, appellatione postposita, compescendo. Invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ dicti prædecessores in prædictis Litteris voluerunt non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 25. Februarii 1524. Pontificatus &c. Anno primo.

Balthasar de Piscia (3).

(1) *Ex Tom.* LXXXXVIII. *Arm.* XXIX. *pag.* 49. *t.*

(2) Era in quest' anno Camerlingo il Cardinal Francesco Armellini, figliuol di Benvengate, o Benvenuto, Mercadante Perugino, il quale alli 14. di Luglio del 1508., già Chierico della Camera, e Secretario Apostolico, fu fatto Chierico, e Secretario del sacro Collegio (*Instr. Miscell. Arch. Vatic.*). Ad esso fu da principio nel 1517. data l'amministrazione del Camerlingato, sospeso il Card. Rafaelle Riario dall'esercizio di tal carica (*Arm.* XXIX. *Tom.* LVII. *pag.* 12.), la qual sebbene dopo la morte di questo fosse conferita alli 7. di Agosto del 1521. al Card. Innocenzo Cibo, che per averla pagò XXXV. mila ducati (*Tom.* LXIX. *pag.* 45. *Diar. Par. de Grassis*), pure due mesi dopo, cioè alli 13. di Settembre, cadde in potere dell'Armellini, e perchè il Cibo la rinunciasse, come dice Paride de'Grassi, o perchè gli fosse tolta, siccome afferma Biagio Martinelli; due insigni Giornalisti.

(3) Di questo vedi sopra Vol. I. p. 333.

Num. XCI. (1)

13. *Novembre* 1530. *V. pag.* 292.

Isaac Zalfati Hebræo in Urbe commoranti, Familiari nostro, viam veritatis agnoscere, & agnitam custodire Clemens PP. VII.

Exponi Nobis nuper fecisti, quod tu, qui, ut asseris, septuagenarius, & ultra existis, in scientia Physicæ, in Lingua Hebraica, ac arte & experientia Medicinæ adeo profecisti, quod, ut notum est multis, doctrina tua quamplures infirmitates quodammodo incurabiles, quibus quamplurimi Curiales, etiam antiqui continui Commensales nostri, Nobis grati & accepti, opprimebantur, curasti, & in dies curas, ac pristinæ sanitati restituisti. Ut igitur Medicinam & experientiam hujusmodi majori cum diligentia deinceps facias, Nos te specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, tuisque in hoc pro te Nobis porrectis supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica tenore præsentium &c. in nostrum Familiarem, continuum Commensalem recipimus, & aliorum nostrorum continuorum Commensalium numero, & consortio favorabiliter aggregamus. Tibique ut tam in Romana Curia, quam aliis Locis, & partibus ubilibet, quoscumque utriusque sexus, tam Christianos, quam Infideles, & Hebræos, Protomedici, & Collegii Medicorum nostrorum, & dictæ Curiæ Urbis nostræ, & cujusvis alterius licentia desuper minime requisita, curare, & mederi, ipsisque ut ad id te requirere libere & licite valeant indulgemus, plenamque & liberam ad id tibi, & illis licentiam, & facultatem concedimus. Non obstantibus constitutionibus, & or-

& ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die XIII. Novembris 1530. Pontificatus noſtri Anno ſeptimo.

(1) *Ex ſched. orig. Brevium Clem. VII. inter Inſtrum. miſcell. Arch. Vatic.*

Num. XCII. (1)

1. *Novembre* 1532. *V. pag.* 338.

Dilecto Filio Matthæo de Curte, Medico noſtro
Clemens PP. VII.

Dil. Fili Salutem &c. Illecti fama virtutis, & doctrinæ ſingularis tuæ, eaque in noſtræ cura perſonæ uti cupientes, te in Medicum noſtrum cum annuo ſtipendio, & ſalario mille Ducatorum auri in auro de Camera tibi quoad vixeris, & in noſtris ſervitiis fueris, continue perſolvend., & a XVIII. die Octobris proxime præterita inchoando; prætereaque cum quibuſvis aliis privilegiis, & prærogativis aliorum noſtrorum Medicorum, & pro tempore exiſtentium Romanorum Pontificum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium recipimus, & deputamus, dictumque ſalarium tibi, quoad vixeris, & in ſervitiis noſtris, ut præfertur, fueris, continue ſolvi debere decernimus, volumus, & mandamus. Contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Datum Romæ &c. die prima Novembris 1532. Anno nono.

Bloſius (2).

(1) *Ex Brev. Clem. VII. Arm.* XXXIX. *Tom.* LII. *p.* 1839. *item Arm.* XL. *To.* XL. *num.* 82.

(2) Fu Bloſio Palladio Chierico del ſacro Collegio ſotto Adriano VI. (*Arm.* XXIX. *To.* XCIX. *p.* 116. *To.* CI. *p.* 539. *t.*), e Secretario domeſtico, cioè de'Brevi, di Clemente VII., di Paolo III., e di Giulio III., e perchè i primi due gli permiſero di proporre, e ſpedire i Brevi ſenza *ſegnatura* con dieci ducati al meſe, il Collegio de'Secretarj nel 1549. ſi maneggiò preſſo il Camer-

merlingo per deporlo da tale incombenza (*Privil. Secretar.* p. 172. 185. 198.) ; ma il Pontefice non permise questo, ed a se chiamò l'esame della controversia, che erasi eccitata (*ibid. Tom.*CXLIII. *p.*105.). Il virtuosissimo Monsig. Borgia nel secondo Volume degli *Aneddoti* Romani ha pubblicate molte ed importanti notizie per esso, alle quali aggiugnerò io le altre poche, che mi somministra l'Archivio Vaticano. Sono in questo alquante Lettere originali scritte a lui, e da lui, e in una del 1519., diretta all'antico suo amico Angelo Cesi, Avvocato Concistoriale, si raccomanda grandemente perchè gli piaccia di liberarlo dalle angustie, e minaccie per fin di carcere, che gli venivano da Bernardo del Carretto in grazia di certa sicurtà, ch'ei fatta avea in favore di Francesco Cesi, nipote di Angelo. Vi sono pur molte Bolle, e Brevi, che parlano de' Beneficj ecclesiastici conferitigli in più Diocesi, e un diploma amplissimo del Duca di Milano de' 29. di Agosto 1524, che ordina gli si dia subito il possesso di que' due, che avea avuti nella Diocesi di Tortona, e di un Canonicato in Milano, *ob ejus integritatem*, dice quel Principe, *& plurima erga nos merita, omnium nostrorum relationibus nobis manifesta*. Fu promosso al Vescovado di Foligno alli 15. di Novembre del 1540. (*Act. conf. Tom.* CXXI. *pag.* 48. *Brev. Pauli III. A.* 1540. *n.* 991.), (un giorno prima scrive l'Ughelli), ed era semplice Chierico allora, nè si fece mai consecrare, nè so se anche ordinar Suddiacono, prorogandogli ad ogni poco il Pontefice la grazia, che gli avea da principio accordata (*Brev. A.*1541. *num.*896. 1542. *num.* 73. 1543. *n.* 6.). In fine rinunciò tal dignità, e fu data ad Isidoro Clari alli 24. di Gennajo del 1547. (*Act. conf. To. cit. p.* 261. *Brev. A.*1547. *n.*40.), non alli 26. o alli 29. come altri han detto, ma seguitò a nominarsi tuttavia Eletto di Foligno fino alla morte, la qual è registrata nel Diario del Massarelli (*pag.* 371. *t.*) alli 12. di Agosto del 1550. con le seguenti parole: *Hac die, hora circiter 24. obiit Romæ in Palatio Apost. R. D. Blosius Palladius, Electus Fulginatensis, Sanctissimi D. N. Secretarius Brevium, qui ut erat summæ doctrinæ, lepidæ eloquentiæ, morum amantissimus, atque omnis leporis candidissimus, maximum sui desiderium omnibus Curialibus reliquit. Hic distribuit omnia sua bona ad pias causas, nempe ultra* XXX. *millia aureorum, quorum majorem partem pertinere voluit Hospitalibus S. Jacobi Incurabilium, & S. Mariæ Orphanorum.* XIII. *Aug. Pontifex suffecit in locum defuncti Blosii R.D. Galeatium Florimontium, Episcopum Aquinatem, & D. Romulum Amasæum Bononiensem: licet enim in una tantum persona D. Blosii Secretariatus esset, voluit tamen Pontifex in duas portiones eum dividi, tum ut plures ejus Familiares eo emolumento, & honore participarentur, tum ut aliorum Pontificum prædecessorum suorum exempla sequeretur, qui semper duobus Secretariis usi sunt. Etsi vero emolumenta istius unius Secretariatus D. Blosii in has duas personas distribuenda censuit, alterius autem Secretariatus in alios suos Familiares Pontifex dividi mandavit.* Alla curiosità, che un tal uno potesse avere, di conoscere il sito preciso, dove fu la Villa del Blosio, tanto ricordata e celebrata da M. Antonio Flaminio, da Girolamo Negri, e da Girolamo Rotario ne' luoghi citati dal detto Prelato, e dal Cavalier Tiraboschi (*Tom.* VII. *Par.* III. *pag.*181.), soddisferà una Lettera del Cardinal Camerlingo, scrittagli alli 3. di Settembre 1553., il cui principio è questo (*Arm.* XXIX. *To.* XCV. *p.* 5.), *Cum via veteri extra Portam viridariam, aliter S. Petri de Urbe, a diverticulo Spinellorum per Vallem infernam, & radices Montis Belvideris ducente, fere ex toto diruta & consumpta, tu aliam novam, veteri altiorem & laxiorem, ac vehiculis etiam commodam usque ad Vineam, seu Villam tuam magna tua cura, & labore, etiam jurisdictione publica, tibi desuper a Magistris Stratarum Urbis attributa, direxeris, ruderibusque & glarea constraveris ad publicam omnium commoditatem, & utilitatem: & quemdam etiam Pontem prope portam tuæ Vineæ ad aquas pluvias hiberno tempore colligendas super fossa torrentis, secus dictam viam currentis, construi, prout in alio superiori loco fecisti, facere intendas &c.* gli dona quindi per sempre la vecchia strada, *quatenus ejus terrenis adjaceat, vel adjacebit*, e gli permette di fabbricare il detto Ponte, che pur gli dona.

NUM.

Num. XCIII. (1)

1532. *V. pag.* 350.

Clemens PP. VII.

Motu proprio &c. Cum, ſicut accepimus, poſtquam quingentos Ducatos auri de Camera per quondam Raphaelem, tunc Epiſcopum Melfitanum (2), bo. mem. Scaramutiæ Trivultio, Tituli Sancti Cyriaci in Thermis, Cardinali Comenſi (3) nuncupato, mutuatos, & per ſe ipſum Cardinalem dicto Epiſcopo minime reſtitutos, per obitum ejuſdem Raphaelis ad Nos, & Cameram Apoſtolicam devolutos, & debitos, dil. Filio Thomæ Cadamuſto, Clerico Laudenſi, Phyſico noſtro, & de numero participantium Cubiculario, & Familiari, continuo Commenſali noſtro donaveramus, nonnulla alia tunc expreſſa feceramus, ordinaveramus, & diſpoſueramus per Motu proprio in Libro primo Diverſorum in Camera Apoſtolica regiſtrat., quingenti Ducati hujuſmodi per dil. Filium Alexandrum Cacciam, Gubernatorem Civitatis noſtræ Placentinæ (4), de ſpeciali mandato noſtro, per Litteras in forma Brevis ſibi facto, ab hæredibus ejuſdem Scaramutiæ Cameræ Apoſtolicæ noſtro nomine exacti, & per eundem Gubernatorem dil. Filio Auguſtino Cadamuſto, ipſius Thomæ germano fratri, ab ipſo recepta obligatione, quod infra certum tempus tunc expreſſum quietantiam de ſibi ſolutis hujuſmodi a Nobis, ſive Camera Apoſtolica, fieri procuraret, illamque ſibi conſignaret, nomine ipſius Thomæ ſoluti fuerint: itemque incommutabilis intentionis fuerit, & ſit, quod præfatus Thomas dictos quingentos Ducatos habeat, Motu proprio &c.

 eun-

eundem Alexandrum Cacciam de ſic eidem Auguſtino nomine ipſius Thomæ ſolutis, & exburſatis quingentis Ducatis hujuſmodi quietamus, abſolvimus, & liberamus: ſolutionem, & exburſationem prædictam nihilominus ratas, & gratas habentes. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Placet, & ita quietamus I.

(1) *Ex Tom.* XCIII. *Arm.* XXIX. *p.* 21.

(2) Rafaelle Ceva, il qual dalla Chieſa di Aſti fu trasferito a quella di Melfi: e l'Ughelli è eſatto nello indicarne le vere epoche, ma non dice ch'ei foſſe Secretario di Aleſſandro VI., e di Giulio II. (*Reg. Bull. Alex. in Arch. Dat. An.* X. *Tom.* XXIX. *p.* 183. *Brev. Jul. II. in Arch. Vat. To.* II. *p.* 92.), ed anche Sollecitatore delle Lettere Apoſtoliche, eletto alli 12. di Ottobre del 1501. nel poſto laſciato da Sebaſtiano da Toſcanella (*Reg. Offic Alex. VI. Tom.* II. *pag.* 222. *t.*). Lorenzo Pucci gli ſuccedette nel Veſcovado di Melfi non nel 1519., cioè dopo la morte ſua, come afferma l'Ughelli, ma parecchi anni avanti, e tale era già nel Settembre del 1513. quando fu creato Cardinale.

(3) Fu fatto Veſcovo di Como due giorni dopo l'epoca ſegnata dall'Ughelli, cioè alli 14. di Aprile 1508. (*Reg. Bull. Jul. II. in A. D. An.* IX. *Tom.* X. *pag.* 244. *Lib. oblig.* LXXXVIII. *pag.* 148. *t.*).

(4) Andò queſto Fiorentino a governar Piacenza circa il 1529., e alli 17. di Gennajo dell'anno ſeguente fu nominato per un triennio anche Teſorier per la Camera in quella Città (*Arm.* XXIX. *Tomo* LXXXIV. *p.* 86.) Ma agli 8. di Maggio del 1531. il Papa non volle che più inſiem riteneſse queſte due cariche, tolſegli perciò il Teſorierato, e diedelo a Giuliano Partini da Piſtoja (*ib. To.* XCII. *p.* 7. *t.*). Al principio del Secolo paſſato era Veſcovo di Piſtoja un altro Aleſſandro Caccia.

NUM. XCIV. (1)

20. *Luglio* 1533. *V. pag.* 315.

Venerabili Fratri Epiſcopo Wigornienſi (2), & dilecto Filio Venerabilis Fratris Agrigentini Epiſcopi (3) in ſpiritualibus Vicario generali, & eorum cuilibet Clemens PP. VII.

Ven. Frater, & dilecte Fili Salutem &c. Cupientes dilecto Filio Ferdinando Balamio, Clerico Agrigentinæ Dioeceſis, Cubiculario, & Medico noſtro, quem ob ejus virtutes

tutes paterne diligimus, ut commodius subſtentari valeat de alicujus ſubventionis auxilio providere, ipſum Ferdinandum a quibuſvis excommunicationis &c. abſolventes, abſolutumque fore cenſentes, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia vobis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel duo, aut unus veſtrum, per vos, vel alium, ſeu alios unum, duo, tria, quatuor, ſeu plura Beneficia eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura, ſæcularia, & quorumvis Ordinum regularia in Agrigentina, Meſſanenſi, & Syracuſana Civitatibus, & Diœceſibus conſiſtentia, & ad collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, inſtitutionem, & quamvis aliam diſpoſitionem Venerabilium Fratrum Archiepiſcopi Meſſanenſis, Syracuſani, & Agrigentini Epiſcoporum, nec non quorumcumque Capitulorum, Canonicorum, & Perſonarum in iiſdem Civitatibus, & Diœceſibus conſiſtentia, aut alibi communiter vel diviſim pertinentia, quorum inſimul fructus, redditus, & proventus quingentorum Ducatorum auri de Camera, ſecundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, etiamſi ſæcularia, Canonicatus, & Præbendæ, Dignitates eiam poſt pontificales majores, ſeu principales, Perſonatus, Adminiſtrationes, vel Officia, etiam curata, & electiva in Cathedralibus, vel collegiatis Eccleſiis, aut parrocchiales Eccleſiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ, ſeu talia mixtim: Regularia vero Beneficia hujuſmodi Prioratus, Præpoſituræ, Præpoſitatus, Dignitates, Perſonatus, Adminiſtrationes, vel Officia, etiam curata & electiva, & tam illa, quam ſæcularia Beneficia hujuſmodi diſpoſitioni Apoſtolicæ ratione vacationis illorum in menſibus ad Nos per conventionem noſtram, aut Cancellariæ Apoſtolicæ regulas deſuper editas, ſpectantibus, reſervata fuerint, vacantia ad præſens, aut ſimul, vel ſucceſſive per ceſſum, vel deceſſum, ſeu quam-

quamvis aliam dimiſſionem illa obtinentium in menſibus prædictis, etiam illorum commendis ceſſantibus, ſi commendata, ac unionibus diſſolutis, ſi unita fuerint, vacatura, quæ dictus Ferdinandus per ſe, vel procuratorem ſuum legitimum, poſtquam illorum vacatio ſibi, vel eidem procuratori innotuerit, duxerit acceptanda cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis eidem Ferdinando ſæcularia, videlicet ſine cura, conferre, & aſſignare; curata vero, ſeu alias incompatibilia, etiam ſub uno & eodem tecto unius, & ejuſdem Eccleſiæ conſiſtentia, ac regularia Beneficia ſibi per eum quoad vixerit, etiam una cum prædictis, & quibuſvis aliis Beneficiis eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura ſæcularibus, & quorumvis Ordinum regularibus, quæ dictus Ferdinandus, etiam ex quibuſvis diſpenſationibus, & conceſſionibus Apoſtolicis in titulum, & commendam, ac alias obtinet, & in poſterum obtinebit: nec non quibuſvis penſionibus annuis, quas percipit, & percipiet in futurum, tenenda, regenda, & gubernanda. Ita quod liceat ſibi debitis & conſuetis ipſorum commendandorum Beneficiorum ſupportatis oneribus, de reſiduis illorum fructibus, redditibus, & proventibus diſponere, & ordinare ſicuti illa in titulum pro tempore obtinentes de illis diſponere, & ordinare potuerunt, ſeu etiam debuerunt. Alienatione &c. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die XX. Juli MDXXXIII. Pontificatus noſtri Anno Decimo.

Bloſius.

(1) *Ex origin. ſch. Brev. ejuſdem Pont. Arm.* XL. *Tom.* XLIV. *n.* 84.

(2) Girolamo Ghinucci da Siena, che il Re d'Inghilterra fece ſuo Conſigliere, lo nominò alla Chieſa di Worceſter, conferitagli alli 22. di Settembre del 1522. (*Act. conciſ. Tom.* CVIII. *pag.* 89. *t.*), lo tenne per un triennio Oratore al Re di Spagna, indi a Clemente VII. (*Arch. Arc. S. Ang. Arm.* XI. *Capſ.* 1. *n.* 9. 15.), cui lo raccomandò anche pel Cardinalato con Lettere degli anni 1528. e 1530. (*ib. n.* 14. 19. 24.). Lo ebbe veramente, ma non allora, ed in tempo che per pubblica legge del Regno era ſtato depoſto dal Veſcovado, il qual però conſervòiſino alla morte, e dopo fu dato agli 8. di Luglio del 1541. a Raimondo Pates (*Act. conſ. Tom. cit. p.* 342.

pag. 342. *t.*). Vedasi ora il Godwino, e Ricardson (*de Præsul. Angl. p.*468. 470.).

(3) Vescovo di Girgenti in quest'anno era Giuliano Cibo Genovese Scrittore, e Sollecitatore delle Lettere apostoliche, Suddiacono, e Camerier segreto di Giulio (*Reg. Offic. Tom.* I. *pag.* 61. 62. 166. *t.*), il qual gli conferì quella Chiesa in un Concistoro, che tenne nel Palazzo de' Conservatori di Cesena alli 3. di Ottobre del 1506. (*Diar. mss. Parid. de Grassis, Lib. oblig.* LXXXVIII. *p.* 89. *t.*), e alli 7. diede parte di ciò al Re Ferdinando di Napoli con Lettere scritte pur da Cesena (*Reg. Brev. Jul. Tom.* III. *pag.* 478.). Il Pirro (*Sicil. sac. Tom.* I. *pag.* 718.) ricorda un suo Vicario generale all' A. 1519. Gerardo Loporto, ed un altro circa quel tempo Bartolomeo de' Pirini; ad un di questi due fu forse mandato il presente Breve.

Num. XCV. (1)

2. *Novembre* 1534. *V. pag.* 383.

Dilecto Filio Hieronymo Acorambono de Eugubio, Artium, & Medicinæ Professori Paulus PP. III.

Dilecte Fili Salutem &c. Cum nostro officio, & Patriæ caritate adducti ad communem Civium Romanorum, & Curialium nostrorum utilitatem Studium universale bonarum Artium, & Litterarum in hac alma Urbe nostra restituere decreverimus, proptereaque undique viros insignes quavis in Facultate conquiramus, in Arte tua medica facile tu primus Nobis occurristi, vel in benivolentia, & amore erga te nostro, vel in judicio, & opinione tuæ eximiæ virtutis, cujus nos usum, si, dum in minoribus eramus, totiens cæpimus, etiam in curationibus nostrarum valitudinum, & si aliis Pontificibus Urbem publica tuæ Artis professione ornasti, speramus te & in nostram gratiam, nostrorumque temporum decus, & in ipsius Urbis, quam pro Patria tot annis habuisti, utilitatem, nostro huic tui apud Nos fruendi desiderio prompta voluntate responsurum. Cum præcipue ut id tibi, tuisque filiis apud Nos honori, & emolumento valde sit constituerimus. Proinde te hortamur, ut ad Nos quamprimum commode poteris venire matures, ut singulari tua doctrina in publicis

cis Lectionibus, cura, operaque, & fide in nostræ cura valitudinis utamur. Reliqua mandavimus dilecto Filio Latino Juvenali, Secretario nostro, quem Venetias mittimus, tibi referenda, cujus verbis fidem habebis indubiam. Datum Romæ &c. 11. Novembris 1534. Anno primo.

Blosius.

(1) *Ex simil. Brev. Pauli III. ibid. Tom.* XLIX. *num.* 256.

Num. XCVI. (1)

28. *Novembre* 1534. *V. pag.* 385.

Dilecto Filio Latino Juvenali Mannecto, Civi Romano, Familiari, & Secretario nostro Paulus PP. III.

Dil. Fili Salutem &c. Inter ceteras Romani Pontificis curas, illam quoque memorandam arbitramur, ut almæ Urbi nostræ Romæ, cui sedem primo universalis Imperii, deinde sanctæ Christianæ Religionis Deus concessit, cum religionis cultu etiam memoria veterum Monimentorum conservetur. Pertinet enim ad Fidei nostræ dignitatem, & gloriam, quod illius Caput in loco & capite tanti Imperii erectum est, digne quidem cum nullum in Terris Regnum, nulla dominatio majoribus refulserit virtutibus, quas Deus sua clementia remunerans, mutato per rerum humanarum instabilitatem Imperio, substituit religionem cælestem, ut hac fulgentius, quam terrena potestate corruscaret. Quo magis postquam omnis Idolatriæ cultus ab ipsa Urbe sublatus est, & templa Idolis dicata in Dei nostri, & Sanctorum cultum abierunt, debuissent antiqua Urbis Monimenta conservari, ut in ipsis Templis, ad æternitatem, & splendorem ædificatis, divina magnificen-

ficentius, & diuturnius celebrarentur, & ab invisentibus Urbis ruinas Deo laudes redderentur, qui tantas opes, & potentiam hominibus concessisset. Verum, quod non sine summo dolore referimus, factum est, imo fit quotidie, ut præter Gothorum, Vandalorum, atque aliorum Barbarorum, & Græcorum, ipsius quoque temporis injurias, nostra incuria, atque culpa, imo etiam dolo, atque avaritia veterum decora alta Quiritum lacerentur, conterantur, obruantur, asportentur. Illa est culpa, atque segnitia sinere caprificos, & hederas, aliasque arbores, & vepreta innasci, quibus marmora, & moles findantur, mox evertantur; domunculas etiam, & tabernas vetustis molibus applicari, quæ sui ignobilitate veterum ædificiorum splendorem deforment, &, quod multo damnabilius est, etiam statuas, signa, tabulas marmoreas, atque æneas, porphyreticos, & numidicos, aliorumque generum lapides extra Urbem in alienas Terras, ac Civitates asportari. Illa autem est avaritia, ac dolus, seu crimen potius, confringi passim, & comminui hæc omnia, & in calcem coqui ad domos novas ædificandas, ut, nisi provideatur, non longissimo tempore Romam veterem Romæ requiri necesse sit. Quid? quod etiam in hujusmodi confractione, & comminutione Antiquitatis etiam interdum ossa Sanctorum Martyrum, in ruinis hujusmodi sepultorum, comminui, & violari contigit, fierique, ut cum Romanæ majestatis læsione etiam sacrilegium misceatur: ad quæ arcenda præter officii nostri partes, etiam privatus in Patriam amor Nos urget, ut illius, ex qua sumus orti, decus, & majestatem conservare pro viribus cupiamus. Proinde ad te, qui eadem Patriæ caritate incensus, in qua ex nobili, ac vetusta Familia natus es, & studio Antiquitatum noscendarum, & perscrutandarum, sicut audivimus, & ipsi perspeximus, semper fla-
 gra-

grasti , multumque in eo studio profecisti , quique Nobis tua virtute , fide , ingeniique præstantia admodum carus es , nostræ mentis oculos dereximus , tibique hanc curam , quæ Nobis summe cordi est , ut debet , demandandam statuimus , firma spe freti te in gratiam nostram , in Patriæ decus , in tuum studium ei rei omni solertia , & vigilantia incubiturum esse . Itaque te Commissarium (2) super hoc nostrum generalem deputantes , plenissimam tibi facultatem auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus intendendi , incumbendi , & curandi , ut omnia dictæ Urbis , & Districtus ejus Monimenta , Arcus , Templa , Trophæa , Theatra , Amphitheatra , Circi , Naumachiæ , Porticus , Columnæ , Sepulchra , Epitaphia , Eulogia (*sic*) , Moles , Aquæductus , Statuæ , Signa , Tabulæ , Lapides , Marmora , & denique quicquid nomine Antiquitatum , vel Monimentorum comprehendi potest , quantum fieri poterit , conserventur , atque a vepribus , virgultis , arboribus , præcipue hederis , & caprificis , omnino liberentur : neve his novæ domus , aut parietes applicentur , neu ipsa diruantur , comminuantur , confringantur , in calcem coquantur , aut extra Urbem asportentur (3) . Contrafacientes autem pænis pecuniariis, ultra generalem excommunicationis sententiam , quam in eos post monitionem a te eis factam , in his scriptis ferimus , tuo arbitrio imponendis , & ad opus tuæ curationis hujusmodi applicandis , mulctandi , & puniendi , quæcunque ad hoc pertinentia , & tibi visa quibusvis nostro nomine sub pænis tibi visis præcipiendi , unum , seu plures loco tui , ubi opus fuerit , cum simili , vel limitata facultate subdeputandi , omniaque alia curandi , perficiendi , & exequendi , quæ ad nostram hanc commissionem effectualiter adimplendam spectare cognoveris . Nos enim , ut hæc majori facilitate exequi possis , Gubernatori , & Senatori dictæ

ctæ Urbis, Cameræ Apostolicæ Præsidentibus, & Clericis, Curiæ Causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, Vicario nostro in dicta Urbe, eorumque Locatenentibus, & Auditoribus Cameræ, ejusdem Urbis Conservatoribus, Regionum Capitibus, nec non Marescallo, Barisello, & aliis quibuscumque Executoribus dictæ Urbis nunc, & pro tempore existentibus in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus, ut quoties a te requisiti fuerint, vel aliquis eorum fuerit in præmissis exequendis, tibi omni studio faveant, & assistant, mulctas, & pænas a te inflictas, & ab inobedientibus incursas, etiam per pignorum captionem, &, si illa defuerint, personarum coercitionem exigi, tibique ad curationis hujusmodi necessarium usum applicari, & consignari curent, & faciant, contrariis non obstantibus quibuscumque. Tu itaque semper huic studio laudabili deditus, nostra etiam ad hoc auctoritate suffultus, ita te gerere satages, ut nostro desiderio, Patriæ decori, & tuæ laudi solita virtute, & diligentia respondeas, sicut te facturum esse confidimus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum &c. die 28. Novembris 1534. Anno primo.

(1) *Ibid. num.* 42.

(2) Se ben si considera è tanto commendabile, se pur non è anche da più, lo studio di conservare gli antichi monumenti, e di allontanare da essi i mali del tempo, e la barbarie, ed ignoranza degli Uomini, quanto siasi l' impegno di andare in traccia de' nuovi, e di raccorre con diligenza quelli, che già si conoscono: alle quali due cose avere il Senato Romano, ed i Sommi Pontefici, ed ora in singolar maniera il regnante nostro PIO VI., data opera sempre, non è chi non sappia. Paolo IV. in un suo Motu proprio, con cui nel 1556. destinò a Conservatore, e Soprantendente delle Antichità, de' vecchi Edifizj, de' frammenti, e delle Statue di Roma il Cancellier Urbano Mario Frangipani, racconta come Eugenio III. (volle forse dir IV.) proibì il portar fuori della Città alcuna Statua, e come gli Statuti di questa vietavano il distruggere qualunque si fosse antica fabbrica, la qual legge avendo egli poc' anzi rinnovata, ne raccomanda ora al Frangipani l'osservanza (*Arm.* LII. *To.* I. *pag.* 127.). Hanno certamente gli antichi, e moderni Statuti del Senato un cotal decreto, la cui rubrica è, *De antiquis Ædificiis non diruendis*, il che era ad esso tanto a cuore, che in alcuna edizione di queste sue sanzioni ha giudicato ben fatto l' inserirvi una Bolla per ciò di Pio II. dell' A. 1462., che sta nel To. XIX. del Registro di lui, e che ricorda medesimamente altrettali proibizioni fatte dai Pontefici suoi antecessori, e vi ha pur voluta quella, che Sisto IV. pubblicò l'A. 1474. contro coloro, che tolto avessero dalle

dalle Basiliche, e dalle Chiese di Roma ogni sorta di marmi, d'iscrizioni, e di vecchi ornamenti. Ma parve che Pio IV. nello intendere l'importanza, ed il pregio delle cose antiche, e nello amarle e proteggerle, volesse il buon genio degli altri Papi superare, allorchè agli 11. di Luglio del 1562. con un Motu proprio nominò Conservatori di esse non più un privato Gentiluomo, ma due Cardinali, Marco Antonio Amulio, ed Alfonso Gesualdi, e volle che eglino alle occupazioni solite degli altri Conservatori quella aggiugnessero di vegliare, perchè niun Artefice falsificasse alcun monumento, e il vendesse agl'incauti. La narrazion del Diploma è questa. *Animadvertentes quam plures diversarum, etiam exterarum Nationum Homines, ac Scultores, Scarpellinos, Aurifices Romæ degentes, ac ab ea recedentes, nulla a Nobis, vel ipsius Urbis Conservatoribus, aut aliis ad quos spectat, facultate, seu licentia desuper obtenta, sed temere, tanquam eis quidquid velint impune facere liceat, permulta varii generis antiqua marmora elaborata, & simplicia, statuas, capita, metalla, gemmas, numismata, vasa, & pocula aenea, argentea, aurea, tabulas, & inscriptiones ab eadem Urbe clam, & aperte extrahere, sculpere, ac nova quadam arte, & industria similia conficiendo, sculpendo, & fundendo adulterinis, ac fictitiis quibusdam lineamentis alterare, & immutare, eaque ut antiqua vendere, ita ut nihil jam vere antiquum, sed omnia novo artificio depravata reperiantur (Arch. Arc. S. Angel. Arm.* XVIII. *Capf.* VI. *num.*I. *pag.* 25. *)*. Che potrebb' egli dire di più il buon Pio, se ci vivesse ora, che tutto è pieno d'inique frodi, e di eccellenti Falsari? non v' ha più in questi tempi alcun genere di Antichità, che la mal adoprata industria non abbia corrotto, alterato, e finto recentemente. Rinnovi pertanto PIO VI. l'ottimo provvedimento di Pio IV., e la pubblica autorità, e la Legge Cornelia difendano la riputazione, e l'avanzamento de' buoni studj, e pongano in sicuro l'altrui da così sfacciate, e cotanto dannose ruberíe.

(3) Proverò in altr'opera, e con fatti assai compassionevoli quante volte siano ite a far calce anche le pietre scritte. Antiche poi di molto sono le proibizioni dello estrar marmi lavorati da Roma; e a tal effetto il Cardinal Latino Orsini Camerlingo agli 11. di Agosto del 1471. ordinò al Castellano del Porto di Ostia, e ai Doganieri delle Merci, di Ripa, e di Ripetta, che badassero bene acciò tali cose non fossero portate via *(Arm.* XXIX. *Tom.* XXXVI. *pag.* 5. 5. *t.)*.

NUM. XCVII. (1)

21. *Gennajo* 1535. *V. pag.* 289.

Beatissimo Patri Domino Nostro Paulo III. post Pedum oscula beatorum.

Incredibilem, qua sum affectus, lætitiam cum te summo omnium consensu Pontificem Maximum creatum esse intellexi, adaugent cotidie ea, quæ de singulari virtute tua, optimisque institutis perferuntur. Cumulavit vero eam mihi maxime flagrantissimum studium, quod declaravit mihi Diploma tuum, Fraterque Hieronymus Seripan-

pandus, qui illud ad me detulit, quo teneris præcipue adjuvandi, provehendique bonas artes, quo fit ut merito credam Beatitudinem tuam ad hoc honoris fastigium non sine Sanctissimi Spiritus numine esse assumptam. Quo enim pacto Sanctissimo illo Spiritu in primis non operante tam legitima, ac felix, omni juris servata forma, facta fuisset electio? atque insuper per quem alium in tanta morum, ac rerum omnium perversitate, totiusque Reipublicæ Christianæ maxima necessitate divina providentia poterat humano generi esse consultum, quam per te, qui Christi cadentem Ecclesiam erigeres, illiusque sanctam fidem, quam Fideles, ac boni Christicolæ ob Principum, malorumque hominum immanitates jam pene perdiderant, confirmares, qui citra omnium invidiam solus verus Pastor per tot sæcula miro totius Populi Christiani applausu esse censeris. Ego quidem ob temporum superiorum calamitates, coactus sum hactenus velut misella vulpes, quam leporarii canes urgent, in latebris degere, quod nisi habuisem hos Salernitanorum Principes, vere virtutum omnium, ac veri Principis exemplaria, qui me semper patris loco habuere, ac ego ipsos in filios, operæ pretium mihi fuisset vivere in nemoribus, desertisque silvis ferarum more, ne tot impia scelera mortalium oculis cernerem. Ceterum sic humanissime hi duo Principes mecum egere, ut ingratissimi hominis officium mihi esse videatur, non modo eos inter alios non celebrare, sed etiam non adorare. Itaque gratulor, Pater Sanctissime, non tibi tantum, quod tanto honore fueris auctus, quippe qui pro tua modestissima integritate onus potius; quam honorem hoc esse ducas, sed multo magis universæ Christianæ Reipublicæ, ac nobis omnibus præsertim, qui a tot miseriis, in quibus tot annos versamur, tuis auspiciis liberari speramus. Immortales igitur gratias ago Deo Optimo

mo Maximo, Naturæ, atque Hominibus, qui tantum in nos beneficium contulerunt, tibi vero, quod me minimum inter ceteros ad hanc Urbem vocaveris, quem in tuorum servorum numero habere digneris. Illud unum interea tuæ Beatitudini in memoriam revoco, quod tandem moriemur omnes, nec quod vixerimus re alia posteris teſtatum relinquere poterimus, niſi vel quia ſcribenda fecerimus, vel quia legenda ſcripſerimus, quod qui neutrum fecerit, nullo pacto venturis ſe vixiſse notum faciet. De adventu autem meo ad oſculandum tuæ Sanctitatis beatiſſimos Pedes ipſam reddo certiſſimam, quod, perfecto hujus anni curriculo, quamprimum iſtuc advolabo. Illudque velim non ignores, quod tuæ Beatitudinis anteceſſores (& ſi ipſe tanto honore dignus non fuerim) nunquam ad hoc me compellere potuerunt: tua autem tanta eſt virtus, morumque concinnitas, ut non ſolum ad oſculandum illius ſanctiſſimos Pedes, ſed ut omni, quo poſsum, ſtudio, & diligentia, & calamo, & lingua eam celebrare, ac verius adorare omni tempore utique impellar. Valeat feliciſſime tua Beatitudo. Salerni ad XII. Kal. Februarias 1535.

Tuæ Beatitudinis Servulus
Auguſtinus Niphus Medices Philoſophus Sueſsanus.

(1) *Ex orig. epiſtola in Arch. Vatic. Litter. ad Paulum III. Vol.* V. *pag.* 110.

Num. XCVIII. (1)

22. *Settembre* 1536. *V. pag.* 286.

Paulus PP. III Univerſis, & ſingulis, quibus hæ noſtræ Litteræ præſentabuntur Salutem &c. Cupientes dilecto Filio Hieronymo de Eugubio, Phyſico noſtro, præſentium

tium exhibitori, ad Nos venienti commodum, & tutum iter ubique esse, omnes & singulos Nobis non subditos hortamur in Domino, subditis vero nostris mediate, vel immediate Nobis subjectis præcipimus, ut non solum dictum Hieronymum cum familiaribus, ac servitoribus, nec non carruaggiis, & aliis sarcinis, ac rebus suis per omnia Loca vestra tuto ac libere, & sine aliqua solutione gabellæ, datii, passus, portus, vel fundinavis transire, & in eis commorari permittatis, & faciatis, verum etiam ei de commodis hostiliis (2), ac victualiis necessariis pro honesto pretio, nec non de comitiva, & salvo conductu, si opus fuerit, & ipse vos requisierit, benigne ac prompte provideatis, quod recipiemus a vobis pergratum. Datum in nostra Civitate Urbisveteris &c. XXII. Septembris 1536. Anno secundo.

Fab. Vigil (3).

(1) *Ex sch. Brev. Pauli III. Arm.* XLI. *Tom.* III. *num.* 206.

(2) Cioè alberghi: vedasi il Du-Cange.

(3) Fabio Vigili Spoletino resse insiem col Palladio la Secreteria domestica, non di Clemente VII., ma soltanto di Paolo III., cui avea servito da Secretario prima ancora che fosse Papa, la qual cosa racconta esso Paolo in un Breve de' 3. di Luglio del 1539., nel qual dice ancora, che essendo egli stato in Roma Oratore della sua Patria per due e più anni ai Pontefici Adriano VI. e Clemente VII., *ita accurate, ita diligenter, & summo cum studio rem egisti, ut eamdem Communitatem, illiusque Populum a pluribus, multiplicibusque insidiis, ac periculis, tunc eis imminentibus, tua industria, & virtute servaveris, & liberaveris*. Però la Città, grata a così buon servizio, gli mandò alli 21. di Agosto del 1524. un magnifico diploma, per dichiarare immune da tutte le gravezze, e da'pesi comunitativi lui, i suoi figliuoli, e lor discendenti per sempre. Il Papa lo ha trasportato nel suo Breve, e confermatolo *tam ob tuam doctrinam, quæ singularis est, quam ob fidem, & merita, quæ doctrinæ non cedunt*, ed ha aggiunto agli esenti un suo cugino, chiamato Fabullo Vigili (*Arm.* XXIX. *Tomo* CVI. *pag.* 132.). Lo stesso Paolo nello stess'anno prorogò a un decennio la grazia, che il medesimo Clemente avea ad esso, ed a tre suoi Paesani accordata alli 20. di Settembre del 1529., di potere per cinque anni percepir le rendite di alcuni pubblici Officj di Spoleto, che per un anno si era goduti il Fisico Pontificio Sempronio Amaranto, in compenso di 2200. Scudi d'oro del Sole, che quelli aveano prestati a sua Santità (*ibid. pag.* 135. *t. T.* LXXXII. *p.* 41. *T.* CLX. *pag.* 66. *t.* 69.). Fu il Vigili Chierico del Sacro Collegio, siccome il Palladio (*ib. Tom.* CII. *p.* 68. 93. *To.* CXXVII. *pag.* 1. *t.*), Vescovo di Foligno, indi della sua Patria, trasportato a questa Cattedrale, nella qual fu Priore eziandio (*Reg. Bull. Jul. III. To.* XXIII. *pag.* 68. *To.* XXVII. *p.* 307.), non alli 24., ma alli 23. di Settembre del 1540. (*Act. consist. Tom.* CXXI. *pag.* 136. *Brev. hujus anni n.* 815. 818.). La governò per mezzo di un Niccolò Rodolfi, che elesse in Vicario generale alli 18. di Ottobre (*Arm.*

XXIX.

XXIX. *To.* CXIII. *pag.* 215. *t.*), e morendo in Roma al principio dell' A. 1553. fece luogo in essa alli 22. di Marzo, e non alli 26., al Card. Fulvio dalla Cornia (*Reg. Jul. III. To.* XXXI. *p.* 54. *t. Act. conf. Tomo* CIX. *p.* 101.). De' meriti suoi ne' buoni studj, e principalmente nella Poesia, hanno scritto recentemente il Signor Cavalier Tiraboschi (*To.* VII. *P.* III. *p.* 183.), ed il Signor Abbate Lancellotti, il qual ha pubblicati alcuni versi latini del Colocci (*p.* 62. *e* 65.), che deridono quelli del Vigili, e ha anche asserito, che questi professò nella Sapienza Romana. Non so perchè il Pontefice Giulio nol ritenesse nella Secreteria de' Brevi col Palladio suo antico Collega; so bene che tra' Secretarj Apostolici ebbe un Onofrio Vigili, parente probabilmente di Fabio (*Reg. Jul. III. in Arch. Dat. A.* 1. *To.* II. *p.* 252.), ammesso nel Collegio alli 17. di Aprile del 1550., siccome dice la serie di tali Secretarj, pubblicata nell'Opera de' lor Privilegj. Da questa poi ho saputo eziandio, che Paolo elesse il nostro Fabio per la spedizion de' Brevi senza *segnatura* nel luogo del Camerlingo, ma che non vi attese mai, lasciandone la cura, e l' esercizio tutto al Palladio (*pag.* 187.).

NUM. XCIX. (1)

24. *Gennajo* 1544. *V. pag.* 333.

PAULUS &c. Dilecto Filio Julio de Thurinis, Laico nullius Dioecesis Salutem &c.

Sine Secretario.

Ex parte tua fuit propositum coram Nobis, quod alias, seu nuper quondam Balthasar Thurinus de Piscia, Clericus nullius Dioecesis, tunc in humanis agens, Secretarius de numero participantium, & Familiaris, continuus Commensalis noster habens sufficientem a Sede Apostolica per ejus Litteras facultatem de quibusvis bonis suis mobilibus, & immobilibus, etiam ex redditibus Ecclesiasticis acquisitis, usque ad summam quindecim millium Ducatorum auri de Camera in ejus ultima voluntate testandi, & alias disponendi, condens de bonis suis in ejus ultima voluntate testamentum, post diversa legata per eum facta, in reliquis omnibus aliis, & singulis dictis bonis suis mobilibus, & immobilibus te, dilecti Filii Andreæ Thurini, etiam de Piscia, Artium, & Medicinæ Doctoris, Physici nostri, ejusdem Balthasaris fratris germani, legitimum, & naturalem natum, hæredem universalem instituit,

ſtituit, ac bona prædicta certo fideicommiſſo ſubjecit, aliaque fecit, prout in Litteris, & teſtamento prædictis, ac ſeu aliis ſcripturis, deſuper forſan confectis, plenius contineri dicitur. Et licet, ſicut eadem propoſitio ſubjungebat, mobilia, & ſemoventia ſuppellectilia, ac alia quæcumque mobilia bona, & actiones, quæ tempore obitus, & poſt obitum dicti Balthaſaris in hæreditate hujuſmodi remanſerunt, deductis domibus in Urbe, & vinea cum viridario, & illius notabili palatio extra, & prope muros dictæ Urbis exiſtentibus, de quibus ipſe Balthaſar, alias etiam abſque facultate teſtandi hujuſmodi, vigore conſtitutionum fel. recordationis Sixti IV., & Julii II., ac Leonis X. Romanorum Pontificum, prædeceſſorum noſtrorum, libere diſponere poterat, ſummam quindecim Millium Ducatorum hujuſmodi non excederent, ne tamen occaſione alicujus excedentiæ, ſeu ſuper illorum excedentia quoquo modo, tempore procedente, deſuper moleſtari, ſeu inquietari poſſis, pro parte tua Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut tibi ſi quicquid ultra, vel ſupra dictam ſummam in hujuſmodi hæreditate permanſerit, donare, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur te ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi, nec non Litterarum facultatis teſtandi, & teſtamenti prædictorum, ac quarumcumque tam publicarum, quam privatarum ſcripturarum, deſuper forſan confectarum, tenores, aliaque hic de neceſſitate exprimenda pro ſufficienter expreſſis, & inſertis haberi volentes, hujuſmodi tuis, ac præfati Andreæ in hac parte ſupplicationibus inclinati, tibi ut, ſi quicquid ultra vel ſupra ſummam quindecim millium Ducatorum hujuſmodi facultatem prædictam in ipſius Balthaſaris bonis, & hæreditate remanſerit, domibus tamen, & vinea, ac viridario, ac palatio prædictis de-

 ductis,

ductis, & exceptis, juxta voluntatem, & dispositionem dicti Balthasaris, pura, mera, & liberali donatione quæ dicitur inter vivos, etiam cum insinuatione, & quorumcumque aliorum, tam accidentalium, quam substantialium solemnitatum, in similibus forsan intervenire debentium, & forsan etiam de jure, vel ex forma statutorum, sive ejusdem Urbis reformationum, etiam novissimarum, sive ex consuetudine, vel alias quomodolibet requisitarum, ac aliorum quorumcumque tam juris, quam facti defectuum suppletione, auctoritate Apostolica tenore præsentium ex certa nostra scientia gratiose donamus, damus, concedimus, & elargimur. Quocirca Venerabili Fratri nostro Episcopo Feltrensi (2), & dilectis Filiis Præposito sæcularis, & collegiatæ Ecclesiæ B. Mariæ Terræ Pisciæ nullius Dioecesis, ac Vicario Venerabilis Fratris Nostri Archiepiscopi Florentini in spiritualibus generali per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum &c. Datum Romæ apud Sanctum Marcum Anno &c. 1543. IX. Kal. Februarii Pontificatus Nostri Anno decimo.

Donatio expeditionis per audientiam Contradictarum pro Fratre Secretarii Balthasaris de Piscia.

(1) *Ex Reg. Bull. Pauli III. To.* CCLX. *pag.* 87.

(2) Tommaso Campeggi, eletto Vescovo di Feltre al primo di Giugno del 1520. (*Act. consist. Tom.* CVIII. *pag.* 65.). L'Ughelli dice alli 27. del mese precedente.

NUM. C. (1)

15. *Luglio* 1546. *V. pag.* 389.

Li Legati, & Presidenti del Sacro Concilio Tridentino.

Illustrissimi & Magnifici Signori Colonnelli, Capitani, & altri Officiali del felicissimo Exercito di N. S. vi exhortamo

tamo a voler proveder, che nel passar per il Dominio Veronese non sia molestata, nè dannificata in alcun modo, ma havuto ogni respetto alla Villa d'Incassi sopra Caveglione, per esser del Eccellente Messer Hieronimo Fracastoro, Medico di questo Sacro Concilio. Nel che vi certifichiamo che farete non manco piacere a Sua Santità, & a Monsignor nostro Reverendissimo & Illustrissimo di Farnese Legato, che a noi medesimi, & a tutto questo sacro Concilio. Datum Tridenti 15. Julii 1546.

(1) *Ex Tom.* XL. *Arm.* LX. *pag.* 64. *Arch. Vatic.*

Num. CI. (1)

1547. *V. pag.* 389.

Depositio Medicorum super qualitate, & natura morbi ponticularum, seu lenticularum.

Requisiti fuimus Nos Hieronymus Fracastorius Veronensis, sacri hujus Concilii Medicus, & Balduinus de Balduinis de Barga, Reverendissimi & Illustrissimi D. Cardinalis de Monte Medicus ab Illustrissimis & Reverendissimis Dominis Legatis sacrosancti Concilii Tridentini, ut super prava hac infectione, quæ nunc in agro Tridentino viget, & crassatur, quas lenticulas, seu ponticulas vocant, in scriptis fideliter deponeremus sententias nostras: videlicet quæ natura sit ejus infectionis, & unde dependeat, & quæ pericula secum trahat, & quibus magis, aut minus periculosa sit. Et utrum mutatio hujus aeris præservare homines possit. Super quibus habita diligenti, & matura consideratione, existimantes & debiti nostri esse parere, atque obsequi Illustrissimis & Reverendissimis Dominis nostris, & pium consulere ubi de

 vita,

vita, & ſalute multorum agitur, concorditer, & fideliter ita reſpondemus. Primum, quod infectio hæc reducenda eſt ad genus earum febrium, quæ peſtilentes vocari ſolent: quod manifeſtum eſſe poteſt, ſi definitionem peſtilentium febrium poſitam ab auctoribus, Galeno præſertim in Epidemiis, & in de differentiis febrium, & ab Avicenna capitolo proprio, ſi etiam ſigna ab iiſdem tradita reſpiciamus. Peſtilentem enim febrem vocant, quæ & contagioſa eſt, & plures perdit. Contagioſa quidem ad differentiam aliarum, quæ putridæ ſunt, non autem contagioſæ; plures vero perdentem, ad differentiam quarumdam febrium, quæ contagioſæ ſunt, ſed ut plurimum ſalubres, ſicuti Variolæ, & Morbilli vocati. Signa vero peſtilentium febrium, quæ ipſi tradunt, ſunt, quod illæ introrſum quidem perturbant, extra vero quietæ apparent: lenes item videntur, & placidæ, maxime a principiis, ſed tamen virtutem labefactant, æger totus fractus ſibi videtur, delirium mox, aut furor ut plurimum conſequitur: oculi caligant, pulſus parvi ſunt, & rari, ſed inæquales, urinæ conturbatæ, aut quale eſt vinum granatorum, aut ſimiles ſanis, ægro nihilominus tendente ad mortem. Excrementa corrupta, liquida, fætentia tum apparent, aut abſceſſus, & bubones circa emunctoria, aut parotides circa aures, aut maculæ in dorſo, & in brachiis, quales lenticulæ ſunt, vel puncturæ pulicum, quæ, ſi recte conſideremus, videmus febres has, quas lenticulas vocant, prædicta omnia præſeferre. Nam & contagioſæ ſunt, licet non ita ſubito, & de facili, ſicut quædam aliæ peſtilentes febres: plures etiam perdunt, ut longa experientia & hic videmus, & alias vidimus in multis locis, ſicuti anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo octavo. Habent item omnia alia prædicta ſigna circa virtutem, circa fractionem, circa pulſum, circa urinas,

nas, & excrementa. Sed illud potiſſimum, quod apparent fere omnibus maculæ circa dorſum, & brachia, & pectus, quæ lenticulis, aut puncturis pulicum ſimiles ſunt, unde nomen accepere. Quare nemini dubium eſſe debet, quin febres hæ ad genus peſtilentum reduci debeant. Verum cum multi gradus inter illas ſint, & differentiæ multæ, iſtæ quidem non exacte peſtilentes, & ſævæ ſunt, ſed in primis gradibus peſtilentum conſtitutæ: inter quas & ſui etiam gradus ſunt, & aliæ minus, aliæ magis contagioſæ, & ſævæ cernuntur. Conſiſtit autem malignitas earum in modo quodam putrefactionis malæ, quæ valde larga, & profunda eſt, ac ſordida, ut plurimum in maſſa ſanguinis facta, in qua ſeminaria quædam gignuntur, quæ ad alium delata, contagionem, atque infectionem conſimilem inferunt, quæ animæ, & ſpiritibus, tanquam venenum quoddam, inimica plurimum eſt. Fit autem mala illa, & ſordida putrefactio interdum quidem in nobis primo, interdum extrinſece concipitur: quandoque quidem ab uno in alium recepta, quandoque ab aere, in quo ſeminaria conſimilia putrefactionis gigni ſolent, quoniam & aer ipſe diverſimode corrumpi conſuevit. Quare attractus & per anhelitum, & per venas immittit ſeminaria in nos, unde mala illa, & contagioſa accidit putrefactio. Videtur autem quæ nunc viget infectio ex aere potiſſimum dependere, cujus ſignum eſt, quod ubique jam, & in hac Civitate, & in Vicis, & Villis late craſſatur. Quod nec in contagione unius ab alio, nec in particularem aliam diſpoſitionem referri poteſt, ſed in aerem ſolum. Pericula autem, quæ ſecum trahit hæc infectio, ſatis manifeſta ſunt. Nam primum febris ex qualibet levi cauſa, & occaſione innaſcitur, ex qua ut plurimum homines pereunt, & qui evadunt, alii ſurdi remanent, alii ſine memoria, alii obtuſi

inge-

ingenio. Sunt autem in periculo alii magis, alii minus. Magis qui vel natura, vel usu humidiores sunt, & immundi victus, qui latorum pororum, qui negociorum multorum sunt, & sanguinem agitant. Sed, quod maxime considerandum est, magis videntur periclitari nobiles, & delicati, quam plebes; quod contra fit in veris pestilentibus, in quibus plebs magis periclitatur, quam nobiles. Causa diversitatis est, quod pestilentia magis concipitur ab uno in alium, minus autem ab aere. In hac autem infectione e contra fit. In pestilentia igitur plebs propter paupertatem, & incommoditatem multorum, & necessitatem conversandi magis patitur. In hac autem febri minus, quia minus ab aere patitur, quia magis resistit propter robur, & fortitudinem corporis. Magis autem nobiles, utpote delicati, propter quod nobiles periclitantur magis. Quapropter promptum est unicuique videre quam salutaris esse possit mutatio aeris. Atque hæc sunt, quæ nobis super quæsitis respondenda visa sunt. In quorum fidem manu propria subscripsimus.

Ego Hieronymus Fracastorius manu propria subscripsi.

Ego Balduinus de Balduinis manu propria subscripsi.

Die x. Martii 1547. Tridenti, in ædibus residentiæ Reverendissimorum & Illustrissimorum DD. Legatorum sacrosancti Concilii, mei Notarii præsentia, & honorabilium virorum D. Ambrosii Monticulæ Presbyteri Lunensis Sarazanensis Diœcesis, & D. Ludovici Mingotii, Layci Britonoriensis testium ad hoc specialiter vocatorum, Magnificus & egregius Artium, & Medicinæ Doctor D. Hieronymus Fracastorius suprascriptus, ipsius sacri Concilii Medicus conductus, & stipendiatus, recognovit medio juramento, manu tactis Scripturis, suprascriptam depositio-

ſitionem, & manum ſuam in ea appoſitam, & confirmavit, & ratificavit omnia in ea depoſitione contenta eſſe vera, & ſe illam depoſitionem feciſſe pro veritate, & nulla alia cauſa, remoto a ſe omni humano affectu. Addendo inſuper hæc verba, videlicet. *Io giuro ſopra queſte Lettere, che chi mi donaſse cento ſcudi il giorno, non ſtarei quì un Meſe: et chi ci ſtarà, ſe ne pentirà.*

Eiſdem die, anno, loco, & teſtibus. Magnificus & egregius Artium, & Medicinæ Doctor D. Balduinus de Balduinis Medicus familiaris, & domeſticus Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi D. Cardinalis de Monte, Legati ſacroſancti Concilii, recognovit depoſitionem ſupraſcriptam, & manum ſuam: jurans ad ſancta Dei Evangelia, contenta in ea vera eſſe, & ſe ea dixiſſe, & dicere pro veritate, & quia ſic dictat conſcientia ſua, & pro exoneratione ſuæ conſcientiæ.

(1) *Ex Actibus orig. Conc. Trid. in Tabul. Arc. S. Ang. Vol. A. p.* 428. *t.*

Num. CII. (1)

21. *Maggio* 1550. *V. pag.* 397.

Dilecto Filio Magiſtro Auguſtino Ricchi de Luca, Medico noſtro Julius PP. III.

Dilecte Fili Salutem &c. Cum antea multorum relatione audiſſemus de tua excellenti doctrina in phyſicis, & arte medica, acceſſit poſtea teſtimonium, & commendatio dil. Filii noſtri Marcelli Cardinalis S. Crucis, Nobis omni amore conjunctiſſimi, cui in ejus gravibus ægritudinibus ſæpe ſalutarem operam præſtitiſti (2). Quamobrem te in Medicum domeſticum noſtrum ad quinquennium a data præ-

præsentium inchohandum, & deinde ad beneplacitum nostrum, eligimus, & conducimus cum salario annuo ducentorum scutorum auri, quod tibi super extraordinariis nostræ Thesaurariæ Romandiolæ persolvi volumus. Mandantes dil. Filio Guidoni Ascanio Sancti Eustachii Diacono Cardinali nostro, & S. R. E. Camerario (3), nec non Thesaurario dictæ Provinciæ (4), & omnibus aliis, ad quos spectat, vel spectabit, ut tibi de dicto salario singulis mensibus, & in fine cujuslibet mensis a data præsentium incipiendo continue persolvi mandent, & efficaciter faciant. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XXI. Maii 1550. Anno primo.

(1) *Ex Brev. Julii III. Arm.* XXIX. *Tom.* CLXI. *pag.* 175. *t. item Arm.* XLI. *Tom.* LVI. *num.* 456. *e* 457.

(2) Avea il Secretario Blosio scritto da principio in vece delle parole *omni amore conjunctissimi &c.* così, *cujus ex diutino & gravi morbo liberatio tuæ in primis curationi post Deum accepta refertur; quæ eo Nobis gratior fuit, quo ipsius ægritudine ob nostram in eum singularem benevolentiam ejus virtutibus debitam conflictati, ex incolumitate posmodum recreati, ac plurimum lætati sumus. Quamobrem &c.* Mi persuado che dovesse egli cancellare così amplo elogio per desiderio dello stesso Cardinale, modestissimo in ogni sua azione, e santissimo.

(3) Morto che fu il Card. Agostino Spinola, il qual succedette nel Camerlingato all'Armellini agli 8. di Giugno del 1528. (*Arm.* XXIX. *Tom.* LXXXI. *pag.* 61. *t. Diar. mss.*), fu questo posto conferito al Cardinal di S. Fiora Guido Ascanio Sforza alli 22. di Ottobre del 1537. (*Tom.* CVII. *pag.* 61. *Act. cons. Tom.* CVIII. *pag.* 289. *Miscell. Arm.* VI. *Tom.* LXXXVI. *p.* 61. Diarj del Fermani), e confermatogli da Giulio III. alli 22. di Febbrajo del 1550. (*Reg. Tom.* XXXIV. *p.* 110. *t.*).

(4) Era in quest' anno Tesoriere della Provincia di Romagna Benvenuto Olivieri Fiorentino, e Depositario Pontificio (*Arm.* XXIX. *To.* CXXII. *p.* 161. *t.*), nominato per un settennio nel 1545., il qual avea tenuta ne' cinque anni precedenti la Tesoreria di Perugia, e dell' Umbria (*ib. p.* 52. *To.* CXXIV. *p.* 119. 119. *t.*). Fu uno de' Secretarj Apostolici partecipanti sotto Paolo III., avendo alli 26. di Settembre del 1537. comprato il posto ceduto dal detto Cardinale Spinola (*Reg. Paul. III. Tomo* CCXLIX. *pag.* 369.), e al primo di Marzo del 1542. l'altro, che vacò dopo la morte di Niccolò Ardinghelli, Vescovo di Fossombrone (*To.* CCLVII. *p.* 282.): alli 30. di Agosto dell' Anno, in cui passò al Tesorierato di Romagna, rinunciò questo secondo a Giulio Grandi (*T.* CCVI. *pag.* 163.), che il primo avealo ceduto nel 1539. ad Uberto Strozzi (*V. Privileg. Secretar. &c. p.* 148. 150. 151. 152. 174.).

NUM.

Num. CIII. (1)

7. *Giugno* 1550. *V. pag.* 418.

Theodoro de Sacerdotibus Hebræo, Medico nostro
Julius PP. III.

Viam veritatis agnoscere, & agnitam custodire. Cum fide dignorum relatione audiverimus tu multiplici doctrina in Physica, Medicina, & aliis Facultatibus præditus sis, Nos opera & virtute tua uti volentes, te Medicum nostrum cum provisione annua per Nos declaranda deputamus, & ad nostra servitia reducimus, per præsentes hortamur te, ut tuo commodo quamcitius poteris ad Nos venias. Datum Romæ apud Sanctum Petrum die VII. Junii MDL. Anno primo.

Blosius.

(1) *Ex Brev. Julii III. Arm.* XXXIX. *Tom.* LVII. *pag.* 62. *t.*

Num. CIV. (1)

28. *Decembre* 1551. *V. pag.* 394.

Dil. Filio Nobili Viro Andreæ de Auria,
Principi Melfii Julius PP. III.

Dil. Fili Salutem &c. Vacante nuper Ecclesia Marianense per obitum bo. mem. Octaviani Cibo, olim Episcopi Marianensis, extra Romanam Curiam defuncti, Nos Ecclesiæ illi de persona dil. Filii Balduini de Balduinis, Clerici Lucanæ Diœcesis, Familiaris nostri antiqui de venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio

Apoſtolica auctoritate providimus, in quo Nos quidem non minus Eccleſiæ illi, quam eidem perſonæ conſuluiſſe putamus: facit enim virtus, & probitas dicti Balduini, longa Nobis experientia cogniti, ut firmiter ſperemus, quod Eccleſia, & Populus ille Marianenſis, qui, ſicut accepimus, per multos annos ſuos Præſules non viderunt (2), magnam ſint ex hac proviſione conſolationem recepturi. Quamobrem cum ipſe Balduinus Electus Procuratores ſuos cum Litteris noſtris ſub plumbo ad capiendam poſſeſſionem dictæ Eccleſiæ ad præſens mittat, brevi poſtea eo perſonaliter profecturus, rem, & perſonam, quæ præter virtutem, & probitatem, ob ſingularia etiam ſua in Nos merita cariſſima Nobis eſt, & paterne a Nobis amatur, tuæ Nobilitati omni, quo poſſumus, ſtudio commendamus, & ab ea petimus, ut apud iſtos tuos Cives, ad quos Nos etiam ſcribimus, auctoritatem, & gratiam tuam interponas, ut dicta poſſeſſio ipſis Procuratoribus favorabiliter tradatur. Quod ſicut a tua Nobilitate pro ſua in hanc Sanctam Sedem reverentia, & in Nos obſervantia certo expectamus, ita gratiſſimum ab ea recipiemus. Datum Romæ &c. 28. Decembris 1551. Anno primo.

Gal. (3).

(1) *Ex iiſd. Brev. Arm.* XLI. *To.* LXII. *num.* 1056.

(2) I tre Veſcovi di Mariana, che precedono il Balduini, furonò tutti di Caſa Cibo, Innocenzo, Ceſare, ed Ottaviano, o Ottavio: e lo ſteſſo Giov. Battiſta Uſodimare, che andò avanti a queſti, diſcendeva da una Cibo, e Cibo perciò chiamaſi da alcuni. Ad eſſi adunque appartiene la querela de' Marianeſi.

(3) Con queſte tre lettere, iniziali del ſuo nome, ſi ſottoſcrive ſempre a' Brevi di Giulio III. il famoſo Secretario Galeazzo Florimonte, che il Maſſarelli ci narrò poc'anzi quando fu invitato a tale occupazione inſiem coll' Amaſeo. Per le Lettere, e pe' Brevi (non parlo ora delle Bolle) ebbe quel Papa Secretarj il Canani, il Maſſarelli, il Bini, Paolo Sadoleto, e Trifon Benci, che nomina il Buonamici, e di più Girolamo Dandini, e Pietro Camajani, ſiccome udirem fra poco. Lo ſteſſo Maſſarelli diſcorrendo altrove de' Miniſtri, ed Officiali, che quegli nominò ſubito dopo la ſua creazione, diſse (*pag.* 341.). *Hieronymum Dandinum, Epiſcopum Imolenſem, Secretarium, qui & Litteras nomine Pontificis ſcribendas ſignaret, & quæ ad S. S. mitterentur, reciperet: treſque alios Secretarios addidit,*

dit, *vid. Julium Cananum Ferrar.*, & *me Ang. Masſarellum de S. Severino*, *ac Triphonem Bencium de Aſſiſio*. Tornando al Florimonte, di cui molto il Chioccarelli (*de Scriptor. Regni Neap. Tom.* I. *pag.* 190.), e il Tiraboſchi (*Tomo* VII. *Par.* I. *pag.* 453.), trovo che fu conſecrato Veſcovo in Bologna dal Sacriſta Pontificio, ſecondo l'ordine che a queſto diede il Camerlingo alli 26. di Marzo del 1543. (*Arm.* XXIX. *Tom.* CXXIX. *pag.* 154.), che alli 21. di Settembre dell'anno dopo, atteſa la minorità dell'Eletto Arciveſcovo di Napoli Ranuccio Farneſe, fu deputato ad eſercitare per eſſo la giuriſdizione ſpirituale, e agli 8. di Novembre anche la temporale (*Brev. hujus anni num.* 673. 727.), e che Giulio lo chiamò a ſe ne' primi giorni del ſuo Papato col ſeguente onorevoliſſimo Breve delli 2. di Febbrajo del 1550. (*Arm.* XLIV. *To.* II. *p.* 20.). *Aſſumptionem noſtram ad Pontificatum licet alii tibi, & fama jam ipſa nunciaverint, Nos tamen etiam ſignificare noſtris Litteris voluimus, quo magis gauderes. Non enim dubitamus te gaviſurum, cum tantum te amemus, quantum tuæ eximiæ virtutes poſtulant, quarum uſum apud Nos capere, teque ipſo frui optantes, hortamur ut ad Nos, quam citius poteris, venias. Venies enim gratiſſimus Nobis, teque apud Nos libenter habebimus, cum ex familiari & intima experientia noverimus cujuſmodi ſit virtus, & probitas tua.*

Non fu egli meno deſiderato da Paolo IV., che alli 6. di Settembre del 1556. mandolli pur un ſuo Breve, il cui principio è queſto (*ib. Tom.* IV. *pag.* 127. *t.*), *Menſe proximo Junii cum Fraternitatis tuæ Litteras accepiſſemus, parum abfuit, quin ſtatim eis perlectis te ad nos accerſeremus, tantopere te videre, atque alloqui cupiebamus. Verum eo anni tempore, & ætate iſthac tua maluimus tuæ valetudinis, quam deſiderii noſtri habere rationem. Nunc quando æſtas præteriit, rebus Eccleſiæ iſtius ita conſtitutis, ut aliquandiu ab ea poſſis abeſſe, te, quod tuo commodo fiat, ad iter accinges, ut, cum Nobis opportunum viſum fuerit, te huc in almam Urbem conferas, ſicuti nunc noſtro nomine dilectus Filius Jo. Franc. Binus, Secretarius noſter, ad tuam Fraternitatem ſcribet.*

NUM. CV. (1)

5. *Gennajo* 1555. *V. pag.* 406.

Dil. Filio Franciſco Fregimelicæ, Artium, & Medicinæ Doctori, Phyſico, & Familiari noſtro.
Julius PP. III.

Dil. Fili Salutem &c. Venerabiles Fratres Jacobus Bellicaſtrenſis, & Balduinus Averſanus Epiſcopi ex Litteris tuis retulerunt, quam tu libenti animo ad ea, quæ juſſu noſtro ad te ſcripſerant, Nobis es ſatisfacturus. Quare nil aliud reſtat, niſi ut adventum tuum expectemus, ea utique ſpe, ut tua ſingulari doctrina, atque opera, non ſolum noſtræ, ac noſtrorum, ſed etiam hujus almæ Ur-

bis Civitatis univerſæ valetudini plurimum profutura ſit. Itaque quam primum (quod tuo commodo fiat) te ad Nos poteris conferre, omni paterno affectu a Nobis excipiere. Cætera quæ ad noſtram erga te voluntatem attinent ex ipſorum Epiſcoporum Litteris iterum cognoſces. Quibus fidem præſtabis, Nos enim quidquid tibi ab eis oblatum, & promiſſum fuerit, ratum ſemper & gratum habituri ſumus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die v. Januarii 1555. Anno quinto.

J. Fr. Bin. (2).

(1) *Item ex Brev. Julii III. Arm.* XLIV. *Tom.* IV. *pag.* 14. *t. Tom.* VI. *pag.* 53.

(2) Di Giov. Franceſco Bini Fiorentino, il qual *fu invilluppato ne' Cardinali, ne' Papi, negl' Imperatori, negli abboccamenti, ne' viaggi, negli alloggiamenti, nel gridar con gli hoſti, et mille altri diſagi*, ſiccome ſcherzando una volta ſeco diſse Claudio Tolomei (*Raccolta di Lettere del Pino Lib.* III. *n.* 128.), baſta quello ne hanno ſcritto il Mazzuchelli, ed i Signori Abati Coſtanzi (*Epiſt. famil. Sadoleti Part.* I. *p.* 177.), e Lancellotti (*Vita del Colocci pag.* 123.). Aggiugnerò io ſolo in queſta nota una Lettera non più ſtampata del Sadoleto ad Ippolito de' Medici prima che foſse Cardinale, la qual parla di lui, tolta da una minuta originale di quell' elegantiſſimo ingegno, che con più altre ſue compagne conſervaſi nell' Archivio Vaticano. *Jo. Franciſcus Binus meus eſt ab epiſtulis. Is patrem habet N. . . . Binum, virum bonum, & propter bonitatem in re ſua familiari vehementer attritum, qui paucis his diebus Florentiam profectus eſt, tum ut tranſigat quod iſtic habet negotii quiddam & controverſiæ, tum vero ut reliquias ſuarum fortunarum aliquando conſtituat. Veritus autem, ne propter hanc ſuſpitionem urbanæ peſtilentiæ diutius, quam par ſit ab Civitatis introitu arceatur; affert ille quidem ſecum, ut audio, fidem Conſulum ſuæ Nationis, nihil ſibi neque domi, nec in vicinia proxima accidiſse periculi: ſed & meam apud te commendationem ſibi uſui fore non mediocriter exiſtimavit, quam ego libenter tribui & patri ipſi, & ejus filio, qui ingenio, fidelitate, doctrina admodum mihi ſatisfacit. Quapropter, mi jucundiſſime Hippolyte, abs te oro & poſtulo, ut eum mea cauſa tibi quam commendatum accicipias, ut ne diutius, quam & conſuetudo veſtra fert, & honeſtas extra mœnia manere cogatur; & in ſuis negotiis omnibus, quæ abs te honeſte & jure poſtulaverit, ea per tuam virtutem, atque juſtitiam facile & celeriter conſequatur. Facies tu mihi in hoc rem valde gratam. Ego, quod alias tibi me ſcripſiſſe memini, id & nunc repeto, & ſemper infixum in animo habiturus ſum, vinculum amoris, & obſervantiæ meæ erga te nullam rem aliam unquam, niſi mortem unam, eſse diremptu ram. Quamobrem ſic tibi perſuade quicquid ego ſum, aut eſſe poſſum, id totum in tuo ære & fuiſse jam pridem, & futurum eſse ſemper. Vale ex Urbe* x. *Cal. Oct.* (*Arm.* XLV. *To.* XLII. *pag.* 2.).

NUM.

Num. CVI. (1)

28. *Giugno* 1561. *V. pag.* 433.

Dilecto Filio Nobili Viro Cosmo Medices, Florentiæ ac Senarum Duci Pius PP. IV.

Dilecte Fili Nobilis Vir Salutem &c. Venerabilis Frater Simon Episcopus Lunensis Sarzanensis, Prælatus domesticus noster, quem ob ejus eximiam doctrinam, probitatem, veteremque, & perquam familiarem Nobiscum consuetudinem majorem in modum diligimus, ad Ecclesiam, sponsam suam, invisendam proficiscitur, quem Nos, ut hominem Nobis imprimis charum, & jucundum non libenter, ut vero Episcopum, qui ratione sui officii gregem, divina dispositione sibi commissum, sollicite, atque accurate procurare tenetur, non inviti a Nobis dimisimus. Itaque has nostras Litteras ei ad Nobilitatem tuam dedimus, ipsumque tibi ita commendamus, ut majore studio commendare non possimus, & quoniam bona pars suæ Dioecesis in ditione tua constituta est, te etiam atque etiam hortamur in Domino, ut, quibuscumque in rebus opus fuerit, ei tuam opem, & favorem benigne liberaliterque impartiri, ac præstare velis, ut munus sibi injunctum, quoad ejus fieri potest, plene, ac diligenter administrare valeat, in quo rem sane piam, & Nobis tua Nobilitas faciet gratissimam. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 28. Junii 1561. Anno secundo.

Cæsar Glorierius.

(1) *Ex Brev. Pii IV. Arm.* XLII. *Tom.* XV. *num.* 172.

Num.

Num. CVII. (1)

28. *Novembre* 1561. *V. pag.* 437.

Pius &c. Dilecto Filio Johanni Francisco Manfredo, Clerico Cremonensi, Librorum Bibliothecæ nostræ Vaticanæ Correctori, & Revisori, Artium, & Medicinæ Magistro, Familiari nostro Salutem &c.

Caesar Glorierius (2).

Grata familiaritatis obsequia, quæ Nobis hactenus impendisti, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistis, nec non litterarum scientia, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus personam tuam tam familiari experientia, quam etiam fidedignorum testimoniis juvari percepimus, Nos inducunt, ut te specialibus favoribus, & gratiis prosequamur. Cum itaque Officium Correctoris (3), & Revisoris Librorum Bibliothecæ nostræ Vaticanæ, quod quondam Gabriel Faernus, ejusdem Bibliothecæ Corrector, & Revisor, dum viveret, obtinebat, per obitum ejusdem Gabrielis, qui apud Sedem Apostolicam diem clausit extremum, aut, sicut accepimus, alias vacaverit, & vacet ad præsens, Nos volentes te, etiam Physicum, & continuum Commensalem nostrum, de cujus fide, sufficientia, & diligentia plurimum in Domino confidimus, præmissorum obsequiorum, & meritorum tuorum intuitu favore prosequi gratioso, teque a quibusvis excommunicationibus &c. absolutum fore censentes, Motu proprio non ad tuam, vel alterius pro te Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera liberalitate, & ex certa scientia nostra te, quoad vixeris, Correctorem, & Revisorem Libro-

brorum Bibliothecæ prædictæ cum omnibus, & singulis honoribus, oneribus, salario, provisione, emolumentis, regalibus, facultatibus, & privilegiis, quibus idem Gabriel, dum viveret, Officii hujusmodi ratione gaudebat, seu quæ habebat, aut gaudere, & habere debebat, aliisque suis juribus solitis, & consuetis Apostolica auctoritate tenore præsentium facimus, constituimus, & deputamus, ac Officium Correctoris, & Revisoris Librorum Bibliothecæ hujusmodi, etiam si nunquam in usu, nec ita concedi solitum fuerit, illud harum serie erigentes, & instituentes, ac salarium, & emolumenta prædicta, quatenus ad dilectum Filium nostrum Alphonsum Sanctorum Johannis & Pauli Diaconum Cardinalem, modernum, & pro tempore existentem dictæ Bibliothecæ Bibliothecarium, vel Bibliothecarii Officium pertineant, ab illo separantes, & segregantes, illaque dicto sic erecto Officio applicantes, & appropriantes, sive ab ejus primæva erectione, sive per obitum hujusmodi, aut alias vacet, cum iisdem honoribus, oneribus, salario, & emolumentis tibi eadem auctoritate, & tenore concedimus, & assignamus: teque quoad Officium, ejusque liberum exercitium, ac omnia, & singula alia supradicta in locum prædicti Gabrielis substituimus, & surrogamus, decernentes te ad dictum Officium, & liberum exercitium, aliaque præmissa in locum ejusdem Gabrielis admittendum, & recipiendum, tibique de salario, & provisione, regalibus, emolumentis, aliisque juribus præmissis respondendum esse, ac recipi, admitti, & responderi debere, teque ab eodem Officio nullo unquam tempore, etiam per prædictum Alphonsum Cardinalem, & pro tempore existentem Bibliothecarium, etiam si Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis fuerit, removeri, seu destitui, sed illud, quoad vixeris, etiam una cum quacumque Cathe-

drali,

drali, & Metropolitana Ecclesia, ad quam forsan te promoveri, cuique te in Episcopum, seu Archiepiscopum præfici contigerit, ac aliis Beneficiis ecclesiasticis; quomodocumque, & qualitercumque qualificatis, per te nunc, & pro tempore obtentis, ac fructibus, redditibus, & proventibus ecclesiasticis, ac pensionibus, annuis etiam, ut prius retinere, illudque per futuras promotionem, & præfectionem hujusmodi, ac muneris consecrationis susceptionem minime vacare: ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Quocirca præfato Alphonso Cardinali per Apostolica scripta Motu simili mandamus, quatenus per se, vel alium, seu alios faciat auctoritate nostra realiter, & cum effectu te, vel Procuratorem tuum nomine tuo ad hujusmodi officium, ejusque liberum exercitium, nec non honores, onera, salarium, provisionem, & emolumenta, regalia, facultates, privilegia, aliaque jura solita, & consueta in locum dicti Gabrielis, amoto quolibet alio ipsum Officium forsan obtinente, seu exercente, quem etiam Nos harum serie amovemus, & amoveri volumus, recipi, & admitti, tibique de salario, & emolumentis, aliisque juribus prædictis integre respondere. Contradictores &c. Non obstantibus nostra de jure quæsito non tollendo, & aliis constitutionibus &c. Nulli ergo &c. hanc paginam nostræ absolutionis, facti, constitutionis, deputationis, erectionis, institutionis, separationis, segregationis, applicationis, appropriationis, concessionis, assignationis, substitutionis, surrogationis, decreti, mandati, amotionis, voluntatis, & derogationis infringere &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1561. IV. Kal. Decembris Anno secundo.

Fed. Cardinalis Cæsius.

C. Douyer.

(1) *Ex Reg. Bull. Pii IV. To.* LXXII. *pag.* 306.

(2) Al Breve precedente pose il Glorieri il suo nome come Secretario de' Brevi; fa ora altrettanto a questa Bolla come uno del Collegio de' Secretari Apostolici, nel qual venne alli 16. di Agosto del 1553. introdotto, avendogli il suo luogo ceduto Ippolito Capilupi (*Privileg. Secretarior. &c. pag.* 149.). Ne fu però cacciato al terminare dell' A. 1584. per le note cagioni da Gregorio XIII., ed i suoi beni, de' quali è nell'Archivio di Castel S. Angelo una diligente descrizione (*Arm.* 1I. *Caps.* 1I. *n.* 53.), confiscati. Si rifuggiò egli allora con i figliuoli a Firenze, e morto il Pontefice, fece subito riveder la sua causa, ed ottenne di essere reintegrato della carica toltagli, ma a tali condizioni, che, non parendogli oneste, non volle accettare (*Privil. &c. pag.* 107. 128. 218. 219. 223.). Seguitò pertanto a litigare: ed io ho lette in due Codici della Biblioteca Barberini le Scritture fatte per ciò negli anni 1591. e 1592. (*num.* 3021. *pag.* 1. 3023. *p.* 23.). Ebbe con esso molta amicizia il Poggiano, il qual scrivendo nel 1567. al di lui figliuolo Alessandro, cui *magnis illustribusque laboribus ad honores viam muniverat*, lo dice *clarum in primis, & ornatum virum* (*Epist. To.* IV. *pag.* 324.). Ho quì due Secretari delle Lettere, e de' Brevi di Pio IV. da aggiugnere al Catalogo Buonamiciano, Francesco Aragona, e Tolomeo Gallio; il primo si sottoscrive a' Brevi anche di Paolo IV. nel 1559.

(3) Quale l'officio si fosse di cotesti Correttori latini, che alcuno ha confusi con gli Scrittori, lo dice lo stesso Pio IV., il qual di un nuovo Officiale, di un Correttore cioè de' Codici greci (due disse Monsign. Assemanni) arricchì la Biblioteca Vaticana, pubblicando un Motu proprio agli 8. di Gennajo del 1562., di cui è questa la parte, che interessa la storia delle Lettere (*Arm.* LII. *To.* 1. *p.* 254. *t.*). *Licet retroactis temporibus diversi Romani Pontifices, prædecessores nostri, pro ampliatione Bibliothecæ Vaticanæ ad eam diversa diversarum Scientiarum, & Artium, ac etiam Sacræ Paginæ tam græce, quam latine conscripta volumina maximis studio, & expensis deferri curarunt; ac ne illa nimia vetustate deperirent, inutiliave redderentur, pro illorum conservatione, & augmento quædam Officia Scriptorum, Librariorum nuncupatorum, quæ, cum opus esset, eadem volumina rescribere, illaque bene compacta, ac omni ex parte sana manutenere, & alia, quibus Bibliotheca ipsa careret, aliunde transcribere, ac ad eam transportare deberent, instituerunt. Nihilominus tamen attenaentes hujusmodi sic instituta Officia, cum Scriptores ipsi, potissimum in litteris græcis, multa hactenus scripserint, & in præsentiarum incorrecte scribant, ac propterea genuinus sensus, veraque illorum interpretatio mutetur, legentiumque intellectus quam multimode distrahantur, pro tam celebris, ac Scriptorum quorumcumque opulentissimæ Bibliothecæ manutentione non sufficere: idcirco ne volumina græca, cum latinis abunde provisum sit, quæ inibi nunc reconduntur, & recondentur imposterum, hujusmodi Scriptorum imperitia in orthographia deformata reperiantur, viro aliquo probo, in eisdem litteris græcis erudito, multumque versato, qui eorumdem voluminum græcorum scripturam depravatam orthographiae* (sic) *corrigat, & emendet, ac circa hæc diligentem curam adhibeat, maxime opus esse censemus. Nos igitur eorumdem prædecessorum vestigiis inhærendo, præmissis nostræ provisionis ope providere volentes, Officium Correctoris græcorum voluminum hujusmodi in dicta Bibliotheca pro uno probo viro in eisdem litteris græcis erudito, & multum versato, Correctore nuncupando, qui, si quid in eorumdem voluminum græcorum scriptura, & orthographia depravatum repererit, corrigere, & emendare, ac ad veram debitamque orthographiam redigere habeat, ex certa nostra scientia; ac de Apostolicæ potestatis plenitudine auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo erigimus, & instituimus, nec non pro substentatione Correctoris eorumdem voluminum græcorum pro tempore existentis, eidem Correctori salarium menstruum decem Duc. auri de Camera ex Alumeriarum Tulphæ veteris, aut aliis bonorum, & rerum Cameræ Apostolicæ fructibus persolvendum constituimus &c.... Et nihilominus de vitæ ac morum honestate, eximiaque in græcis litteris eruditione, & sufficientia dil. Filii Matthæi de Varis, Clerici Corcirensis, quem, sicut accepimus, alias fel. rec.*

rec. Paulus Papa III., etiam prædecessor noster, ad corrigendum Libros græcos, qui tunc temporis ex præfata Bibliotheca imprimendi promebantur, cum simili salario decem ducatorum similium ex redditibus Alumeriarum Tulphæ hujusmodi singulis mensibus solvendorum, constituerat, & deputaverat, ad plenum informati, ac sperantes, quod ipse ea, quæ ad hujusmodi correctionis Officium spectant non minus docte, quam diligenter & studiose exequetur. Idcirco eidem Matthæo specialem gratiam facere volentes Officium Correctoris hujusmodi, ab ejus primæva erectione vacans, eidem Matthæo quoad vixerit exercendum cum omnibus honoribus, oneribus, salariis, & emolumentis, privilegiis, & exemptionibus, immunitatibus prædictis auctoritate, scientia, & tenore prædictis concedimus, & assignamus.

Num. CVIII. (1)

30. *Novembre* 1564. *V. pag.* 403.

Vitellotius S. Mariæ in Via Lata Diaconus Cardinalis Vitellius, S. R. E. Camerarius (2), & Rom. Gymnasii Archicancellarius dilecto nobis in Christo egregio Artium & Medicinæ Doctori, Domino Hippolyto Salviano, Laico Civitatis Castelli Salutem in Domino.

Inducti eximia rerum peritia, fidei sinceritate, prudentia, ac multiplici agendorum experientia, aliisque compluribus, eisdemque præcellentibus virtutibus, quibus te præditum novimus, sperantesque, quod cui te præfecerimus negocio, illud omni cum laude conficies, de mandato Sanctissimi D. N. Papæ, vivæ vocis oraculo nobis facto, & auctoritate nostri Camerariatus Officii harum serie te in Collegio Dominorum Medicorum Almæ Urbis pro gradu Doctoratus in Artibus, & Medicina promovendis dando Locumtenentem nostrum cum honoribus, oneribus, facultate, auctoritate, & emolumentis solitis & consuetis ad beneplacitum nostrum constituimus, & deputamus: dantes tibi in præmissis plenam facultatem, & auctoritatem præfatorum Dominorum Medicorum Collegio tempore promotionum, per eos faciendarum, nomine nostro præsidendi, ac promovendos quoslibet ad dictum

ctum gradum Doctoratus assumendi, ac in Artibus, & Medicina hujusmodi Doctores creandi, illisque insignia de more debita dandi, & concedendi, ceteraque faciendi, dicendi, exercendi, & exequendi in præmissis necessaria, & opportuna. Mandantes propterea eidem Collegio Medicorum, singulisque illius personis, ceterisque, prout ad eos respective spectat, & in futurum spectabit, in virtute sanctæ obedientiæ, ut te ad hujusmodi Locumtenentis Officium, ejusque liberum exercitium recipiant, & admittant, receptumque, & admissum tueantur, ac de dictis emolumentis tempore debito respondeant. Alioquin &c. In contrarium &c. In quorum &c. Dat Romæ in Camera Apostolica die ultima Mensis Novembris 1564. Pontificatus in Christo Patris & Domini Nostri Domini Pii divina providentia Papæ IV. Anno quinto.

Hier. de Tarano.

(1) *Ex To.* CCXVII. *Arm.*XXIX. *p.*127.

(2) Subito che si fu partito da noi il Card. Sforza, Pio IV. alli 15. di Ottobre del 1564. nominò Pro-Camerlingo il suo Datario Francesco Alciati (*Arm.*XLII. *T.* XXI. *p.*312. *Arm.*XXIX. *To.* CCXXIII. *p.*123.), e alli 10. di Novembre fece Camerlingo il Card. Vitelli, che avea pagati 70. mila scudi d'oro in oro (*Arm.* XLII. *To.*XXV. *p.* 40. *Reg Offic. Pau. III. &c. p.*116. *t.*), e alli 17. pubblicò la Bolla per tal destinazione (*Regest. Pii IV. Tom.* LXXVIII. *pag.*442.). Fu Uomo assai studioso, massimamente della Storia ecclesiastica, e però nell'assenza del Card. Caraffa esercitò egli l'officio di Pro-Bibliotecario Apostolico (*Arm.* XXIX. *Tom.* CCXVII. *pag.* 122. *t.*).

NUM. CIX.

24. *Gennajo* 1565. *V. pag.* 437.

Pius Papa IV. Motu proprio &c.

Cum pro Reipublicæ utilitate, & hujus S. Sedis honore, atque excellentia magnopere expediat in Bibliotheca nostra Vaticana Viros eruditos, ac fide, & integritate probatos ad diversa Officia confovere. Nos in hanc cogita-

gitationem frequenter incumbentes, ac volentes eidem Bibliothecæ de persona secundum cor nostrum utili & idonea, quæ in munere correctionis, & revisionis Librorum illius sciat, velit, & valeat diligenter versari, & propterea constitutionem, & deputationem dil. Filii Johannis Francisci Manfredi, Clerici Cremonensis, olim Physici domestici, & familiaris, continui Commensalis nostri in Correctorem, & Revisorem Librorum Bibliothecæ hujusmodi olim per Nos ad vitam dicti Johannis Francisci, qui postmodum, suis exigentibus culpis, in carceres conjectus fuit, Motu simili factas ex certa scientia, & mera deliberatione nostra revocantes, ac Litteras desuper confectas, etiam si per eas dicto Johanni Francisco specialiter indultum sit, quod ipse ad hujusmodi Officium, seu Officia, ex quacumque causa amoveri non possit, nec non processus habitos per easdem, & inde secuta quæcunque cassantes, & annullantes, eundemque Johannem Franciscum Officio, seu Officiis, eorumque jure, exercitio, possessione, honoribus, & emolumentis quibuscumque privantes, & ab illis realiter, & cum effectu amoventes, privatumque, & amotum esse, nec non irritum &c., motu, scientia, & deliberatione similibus dil. Filium Honofrium Panvinum, Ordinis Fratrum Heremitarum S. Augustini Professorem, fide, doctrina, industria, & diligentia jampridem apud Nos probatum, Correctorem, & Revisorem omnium Librorum Bibliothecæ hujusmodi quoad vixerit constituimus, & deputamus. Et nihilominus, ut plenius, & efficacius subsequatur, quod hac in re suggerit nostræ mentis affectus, in dicta Bibliotheca ultra illius Bibliothecarium, qui unam, seu plures personas ad Officia hujusmodi ad nutum suum constituere, illisque salaria assignare consuevit, unum novum Officium Correctoris, & Revisoris

om-

omnium Librorum hujusmodi pro uno Correctore, qui tamen præfato Bibliothecario subsit, perpetuo erigimus, & instituimus, illique sic erecto, & instituto salarium menstruum decem ducatorum auri de Camera ex Cameræ Apostolicæ redditibus applicamus, & appropriamus, ipsumque Officium sic vacans cum omnibus, & singulis honoribus, privilegiis, facultatibus, oneribus, & emolumentis consuetis eidem Honophrio similiter quoad vixerit concedimus, & assignamus, eumque in locum, jus, & possessionem dicti Johannis Francisci quoad hujusmodi Officium substituimus, ponimus, & surrogamus, sibique menstruum salarium liberum omnino & exemptum decem Ducatorum super omnibus Cameræ fructibus, redditibus, & proventibus hujusmodi sibi quoad vixerit, vel Procuratori suo, ad hoc ab eo speciale mandatum habenti, per Cameram ipsam, illiusque Thesaurarium, & Depositarios pro tempore existentes singulis mensibus integre persolvendum, & per eundem Honofrium similiter quoad vixerit percipiendum, exigendum, & levandum, ac in suos proprios usus, & utilitatem libere, & licite convertendum, aut alias de illo pro suæ voluntatis debito disponendum, reservamus, constituimus, & assignamus. Decernentes ex nunc eundem Honofrium ad Officium, ejusque liberum exercitium, nec non honores, privilegia, onera, emolumenta, salaria, & perceptionem prædictam recipiendum, & admittendum fore, & recipi, & admitti, sibique de emolumentis, & salario prædictis integre responderi debere, pro ut Nos harum serie recipimus, & admittimus, ipsumque Honofrium ex nunc corporalem possessionem Officii hujusmodi per se &c. propria auctoritate libere apprehendere, & apprehensam libere continuare posse. Præsentes quoque de surreptionis &c. aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut

alio

alio quopiam defectu minime notari, nec sub ullis revocationibus &c. & ad prædicti Bibliothecarii, aut Johannis Francisci instantiam, vel alias pro tempore factas &c. ac mandantes dilecto Filio nostro Alphonso Sanctorum Johannis & Pauli Diac. Cardinali, Neapolitano nuncupato, moderno, & pro tempore existenti dictæ Bibliothecæ Præfecto, nec non Camerario, & Præsidentibus Cameræ, ac Thesaurario, & Depositario prædictis, ceterisque ad quos spectat, ut ipsi, prout ad eos, eorumque singulos, tam conjunctim, quam divisim pertinet, per se, vel alium &c. faciant auctoritate nostra eundem Honofrium possessione, exercitio, honoribus, oneribus, & emolumentis prædictis pacifice gaudere, nec non salarium hujusmodi ei quoad vixerit mensibus singulis juxta præsentium continentiam, & tenorem integre persolvi. Non obstantibus &c. Quibus omnibus &c. Ceterisque &c. Fiat Motu proprio I.

Et cum absolutione &c.

Datum Romæ apud S. Petrum IX. Kal. Febr. Anno sexto. Die 9. Febr. 1565. admiss. & registr. ex decr. Cameræ. Collat. & concordat.

Hie. de Tarano.

(1) *Ex Tom.* III. *Arm.* LII. *pag.* 53.

NUM. CX. (1)

20. *Decembre* 1565. *V. pag.* 389.

Vitellotius miseratione divina S. M. in Via Lata Diac. Card. Vitellius, S. R. E. Camerarius Universis & singulis has Litteras nostras visuris, lecturis, & audituris Salutem in Domino. Quia decens est veritati testimonium perhibere, idcirco vobis harum serie attestamur, & indu-

dubiam fidem facimus quemadmodum Nobilis vir, ac eximius Artium, & Medicinæ Doctor D. Jo. Baptista Bimius, Civis Mediolanensis, mense Majo proxime elapso vocatus a fel. record. Pio Papa IV., est in intimum & primarium Medicum menstruo quinquaginta scutorum stipendio, ac victu pro se & quatuor famulis, & duobus equis conductus: ac præter stipendium, ac victum hujusmodi ei continue præstita, est ab illo, dum vitam duxit in humanis, valde dilectus, donis affectus, facultatibus auctus, ac in honore habitus, isque suam operam eidem Pio Pontifici ad extremum usque ejus vitæ diem docte, sedulo, & prudenter præstitit, cui nos tum propter ea, tum etiam pro singulari amore, quo eum ob ejus in re medica excellentiam, ac raras animi, & ingenii dotes prosequimur, lugubrem pannum in ejusdem Pontificis funere dari, & sui stipendii reliquum pendi libenter mandamus. Quæ omnia vobis omnibus suprascriptis auctoritate &c. intimamus, & notificamus, ac ad vestram notitiam deducimus, ne de eis possitis ullo unquam tempore ignorantias prætendere. In quorum &c. Dat. Romæ in Camera Apostolica die 20. Mensis Decembris 1565. Sede Apostolica vacante.

Hie. de Tarano.

(1) *Ex Tom.* CCXXV. *Arm.* XXIX. *pag.* 3. *t.*

Num. CXI. (1)

10. *Novembre* 1569. *V. pag.* 460.

Dilecto Filio Hieronymo Mercuriali Medico Pius PP. V.

Dilecte Fili Salutem, & Apostolicam benedictionem. Cogit nos paterna solicitudo in tanta Medicorum inopia cum

cum publicæ hujus Civitatis ſaluti, tum venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium incolumitati eo, quo poſſumus, modo proſpicere. Itaque cum & Urbis ipſius commiſſa ſpeciatim Nobis cura id vehementer expoſcat, & multi Cardinales tui abſentis, quam ſæpe ſunt experti, fidem, cum ſumma iſtius, quam profiteris, artis peritia conjunctam, vehementer deſiderent; Nos & publicæ utilitatis rationem habere, & prædictorum venerabilium Fratrum noſtrorum ſanitati, cum publica utilitate conjunctæ, conſulere volentes, tibi præſentium tenore Literarum ſub pæna indignationis noſtræ diſtricte præcipimus, & mandamus, ut illico atque eas acceperis, relicto iſto, ad quod Senatus Decreto vocatus es, publice in Patavino Gymnaſio Medicinam profitendi munere, ad Urbem hanc, unde proximis ſuperioribus diebus diſceſſiſti, quamprimum revertaris, & in ea, ut antea conſueveras, Medicinam ad Omnipotentis Dei laudem exerceas, ut, adjuvante Deo, eorum, qui tui præſentis ope indigent, morbis curatis, valetudineque conſervata, neque officio noſtro defeciſſe, & venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, publicæque ipſius Civitatis ſaluti proſpexiſſe videamur. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die x. Novembris Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo nono, Pontificatus noſtri anno quarto.

Th. Aldobrandinus (2).

(*Non fuit expeditum hoc modo*)

Eidem Mercuriali Pius PP. V.

Dilecte Fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quia multi ex venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium numero non minus ob ſummam, quam tibi ha-

habent, fidem, quam propter excellentem, quæ in te est, Medicinæ artis præstantiam, tui absentis operam valde desiderant; idcirco Nos illorum salutis cum publica utilitate conjunctæ, eam, quam par est, rationem habere, ac propterea justis illorum postulatis satisfacere volentes, tibi præsentium tenore Litterarum, pro eo quanti gratiam nostram æstimas, districte præcipimus, & mandamus, ut simul ac eas acceperis, relicto isto, ad quod Senatus Veneti Decreto vocatus es, publice in Patavino Gymnasio Medicinam profitendi munere, ad Urbem hanc, unde proximis superioribus diebus discessisti, revertaris, & in ea, ut antea consueveras, Medicinam ad Omnipotentis Dei laudem exerceas. Datum ut supra.

(1) *Ex Reg. Brev. Pii PP. V. Arm.* XLIV. *Tom.* XIV. *pag.* 286.

Antonius Petrutius.

JULIUS II. 1503.

Gaspar Torrella.

Horatius Lancillottus.

Joannes Bodier.

Scipio Lancillottus.

LEO X. 1513.

Angelus Leoninus.

Archangelus Tuti.

Bartholomæus de Pisis.

Bernardinus Speronius.

Clementius Clementinus.

Ferdinandus Siculus.

Franciscus Dandinus.

Hieronymus Sessa.

HADRIANUS VI. 1522.

Joannes Antracinus.

CLEMENS VII. 1523.

Andreas Cibbo.

Andreas Turinus.

Franciscus Dandinus.

Joannes Gamuccius.

Matthæus Curtius.

Paulus Jovius.

PAULUS III. 1534.

Alphonsus Ferrus.

Andreas Cibbo.

Andreas Turinus.

Jacobus Bonacossus.

Joannes Franciscus Emanuelis.

Silvius Zeffiri.

Thomas Cadimustus.

Tiberius Palella.

JULIUS III. 1550.

Augustinus Ricchi.

Balduinus de Balduinis.

Bartholomæus Maggius.

Franciscus Frigimelica.

Hippolytus Salvianus.

Joannes Baptista Cananus.

MARCELLUS II. 1555.

Franciscus Columbus.

PAULUS IV. 1555.

Hieronymus Sessa.

PIUS IV. 1559.

Franciscus Gymnasius.

Joannes Andreas Bianchi.

Petrus Antonius Contugius.

Pompejus Barba.

Simon Pasqua.

Pius V. 1566.
Augustinus Baglioni.
Joannes Franciscus Marenci.
Modestinus Cassinus.
Placidus Fuscus.
Gregorius XIII. 1572.
Alexander Trajanus Petronius.
Constantius Varolius.
Franciscus Antracinus.
Joannes Baptista Serjustius.
Sixtus V. 1585.
Andreas Baccius.
Antonius Portus.
Castor Durantes.
Eliseus Calcagni.
Joannes Zecchius.
Urbanus VII. 1590.
Demetrius Canevarius.
Gregorius XIV. 1590.
Rodulphus Silvestrius.
Innocentius IX. 1591.
Innocentius Balduccius.
Clemens VIII. 1592.
Hieronymus Cordella.
Hieronymus Provenzalis.
Hieronymus Rubeus.
Jacobus Bonaventura.
Joannes Zecchius.
Joffredus Gambarana.
Julius de Angelis.
Michael Mercatus.
Nicolaus Masinus.
Rodulphus Silvestrius.
Sigismundus Brumanus.
Leo XI. 1605.
Innocentius Balduccius.
Paulus V. 1605.
Cinthius Clemens.
Pompejus Caimus.
Victorius Merolli.
Gregorius XV. 1621.
Bernardinus Castellanus.
Pompejus Caimus.
Vincentius Alsarius Crucius.
Urbanus VIII. 1623.
Joannes Jacobus Balduinus.
Julius Mancinus.
Silvester Collicola.
Thaddæus Collicola.
Innocentius X. 1644.
Baldus Baldi.
Gabriel de Fonseca.
Joannes Jacobus Baldinus.
Joannes Tiracorda.
Julius Cæsar Marsella.
Paulus Zacchias.
Alexander VII. 1655.
Joannes Jacobus Baldinus.
Matthias Naldius.
Clemens IX. 1667.
Benedictus Rita.
Clemens X. 1670.
Floridus Salvatorius.

INNOCENTIUS XI. 1676.
Franciscus Santuccius.
Joannes Maria Lancisius.

ALEXANDER VIII. 1689.
Romulus Spezioli.

INNOCENTIUS XII. 1691.
Lucas Tozzius.
Marcellus Malpighius.

VIRTUS SIBI PRÆMIUM.

ΘΕΑΤΡΟΝ

IN QUO

MAXIMORUM

CHRISTIANI ORBIS

PONTIFICUM

ARCHIATROS

PROSPER MANDOSIUS

NOBILIS ROMANUS ORDINIS SANCTI STEPHANI EQUES

SPECTANDOS EXHIBET.

ALEXANDER DE ESPINOSA, Italus, Romanus, e Castilia tamen oriundus, Alexandri VI. Pont. Max. Medicus, ut in Catalogo Medicorum Romani Collegii testatur, pag. mihi 105. Enituit porro Alexander multæ doctrinæ vir, & promovendæ salutis hominum cupidissimus, excellenti præditus ingenio, aliisque dotibus optimo Medico necessariis, nulli Medicorum inferior.

Familia de Espinosa non immerito nobilitatis prærogativa gloriatur, & Alexander fuit maritus nobilissimæ fœminæ, sororis nempe Dominici, ac Andreæ de Jacobatiis, ille S. R. E. Cardinalis præstantissimus, hic Papæ Vicarius Generalis in Urbe præclarus, uti refert Baldus Baldi in Opere inscripto, *Discorso Apologetico del vero Opobalsamo Orientale*, *pag.* 106.

ALEXANDER TRAJANUS PETRONIUS, Italus, e Civitate Castellana, nobilis Medicus, Philosophusque; qui medendi arte ita præstabat, ut paucos haberet pares, superiorem fortasse neminem. Medicinam egregie faciendo, salutem ægris, gloriam sibi, famam patriæ, heredibus divitias comparavit abunde. Cum Divo Igna-

tio Lojola magnum usum, amicitiamque contraxit, & in hujus Sancti Vita exarata elegantissime a Jo. Petro Maffejo memoratur Lib. 3. Cap. 7., & Cap. 14. Stomacho aliquando cum laboraret gravissime Ignatius, ex nimio videlicet hepatis calore, perversa curatione eo adductus erat, ut ultimum adesse discrimen omnes intelligerent. Patres itaque consilio habito, Alexandrum Petronium extemplo acciri jubent. Is ut aspexit Ignatium, genusque, & ordinem male adhibitæ medicinæ cognovit, summaque indignatione, prioris Medici inscitiam plane coarguit, & ad rem medicamentis rite adhibitis, Sanctus Pater pristinam valetudinem brevi recepit. Ad Alexandrum vero ægrotum visendi causa cum adiisset Ignatius, quamquam alieno tum tempore, tamen pro familiaritate a domesticis introductus, occlusis fenestris in lectulo quiescentem invenit, & ex tenebris ratus hominem sopori se se dedisse, suspenso vestigio tacitus adrepens, pulvino sensim assedit, ac nihilominus Alexander e somno excitatus, & repente uxorem inclamans, quis novus hic splendor, quæ tanta, inquit, lux cubiculum complet? At illa simpliciter, id quod erat, unum Ignatium introisse respondit. Tum Alexander vir gravis, & prudens, non dubio argumento Ignatii sanctitatem interpretatus, ex eo die illum tamquam humano fastigio celsiorem, magis magisque suspexit. Petrus Castellus in Opusculo de Abusu Phlebotomiæ, pag. 95. Alexandrum vocat insignem virum, & in medica arte exercitatissimum, præclarissimumque Gregorii XIII. Pont. Max. Medicum, & in Epistola prima de Helloboro, p. 4. eruditissimum, & suo tempore nulli doctrina secundum. Marsilius Cagnatus in Commentario de Romani Aeris Salubritate, Alexander Petronius, inquit, præter cætera ingenii monumenta, quibus de humano genere meritus

est,

eſt, inter Medicos primas omnium calculis obtinuit. At Alexander ſcriptis magis ſuis, quam cujuſquam eſt oratione illuſtris. Edidit uti legitur apud Jo. Anton. Vander Linden Lib. 1. de Scriptis Medicis, ac Floravantem Martinellum in Opere Roma ex ethnica ſacra, cap. 13. pag. mihi 422. 434.

De Victu Romanorum, & de Sanitate tuenda lib. quinque, ad Gregorium XIII. Pont. Opt. Max. His acceſsere libelli duo de Alvo ſine medicamentis mollienda. Romæ. In Ædibus Populi Romani. 1581. in fol. Eoſdem poſtea, in italicum ſermonem translatos a Baſilio Paravicino, evulgavit Dominicus Baſa impreſſor Romanus in 4. anno 1592.

Propoſita, ſeu Aphoriſ. Medicinales CXLIX. Venetiis. Apud Bernardinum Venetum 1535. *in* 8.

De morbo Gallico lib. 7. Extant tomo 2. Operis de Morbo Gallico, pag. 1. Venetiis, apud Jordanum Zilettum. 1566. in fol.

De Aqua Tiberina. Ad Julium III. Pont. Max. Romæ. 1552. *in* 8.

Dialogos de Re Medica. Ad Chriſtophorum Madrutium Principem Tridentinum, & Cardinalem. Romæ. Apud Valerium Doricum. MDLXI. in 4.

Petroniam hanc familiam Romæ firmatam, cognationibus, affinitatibus, fortunæque bonis claram, clariorem æque reddiderunt inter alios

Hyacinthus Petronius, Ordinis Prædicatorum doctiſſimus alumnus, Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter, evectus a Gregorio XV. ad Melphitenſem Eccleſiam, & ab Urbano VIII. Supremi inquiſitoris in Regno Neapolitano Præfectura decoratus. Conventum Ordinis Prædicatorum in Civitate Melphitenſi fundavit, cui redditus perpetuos attribuit. Scripſit, ediditque in lucem Commentaria in Logicam & Phyſicam Ariſtotelis. Librum Summula-

mularum. De Necessitate præconversionis aquæ in vinum in confectione Sanguinis Christi. Celebratur a Vincentio Maria Fontana in Syllabo Magistrorum Sac. Palat. Apost. pag. 155. ac in Opere de Romana Provincia Ord. Prædicatorum, pag. 325. 344. 362. A Ferdinando Ughello, in Italia Sacra, Tom. 1. col. 990. Ego quoque tractavi olim de eo in mea Bibliotheca Romana, Vol. 1. Centuria 5. n. marg. 28.

Hieronymus Petronius a Gregorio XIII. ex Archipresbytero Cathedralis Civitatis Castellanæ ad Interamnensem Episcopatum assumptus, quam Ecclesiam, optimi prudentisque Pastoris fama rexit. De eo laudatus Ughellus in Italia Sacra, Tom. 1. col. 830. Franciscus Angelonus, *Historia di Terni*, par. 2. pag. 189. Dominicus Mazzocchius, *Vejo Difeso*, par. 2. pag. 37.

Petrus Petronius, utriusque Signaturæ Referendarius, qui inclaruit inter piissimos illos, ac præstantes quinquaginta viros, fundatores anno 1593. Congregationis Beatæ Mariæ in Cælum Assumptæ in Domo Professa Romana Ecclesiæ Nominis Jesu. Petri mentionem fecit Josephus Carpanus in libro, cujus titulus, *Racconto della Erettione, & Instituto della Congregatione de' Nobili sotto il titolo dell'Assunta nella Casa Professa delli Padri della Compagnia di Gesù di Roma*.

Lucas Antonius Petronius, Eques Ordinis S. Joannis Baptistæ Hierosolymitani, magnæ expectationis juvenis, cum maxime ad summam laudem efflorescerent immatura morte denatus.

Hieronymus hujus Equitis germanus frater, vivit Basilicæ Apostolorum Principis Canonicus, qui prælo dedit Orationem de Christi Domini in Cælum Ascensu habitam in Sacello Pontificum Quirinali, pridie Kal. Junii 1685.

Fran-

Franciſcus Maria alter germanus frater, Comitis titulo inſignitus fulget.

ALFONSUS FERRUS, Italus, Neapolitanus, publicus in patria Chirurgiæ Lector, ac teſte Nicolao Toppio in Bibliotheca Neapolitana, pag. 9. Pauli III. Sum. Pont. Medicus. At in Lib. 1. de Scriptis Medicis Jo. Anton. Vander Linden dicitur hujus Pontificis Chirurgus Primarius. Cui credendum? Cui vis. De ſententia non gravabor, nec conquerar. Verum ut ſe ſe res habeat, fuit ſane Alphonſus acri præditus ingenio, totus ad bonas artes, totuſque ad Medicinæ ſtudia ſe contulit, & Romæ Anatomiam ſingulari omnium plauſu exercuit, & in Romana Univerſitate docuit. Scripſit ex relatis a ſupradictis Authoribus

De Sclopetorum, ſeu Archibuſorum vulneribus lib. tres. Corollarium de Sclopeti, ac ſimilium tormentorum pulvere. De Caruncula, ſiue Callo, quæ cervici veſicæ innaſcuntur Opuſculum. Lugduni. Apud Matth. Bonhom. 1559. in 4. Antuerpiæ.. Apud Arnoldum Coninx 1583. in 4. cum aliis. Tiguri. Apud Geſneros. 1555. in fol. cum Chirurgiæ Scriptoribus.

De Morbo Gallico, Ligni Sancti natura, uſuque multiplici lib. quatuor. Extant Tom. 1. pag. 347. Operis de Morbo Gallico. Venetiis, apud Jordanum Zilettum. 1566. in fol.

De Ligni Sancti multiplici medicina. Pariſiis. 1542. in 12.

ANDREAS BACCIUS, Italus, Elpidianus, Romanuſque Civis, Medicus, atque Philoſophus celeberrimus, omniſcius, & politiſſimus vir, quem Medicum claruiſse Sixti V. Pont. Max. nullum mihi dubitandi locum relinquunt Antonius Poſſevinus in Bibliotheca Selecta, Tom. 2. Lib. 12. Cap. 65. Auguſtinus Oldoinus in libro mss. mihi

hi dono dato, in quo collegit partim italice, partim latine Scriptores permultos Italiæ; doctus etenim hic meus amicus, a ſtudiis nunquam feriatus, plurima volumina confecerat, ad ingens exarandum Opus de Scriptoribus Italis omnibus. Carolus Cartharius, ſumma neceſſitudine mihi conjunctus, in Opere nondum edito, ſed ſatis noto, inſcripto Athenæum Romanum. Ab oblivionis injuria ſuum profecto Andreas nomen vindicavit, in Romano Theatro tum medendo, tum ſcribendo, tum profitendo, ejuſque famam eruditiſſimæ ipſius lucubrationes per univerſum propagarunt. Janus Nicius Erythræus in Pinacotheca prima, Imag. 79. ſummis etiam laudibus Baccium exornavit, ſed modulo conſueto, bene primum, mox peſſime illi dicendo. Verum enim vero parum Erythræo credendum, facile namque in omnes invehitur, omniumque fere famam poſt nonnullas laudes vehementer lædere ſtuduit. Noviſſime honorifice de Andrea locutus eſt Natalis Medaglia il lib. attitulato, *Memorie Iſtoriche della Città di Cluana, detta oggi Terra di S. Elpidio*, evulgavitque Andreæ Opuſculum, quod latebat, prænotatum

L'Origine dell'Antica Città di Cluana, che hoggi è la nobil Terra di S. Elpidio. In Macerata. Per gli Heredi del Pannelli. 1692. in 4.

Alia tanti viri Opera, ex citatis Authoribus, & ex Jo. Anton. Vander Linden de Scriptis Medicis hæc ſunt.

Del Tevere libri tre, ne' quali ſi tracta della natura, e bontà dell'Acque, e ſpecialmente del Tevere, e dell'Acque antiche di Roma, del Nilo, del Pò, dell'Arno, ed altri Fonti, e Fiumi del Mondo. Dell' uſo dell'Acque, e del bevere in freſco con nevi, con ghiaccio, e con Salnitro. Delle inondationi, e de' rimedj, che gli antichi Romani fecero, e che oggidì ſi poſſan fare in queſta, e in ogni altra inondatione.

All'

All'Illustriss. Senato, & Inclito Popolo Romano. In Venezia M. D. LXXVI. in 4.

Discorso dell'Acque Albule, Bagni di Cesare Augusto à Tivoli. Dell'acque di S. Giovanni à Capo di Bove nuovamente venute in luce. Dell'Acetose presso à Roma, e dell'Acque di Anticoli. Con alcune regole necessarie per usar bene ogni Acqua di Bagno. In Roma. Per gli Heredi di Antonio Blado, Stampatori Camerali. 1567. *in* 4.

Delle dodici Gioje, che risplendevano nella Veste Sacra del Sommo Sacerdote.

De Thermis Lib. septem. Opus locupletissimum, non solum Medicis necessarium, verum etiam studiosis variarum rerum naturæ perutile. In quo agitur de universa Aquarum natura, deque earum differentiis omnibus, ac mistionibus cum terris, cum ignibus, cum metallis. De terrestris ignis natura nova tractatio. De Fontibus, Fluminibus, Lacubus, de Balneis totius Orbis, & de methodo medendi per Balneas: deque lavationum simul atque exercitationum institutis in admirandis Romanorum Thermis. Venetiis, apud Vincentium Valgrisium. 1571. *&* 1588. *in fol.* In hac recentiori omissæ sunt figuræ. *Romæ Apud Jacobum Mascardum.* 1622. *in fol.*

De Balneis Oppidi Bergomatis Transcheri. Seorsim cum consimilis argumenti libris. Bergomi 1583. in 4.

De Naturali Vinorum Historia, de Vinis Italiæ, & de Conviviis Antiquorum Libri septem. Accessit de Factitiis, ac Cervisiis, deque Rheni, Galliæ, Hispaniæ, & de totius Europæ Vinis, & de omni Vinorum usu Compendiaria Tractatio. Ad Amplissimum S. R. E. Card. Ascanium Columnam. Romæ. Ex Typographia Nicolai Mutii. M. D. XCVII. in fol. Francofurti. Apud Nicol. Steinum. 1607. *in fol.*

De Gemmis, ac Lapidibus pretiosis, eorumque viribus, & usu Tractatus. Italica lingua conscriptus, in Latinum vero ser-

ſermonem converſus, utiliſſimisque annotationibus, & obſervationibus auctior redditus a Wolfango Gabelchovero. Francofurti, apud Mattiam Beckerum. 1603. in 8. Apud Jo. Davidem Zumerum 1643. in 8.

De Magna Beſtia Alce, ejuſque proprietatibus liber. Factus latinus ex italico ab eodem Gabelchovero. Sturgardiæ. 1598. in 8.

De Cornu Monocerotis liber. Ex italico, latinitate donatus ab Andrea Marino, & Venetiis, 1566. in 4. editus; deinde a Gabelchovero æque latinus redditus. Sturgardiæ. 1598. in 8.

De Venenis, & Antidotis προλεγόμενα, *ſeu communia præcepta ad humanam vitam tuendam ſaluberrima. In quibus definitiva methodus Venenorum proponitur per genera, ac differentias ſuas, partes, & paſſiones, præſervandi modum, & communia ad eorum curationem antidota complectens. De Canis Rabioſi morſu, & ejus curatione. Romæ. Apud Vincentium Accoltum. 1586. in 4.*

Tabula ſimplicium Medicamentorum. Romæ. Apud Joſephum de Angelis. 1577. in 4.

Epiſtola ad Marcum Oddum De Dignitate Theriacæ. Et altera ad Antonium Portum, quænam ratio ſit Viperinæ carnis in Theriaca. Utraque extat cum Opere Marci Oddi De componendis Medicamentis, & aliorum dijudicandis. Patavii, apud Paulum Mejettum. 1583 in 4.

Non ſemel de Andrea Baccio æque meminit Philippus Maria Boninus in Opere, *Il Tevere Incatenato*, eo quia Baccii ſententiæ diſcrepant a ſententiis Bonini in aliquibus de Tiberi fluvio. Ejuſdem Baccii quoque laudes non tacuit Franciſcus Martius in Hiſtoria Tiburtina, libro ſexto, pag. mihi 175.

ANDREAS CIBBO, Italus, Peruſinus, illuſtri familia natus, Artium, ac Medicinæ Doctor præſtantiſſimus, pru-

prudentia, morum elegantia, ac eruditione carus omnibus; hinc in Medicum Pontificium delectus. Cæsar Crispoltus in Opere *Perugia Augusta*, lib. 3. pag. 335. scribit *Andrea Cibbo lesse molti anni Medicina nello studio di Perugia, & essercitò con sì chiaro nome, e grave autorità quell' arte eccellentissima, che chiamato in Roma da Clemente Settimo con gran stipendio, & entrata annua per se, e suoi heredi, si trattenne a quella corte. Fu anco accettissimo al Sommo Pontefice Paolo Terzo Farnese, il quale nel viaggio, che fece a Nizza di Provenza, lo volle appresso di se, e nell' abboccamento del Papa con l'Imperatore Carlo Quinto, & il Re Francesco Primo di Francia, egli solo fu eletto ad assistere al convito fatto a quei gran potentati. Morì in Perugia nel* 1576. *dell'età sua ottantatre, e fu con solenne pompa riposto nella Chiesa Cattedrale.*

Augustinus Oldoinus in Athenæo Augusto, pag. 143. meminit Hieronymi Cibbo Perusini, Causidici, & Poetæ sua ætate clari, tenacissimæ memoriæ, & exquisita omnium scientiarum cognitione locupletis.

Haud pauci etiam hujus familiæ viri, Equestris Ordinis insignia adepti sunt.

Prætermittendus minime est Maurus Cibbo Perusinus, Eremita Camaldulensis, virtutum omnium sobole, & vitæ perfectione præclarus, qui religiosæ observantiæ zelotes eximius, sui Ordinis habenas plus semel sapientissime rexit, & quem laudibus extulit laudatus Cæsar Crispoltus, in laudata Perusia Augusta, lib. 2. p. 208.

ANDREAS GAMUCCIUS, Italus, Geminianensis, Medicus Joannis XXII. dicti XXIII. nec non Martini III. dicti V. Summorum Pontificum, ex relatis a Joanne Vincentio Coppi, de patria optime merito, in Opere *Huomini Illustri Sangemignanesi*, pag. 192.

Hæc Gamuccia familia illustres admodum peperit viros,

ros, ob virtutes, multis decoratos honoribus, ut evidentissime constat ex Historia S. Gemignani ejusdem Coppi, edita Florentiæ anno 1695. apud Cæsarem, & Franciscum Bindi. Inter alios præcipue inclaruit Beatus Michael Gamuccius, Eremita Augustinianus, qui Christi causam contra infideles agens, Martyrium complevit, palo ab illis enecatus; palus vero momento efflorescens, & Martyrium gloriosum reddidit, in ipso ætatis flore, anno 1526.

ANDREAS TURINUS, Italus, Piscienfis, Philosophiæ, atque Medicinæ excellentia celebratur. Ut habeo ex Ioan. Anton. Vander Linden lib. 1. de Scriptis Medicis, Physicus fuit Clementis VII. & Pauli III. Summorum Pontificum. Insignes habuit Andreas, ac plurimas controversias de re medica cum doctissimis Medicis, Curtio nempe, Manardo, Brissotto, Montisiano, & aliis. Ejus Opera edita fuere Romæ, apud Hieronymum de Cartulariis 1545. in fol. quorum Index est, ut sequitur.

Epistola ad Matthæum Curtium de loco incidendæ venæ in pleuritide.

Liber de Sanguinis missione in pleuritide contra adversarium, & Brissottum, & Manardum.

Responsiones libello Matthæi Curtii de sanguinis missione in pleuritide.

De Embrocha, sive irrigatione contra Medicos Florentinos.

De Causis Dierum Criticorum contra excellentissimum virum Hieronymum Fracastorium.

De Bonitate Aquarum, Fontium, & Cisternæ.

An in fluxu muliebri, & sanguinis aquosi superflui menstrualis competant vere provocantia urinam.

An in omni febre putrida competat phlebotomia.

Epistola ad Clementem VII. de Cœna, & Prandio.

Quæstio excellentissimi Dini Florentini do Cœna, & Prandio, numquam antea impressa. Seor-

Seorſim æque extant

Defenſio contra Marcum Antonium Montiſianum Geminianenſem, quod non in omni febre putrida conveniat miſſio ſanguinis. Romæ. Apud Hieronymum de Cartulariis 1549. *in fol.*

De curatione Pleuritidis per venæ ſectionem. Addita eſt doctiſſima ejuſdem *Epiſtola ad Matthæum Curſium*. Adjecta inſuper ejuſdem *de Cœna, & Prandio utilis Diſceptatio. Lugduni. Apud Michaelem Parmanterium*. 1597. *in* 4.

Hippocratis, & Galeni Defenſio de cauſis dierum criticorum, adverſus Hieronymum Fracaſtorium. Bononiæ. 1543. *in* 4.

De Embrocha nova, ſeu Duecia artificiali, qua utuntur Florentini ad varios morbos. Lugduni. Apud Michaelem Parmanterium. 1537. *in* 4.

Reſponſiones contra Matthæum Curtium, de vena in pleuritide ſecanda. Bononiæ. 1543. *in* 4.

Medica Diſceptatiuncula adverſus opinionem Matthæi Curtii de Cœna, & Prandio. Pariſiis. Apud Aſcentium. 1535. *in* 8.

Tractant inſuper de Andrea Turino, Andreas Tiraquellus in Medicorum per alphabetum Nomenclatura, pag. mihi 124. Andreas Baccius in Opere *del Tevere*, lib. 2. pag. 209. Lepidiſſimam, argutamque ſermocinationem Turini factam cum Paulo Papa III. (fabulabatur etenim cum hoc Pontifice familiaritate ſumma) lectu, ſcituque dignam denarrat Ludovicus Domenichi in Opere inſcripto *Facetie*, lib. 4. pag. mihi 216. quam legere non pigeat.

Nobilem hanc præterea Turinam familiam illuſtrarunt Balthaſſar Turinus, Juris prudentia in Patavina Academia clarus, ſub Paulo II. in Poloniam Apoſtolicæ Sedis Nuncius, ſub Sixto IV. eodem munere functus in Pannonia, regnante Matthia Corvino, quo flagitante Sirmienſis Epiſcopus fuiſit, & ibidem defunctus eſt. In Eccleſia majori Piſcienſi honorario hoc cenotaphio decoratur.

BALTHASSARI TVRINO DOMINICI FILIO
SERIMIENSI IN PANNONIA
EPISCOPO.
PAVLI II. SVM. PONT.
IN POLONIÆ GLESIÆ
ET PRVSIÆ REGNIS
AD ANIMOS ILLORVM REGVM
CONTRA TVRCAS
CÆTEROSQVE
CHRISTIANI NOMINIS HOSTES
CONFIRMANDOS
ALIISQVE MAGNIS DE REBVS
BIS LEGATO.
SIXTIQVE PONT. IV. IVSSV
AD MATTHIAM CORVINVM
PANNONIÆ REGEM
EODEM LEGATIONIS MVNERE
FVNCTO
ET IN EO MORTVO.
PETRVS TVRINVS PROPATRVO P.
VIXIT ANN. XLVI. OBIIT ANNO
M. CCCCLXXXI. MENSE MARTII.

Balthaſsar junior Turinus, Leonis X. Datarius, ac Clementis VII. a Secretis, qui mortalitatem explevit ſub Paulo III. Cameræ Apoſtolicæ Clericus. In eodem templo hoc epitaphio exornatur.

BALTHASSARI TVRINO
LEONIS X. PONT. MAX.
A SVPPLICVM LIBELLIS
DATARIO
CLEMENTIS VII.
IN OBEVNDIS REBVS GRAVISSIMIS
NVNCIO
PAVLI III. CAMERÆ APOST. VII. VIRO.
ANIMI INTEGRITATE
MORVM ELEGANTIA
ET LIBERALITATE SPLENDIDISSIMO.
IVLIVS TVRINVS FRATRIS FILIVS
PATRVO PIENTISSIMO
POSVIT.
VIXIT AN. LVII. MEN. VII. DIES XX.
OBIIT ANNO M. D. XLIII. ID. OCTOBRIS.

Laurentius Turinus Patriæ Præpoſitus, qui abdicata Præpoſitura ad favorem Andreæ germani fratris, Romam profectus, Utriuſque Signaturæ Referendarius factus, pluribus muneribus egregie functus in Curia, pluribuſque Ec-

Ecclesiasticæ ditionis urbibus Præfectus datus, Flaminiæ etiam Prolegatus claruit, mortuus tandem anno 1592.

De his videndus Ferdinandus Ughellus in Italia Sacra, Tom. 9. in Appendice.

ANGELUS CAMERINENSIS, Italus ex patria sui cognominis, cujus facta mentio est ab Augustino Oldoino in laudato volumine ms. hisce verbis, *Angelus Camerinensis, Doctor Medicus absolutissimus, qui magna prosperitate Medicinam fecit, & per annos plures, magno auditorum nedum plausu, sed fructu docuit. Excelluit Bonifacii Papæ VIII. Medicus, morum modestia, & vitæ temperantia Pontifici gratissimus, teste Angelo Benigno Camerinensi in manuscripto libro Virorum suæ patriæ illustrium, quem habeo. Elaboravit Angelus*

De Regimine præservationis a peste lib. 1.

De Præservatione a venenis lib. 1.

Tractat de hoc Medico Ludovicus Jacobillus quoque in Catalogo Scriptorum Provinciæ Umbriæ, pag. 42. & alii apud eundem.

ANGELUS LEONINUS, Italus, Nobilis Tiburtinus, elegantibus litteris excultus; Philosophis, ac Medicis instituendum, erudiendumque se dedit, ea quidem ingenii præstantia, ut optimus Philosophus, Medicusque fuerit habitus, nec non, uti refert Andreas Baccius in Opere de Thermis, lib. 5. cap. 10. pag. mihi 266. Leonis X. Pont. Max. Medicus, Archiepiscopusque Turritanus effulserit.

Ex hac Familia (aliis omissis) prodiere Camillus Leoninus, Angeli nepos, Episcopus Tiburtinus, Prolegatus Avenionensis, Legatusque ad Ludovicum XII. Galliæ Regem, summa apud omnes existimatione illustris.

Vincentius Leoninus, Angeli frater germanus, Prætorianorum Equitum apud Summos Pontifices Julium II. Leo-

Leonem X. Adrianum VI. Clementemque VII. Tribunus.

Vitam vivit in præsentia Joannes Franciscus Leoninus, qui honestissimum illum in Romana Aula, eorum ordinem tenet, qui a referendis supplicibus libellis, Referendarii appellantur.

Si alia cupis lustrare poteris Ferdinandum Ughellum in Italia Sacra, tom. 1. col. 221. Gasparem Alverum in Opere, *Roma in ogni stato*, par. 2. pag. 93. Michaelem Justinianum in libro *De' Vescovi, e de' Governatori di Tivoli*, pag. 58. Bonaventuram Theulum, in volumine prænotato, *Apparato Minoritico della Provincia di Roma*, lib. 5. cap. 17.

ANTONIUS BUONINSEGNI, Italus Nobilis Senensis, inter viros Philosophia, Medicinaque præstabiles ab Isidoro Ugurgerio Azzolino in Opere, *Le Pompe Sanesi*, Par. 1. Tit. 17. p. 524. commemoratus, eximiusque Pii III. Pont. Max. Medicus dictus. Plurimum apud omnes existimatione valuit, ac perpetuæ gloriæ memoriam sua virtute consecutus est.

Permulti sane illustrissimi ex hac familia viri alii sunt orti: enumerantur præ ceteris ab eodem Ugurgerio

Franciscus Philosophiæ, & Medicinæ Doctor magni nominis.

Antonius alter, Leonis X. familiaris, atque sub Adriano VI. Protonotarius Apostolicus de numero participantium.

Spinellus, Beati Joannis Culumbini, Ordinis Jesuatorum fundatoris discipulus non degener, mirificæ namque austeritatis, abstinentiæ, & doctrinæ laude illuxit, vitæque innocentiam studiosissime coluit, vitamque cum sanctimoniæ fama felicissime suæ Religionis Generalis conclusit.

Thomas, Ordinis Prædicatorum Theologus insignis, & librorum author.

Hila-

Hilarius ejusdem Ordinis, Græcarum literarum eruditione ornatus, poeta, & orator præclarus.

Jacobus, poeta æque haud infimæ notæ.

Hieronymus, politioris literaturæ cultor, & carminum artifex egregius, linguæque Etruscæ peritissimus.

Franciscus alter, qui Musas omnes propitias habuit, & familiares, quemque laudatum etiam invenies in Opere, *Le glorie degl'Incogniti*, pag. 149.

Bernardinus, Juris utriusque Consultissimus, qui Lucensem, Nolanamque Præturam gessit, & Legationes rite obivit, ac annos triginta Jus Civile summo cum præconio Senis publice interpretatus est.

Persius, Flavius, Joannes Maria, & Joannes Baptista strenui porro Milites extiterunt.

Hanc prosapiam nonnulli cohonestarunt æque Equites Aurati, & Ordinis Sancti Joannis Baptistæ Hierosolymitani, nec non Ordinis S. Stephani.

ANTONIUS PETRUTIUS, Italus . . . . . . Philosophiæ, & Medicinæ Doctor suo ævo excellentissimus, celebratus a Baldo Baldi in libro, cujus titulus, *Discorso Apologetico del vero Opobalsamo Orientale*, pag. 107. atque, ut in volumine Statutorum Collegii Medicorum Urbis, pag. mihi 105. Pii III. Pont. Max. Medicus fuisit.

ANTONIUS PORTUS, Italus, Firmanus, Romanusque Civis, stirpis honestissimæ, Medica, & Philosophica insignitus Laurea. Tantum doctrinæ præstantia profecit, ut Romam cum venisset, statim in pretio fuerit habitus Medicusque Sixti V. Sum. Pont. enituerit, Pontifici admodum carus. Ingentes heredibus opes, propria virtute acquisitas reliquit. Scripsit

De Peste lib. 3. De Morbillis lib. 1. Romæ. Apud Dominicum Basam. 1589. in 4. Hæc est editio diligenter emendata, & aucta.

Est

Eſt Antonii mentio in lib. 1. De Scriptis Medicis Jo. Anton. Vander. Linden. In libro Statutorum Medicorum Collegii almæ Urbis, pag. mihi 108. In ſecundo tomo Epiſtolarum, & Conſultationum Medicinalium Horatii Augenii adeſt Reſponſum Antonio Porto datum, pag. 559. Baldus Baldi laudavit Antonium in Opere, *Discorſo Apologetico del vero Opobalſamo Orientale*, pag. 107.

Tres flevit Antonius, magnæ ſpei filios, immature nimis raptos, quorum memoria in Eccleſia Lateranenſi viſitur, hac proloquente inſcriptione.

D. O. M.
BERNARDINO PORTO
HVIVS ECCLESIÆ CANONICO
VTRIVSQ. SIGNAT. REF.
ABBREVIATORI PARCI MAIORIS
PROTONOTARIO APOST. PARTICIP.
QVI
AB IPSA PVERITIA
MAGNVM PIETATIS ET RELIGIONIS
ALIARVMQVE VIRTVTVM
OMNIBVS SPECIMEN DEDIT.
CVM AD MAIORA PROPERARET
MORTE PRÆVENTVS EST.
ALEXANDRO PORTO VIRO STRENVO
ET ÆCONOMICA LAVDE
IN PRIMIS ORNATO.
FABIO PORTO ADOLESCENTI BONÆ SPEI
ET HVMANIORIBVS LITTERIS
ERVDITO.
ANTONIVS PORTVS PATRITIVS FIRMANVS
ET ROMANVS CIVIS
PATER MOESTISSIMVS
DVLCISSIMIS FILIIS POSVIT.
VIXIT BERNARDINVS AN. XLII. MENS. II.
DIES XXIII. OBIIT VII. KAL. SEPTEMB.
MDCXVI.
VIXIT ALEXANDER
AN. XL. MENS. II. DIES XIX.
OBIIT ID. FEBRVARII EIVSDEM ANNI.
VIXIT FABIVS AN. XVII. MENS. III. DIES XXI.
OBIIT X. KAL. MAII
MDLXXIX.

ARCHANGELUS TUTI, Italus, Nobilis Senenſis; ſuaviſſimis præditus moribus, in quo præter doctrinam virtu-

tes permultæ reſplenduerunt. Genio indulgens, Philoſophiæ, & Medicinæ deditus, utramque lauream honorificentiſſime obtinuit, ac tale in medicando ſapientiæ ſpecimen dedit, ut Leo X. Pont. Max. in proprium Medicum delegerit. Plures honoris gradus emenſus fuit, uti legere poteris in Opere Iſidori Ugurgeri, nempe, *Le Pompe Saneſi*, Par. 1. Tit. 17. pag. 524.

Archangelus avus fuit Julii Tuti Abbatis, omni virtutum, diſciplinarumque genere illuſtris, Latinæ, Græcæque linguæ peritiſſimus, ac Theologi eximii, qui Congregationis Clavorum Senis, in Divi Georgii Templo author piiſſimus extitit. De eo pariter laudatus Ugurgerius, Tit. 14. pag. 383. In prædicta Eccleſia S. Georgii ſepultus Julius, ſequenti elogio commendatur.

IVLIO TVTO ABBATI
OMNI VIRTVTVM
DISCIPLINARVMQ· GENERE
PRÆDITO.
LINGVÆ LATINÆ ET GRÆCÆ
PERITISSIMO.
THEOLOGO EXIMIO.
CONGREGATIONIS CLAVORVM
IN DIVI GEORGII
AVTHORI.
SENIS DEFVNCTO
SVÆ ÆTATIS ANNO LVII.
FVLVIVS TVTVS
PATRVVS EIVS AMANTISSIMVS
MONVMENTVM HOC EREXIT.
ANNO DOMINI MDLXXXXIV.
IDIB. IANVARII.

Prodiit etiam ex hac familia Benedictus Tuti, Monachus Congregationis Montis Oliveti, Abbas S. Gregorii de Urbe, ab Alexandro VI. Pont. Max. electus Præceptor Romæ S. Spiritus: ita docent Ugurgerius, Tit. 9. pag. 229.

& Gaspar Alverus in Opere, *Della Roma in ogni stato*, par. 2. pag. 263.

AUGUSTINUS BAGLIONI, Italus, Alexandrinus, Medicus præcipuus, multiplici virtutum sobole nobilis. Rei medicæ ita se se applicuit, eoque existimationis pervenit, ut magnum fuerit adeptus nomen, magnamque gloriam. A Pio V. Pont. Max. inter Beatos venerato, ut sibi esset a medelis sponte accitus fuit, a quo demum a corporum curatione, ad animarum curam, Episcopus creatus, Alexandrinæ Sedi promotus est. Ex Ferdinando Ughello in Italia Sacra, Tom. 4. col 460. & Juliano Porta, in libro, cujus est apographon, *Eroi Alessandrini*, pag. 254.

Produxit etiam hæc familia, teste eodem Juliano Porta, pag. 165. & 188. Manfredum Baglioni, qui admodum in via literarum processerat, Musis gratus, Theologusque celebris. Litteras humaniores publice cum plausu professus, nonnulla elucubravit Opera, prosa, & carmine, scilicet Odarum, & Hymnorum ad imitationem Horatii volumen. Annotationes in varios authores. In Persium poetam Interpretationes. Dominicæ Orationis Expositionem.

Paulum Baglioni strenuissimum militem, Copiarumque ductorem, rerum gerendarum peritia præcellentem. Quantus ideo, qualisque Paulus fuerit, permulta ejus facinora pro Hispaniarum Rege gesta, & a Juliano enarrata, nec non horum gradus, quos conscendit, luculenter ostendunt.

AUGUSTINUS RICCHI, Julii III. Sum. Pont. Medicus, uti clare apparet ex quadam Epistola Honorati Fascitelli Isserniensis, Monachi Casinensis, mox Insulanensis Episcopi ad Petrum Aretinum, quæ Epistola legitur in Volumine prænotato, *Libro secondo delle Lettere scritte*

al

al Signor Pietro Aretino, pag. mihi 399. Neque alia ad me hujus notitia, memoriaque defluxit; autumo tamen egregium fuisse Medicum, ob amicitiam quam cum doctissimis viris habebat: nec non quia, teste Jo. Anton. Vander Linden in Appendice de Scriptis Medicis, multos Galeni libros transtulit: omnes vero ad exemplaria Græca contulit, Annotationes adjecit, quæ excusæ sunt Venetiis apud Joannem Vareum in 8.

BALDUINUS DE BALDUINIS, Italus, Pisanus, seu verius de Terra Bargæ, nobili loco natus. Lectissimum hunc, ac celeberrimum Philosophum, & Medicum, in Divinis Literis æque versatum, Julii III. Medicum fuisse testatur Carolus Cartharius in Syllabo Advocatorum Sacri Consistorii, pag. 205. Episcopum deinde Marianensem, mox Aversanum floruisse constat, & Ferdinandus Ughellus de eo tractat in Italia Sacra, Tom. 1. col. 556. Tom. 4. col. 1397. Interfuit Balduinus Tridentino Concilio, memoraturque a Michaele Justiniano in Indice primo Tridentinæ Synodi, atque a Sfortia Pallavicino in ejusdem Concilii Historia, par. 2. lib. 9. cap. 13. n. 5.

Emicuit hæc familia jugiter viris literis claris, & armis.

BALDUS BALDI, Italus, Florentinus, florentissimus profecto Medicus, Romana Civitate donatus, ac in Romana Universitate Lector insignis, mox Canonicatu Liberianæ Basilicæ exornatus, *qui cum ad id honoris, & commodi pervenisset* (sunt verba Jani Nicii Erythræi in Pinacotheca 3. Imag. 62.) *quo non altius vota Medicorum ascendunt, nimirum ut Summi Pontificis Medicus fieret* (idest Innocentii X.) *non ita multos post menses est mortuus, morbi*

cujuſdam malignitate, cui non potuit obſiſti, ex eo, ut tum erat fama, contracti, quod nova illi vitæ ratio fuerat ineunda, & vetus cui aſſueverat, relinquenda. Neceſſe enim erat ei, qui certum vitæ genus ſequebatur, quotidie ad medias noctes evigilare, & cœnare, & interdiu, veſpere jam apparente, prandere, atque alia inſuper incommoda, quæ fert Aula ſubire. Magna erat apud Medicos ſuos equales doctrinæ, & ingenii exiſtimatione, ac laude, & eximie ab omnibus laudabatur. Alia ſcribit Erythræus ſolito tamen modulo, quæ videre, ſi lubet, poteris. Joannes Benedictus Sinibaldus in lib. 3. Geneanthropœjæ, Tract. 1. Cap. 17. col. mihi 349. ait *Baldus ex Urbis Medicis Coryphæis unus, prudentia, ac doctrina multiplex, in Romano Archigymnaſio Practicæ Medicinæ Profeſſor, omnium, & meo in primis calculo celeberrimus, diſertiſſimus.* In lib. 2. Epiſtolarum Medicinalium Julii Cæſaris Benedicti a Guelfalione legitur Epiſt. 2. Baldo inſcripta. In Volumine Statutorum Collegii Medicorum Urbis habetur pariter Baldi mentio, pag. mihi 114. De eo etiam Carolus Cartharius cum encomio tractat in Athenæo Romano. Varia ſcripſit Baldus, & edidit, quorum e numero hæc ſunt relata a Jo. Anton. Vander Linden lib. 1. De Scriptis Medicis, a Leone Allatio in Apibus Urbanis, a Joanne Cinello in Opuſculo, prænotato *Biblioteca Volante, Scanzia* 4. nec non *Scanzia* 7. atque in Hiſtoria Scriptorum Florentinorum, quam erudite elucubravit, ſed ineditam adhuc cuſtodit, quamvis etiam atque etiam expetitam:

Prælectio de Contagione peſtifera. Romæ. Apud Guillelmum Facciottum. 1631. *in* 4.

Diſquiſitio Jatro-Phyſica ad Textum 23. *Hippocr. de Aëre, Aquis, & Locis, num in eo legi debeat σχολωδέστατον, an θολωδέστατον, ideſt bilioſiſſimus, vel turbidiſſimum, in qua de Calculorum cauſis, ac de Aquæ Tiberis bonitate ſtrictim diſ-*

differitur, & Quæstio de majori nunc, quam præterito seculo Calculosorum in Urbe frequentia elucidatur. Romæ. Apud Ludovicum Grignanum. 1637. in 4.

De Loco affecto in Pleuritide Disceptationes. Ac Renati Moreau de eadem re Epistola exegetica. Parisiis. Apud Sebastianum Cramoisy. 1640. in 8. Romæ Apud Franciscum Caballum. 1643. in 8.

Relatione del Miracolo insigne, operato in Roma per intercessione di S. Filippo Neri alli 5. di Gennaro 1644. Romæ eodem anno in 4.

Hæc quæ sequuntur editioni parata habebat, nempe

Historiam Morbi, & Anatomicam observationem circa corpus, & cadaver Cardinalis Bevilacquæ, cum multis dubiis inde enatis.

Lectiones Academicas de Venenis.

Post Baldi mortem prodiit Opus cum hoc titulo,

Del vero Opobalsamo Orientale. Discorso Apologetico dell' Illustriss. Signor Baldo Baldi, Medico di N. S. Papa Innocenzo X. Dato in luce da i Signori Antonio Manfredi, e Vincenzo Panutio, Aromatarii. In Roma. Appresso Vitale Mascardi. in 4.

Habuit Baldus decertationem literariam de loco affecto in Pleuritide adversus Joannem Manelphum, propugnante Baldi opinionem Renato Moreau. In Libro Epistolarum Gabrielis Naudæi leguntur duæ Epistolæ ad Baldum, & sunt 35. & 64.

BARTHOLOMÆUS MAGGIUS, Italus, Bononiensis, Philosophus ac Medicus sapientissimus, officiosus, & diligens, Julii III. Sum. Pont. a medelis. Audi Augustinum Oldoinum in laudato volumine ms. apud me. *Bartolomeo Maggi Bolognese, Medico, e Filosofo, Lettore di Chirurgia nella sua patria. Fu de' più celebri Medici dell'età sua, ed amicissimo di Gio. Maria del Monte, il quale fu Cardinale-*

le, e poi Papa, e chiamossi Giulio Terzo; onde divenuto Pontefice, incontinente dichiarò suo Medico il Maggi, e lo fece venire a Roma, ricevendolo con molta confidenza, e stima. Ma l'aria di Roma non confacendosi a Bartolomeo, ammalossi, che però gli convenne prestamente per risanarsi, fare ritorno alla patria, dove morì l'anno 1552. Fu sepelito in S. Francesco con il seguente Epitafio.

D. O. M.
BARTHOLOMÆO MAGGIO BONON.
PHILOSOPHO AC MEDICO PRÆCLARO
CVIVS
MIRA VIRTVTVM FACVLTAS
IVLIO III. PONT. MAX.
HENRICO GALLIARVM REGI
TOTIQVE ORBI NOTISSIMA FVERAT
QVI
VIXIT AN. LXXV. MENS. VII. D. XXII.
OBIIT VII. CAL. APRILIS.
IOAN. BAPT. MAGGIVS FRATRI B. M. P.
M. D. LII.

Scripsit Bartolomæus

De Sclopetorum, & Bombardarum vulnerum curatione lib. Bononiæ. Apud Bartholomæum Bonardum. 1552. *in* 4. & cum Chirurgia, seu de Chirurgiæ Scriptoribus a Gesnero editis, pag. 243.

De eo tractant Jo. Anton. Vander Linden lib. 1. De Scriptis Medicis. Joan. Nicolaus Paschalis Alidosius in Opere titulum exhibente, *I Dottori Bolognesi di Teologia, Filosofia, Medicina, ed Arti Liberali*, pag. 35. aliudque Bartholomæi Opus nominat, videlicet

Commentaria super libros Metheororum.

Inter ceteros ex familia Maggia præfulsit Alexander Maggius, Nobilis Bononiensis, Utriusq. Signaturæ Referendarius doctissimus, eruditissimusque, sub Cardinali Bo-

Bonifacio Bevilacqua, Perusiis primum, tum Piceni Prolegatus, de quo si plura requiris, videas Janum Nicium Erythræum in Pinacotheca 2. Imag. 63. Interim perlege sepulchralem ejusdem inscriptionem, quæ visitur Romæ in Ecclesia S. Mariæ, vulgo de Populo, sub Colle Hortulorum, conjuncta Portæ Flaminiæ. Legitur etiam apud Gasparem Alverum in Opere *Roma in ogni stato*, par. 2. p.8.

D. O. M.
ALEXANDRO MAGGIO PATRITIO BONON.
MORVM GRAVITATE
ET INNOCENTIA CONSPICVO
PRÆTER INSIGNEM
IN VTRIVSQ. IVRIS PRVDENTIÆ
LAVDE PRÆSTANTIAM
OMNIS POLITIORIS DOCTRINÆ
COGNITIONE
ORNATISSIMO.
QVI BONONIÆ ET MACERATÆ
PVBLICE PLVRES ANNOS PROFESSVS
MOX BONIFACII CARD. BEVILACQVÆ
IN FAMILIA
VTRIVSQ. SIGNATVRÆ REFERENDARIVS
DIV ROMANA IN VRBE FLORVIT
INDE PERVSIÆ ET VMBRIÆ
EIVSDEM CARDINALIS PROLEGATVS.
MIRVM
ERVDITIONIS VIGILANTIÆ
INTEGRITATIS
SPECIMEN DEDIT.
FANI FORTVNÆ VRBEM
PARI VIRTVTE REXIT.
DEMVM IN VRBEM REVERSVS
VARIIS IN CONGREGATIONIBVS
PROBI DOCTIQVE VIRI MVNERE
EGREGIE PERFVNCTVS
IN IPSO HONORVM LIMINE
IMMATVRA EST MORTE PRÆREPTVS.
IDEM BONIFACIVS CARD. BEVILACQVA
AMICO INCOMPARABILI
IOANNES MAGGIVS FRATRI DVLCISSIMO
PP.

BARTOLOMÆVS, natione Italus, patria Pisanus, DE PISIS itaque cognominatus, rei medicæ solers, qui præceptorem habuisse gloriabatur Petrum Leonium Spoletinum. Extitit liquido multæ experientiæ, atque doctrinæ vir, ac Leonis X. Pont. Max. Medicus. Scientiam summo studio & labore consecutam, palam vt omnibus faceret, adversariorumque obtrectationes compesceret, qui Medicinæ, ceterarumque bonarum artium promulgabant ignarum, edidit

Epitomam Medicinæ Theoricæ & Practicæ. Florentiæ. Apud S. Jacobum de Ripolis in 4. Caret impressionis anno, impressorisque nomine.

Cum Medicinæ professor esset in Romano Archigymnasio controversiam præsertim habuit cum Hieronymo de Eugubio Medico, in eodem æque Archigymnasio Lectore, quamobrem prælo dedit librum alium, cujus titulus est

Bartholomæi Physici, Servi Papæ Apologia, vel quorundam a se dictorum, & a Hieronymo de Eugubio coucurrente suo impugnatorum Defensio, sive Purgatio, & Dictorum ejus in eundem Retorsio, vel Improbatio, cum acta expositione, vel clara declaratione illorum Avicennæ verborum, quorum fuit contentio, & altercatio. Romæ. Per Stephanum Bullireti. Anno 1519. *Die* 12. *Decembris in* 4. In principio libri narrat controversiæ historiam lectu, scituque dignam.

Tractat de eo Carolus Cartharius in Athenæo Romano.

BENEDICTUS, Italus, a patria DE NURSIA cognominatus, diligentissimus Philosophiæ Sectator, & Medicus non ignobilis, quem Sixti IV. Sum. Pont. Medicum fuisse manifestum fecit Ludovicus Jacobillus in Scriptorum Provinciæ Umbriæ Catalogo, pag. 73. Nominis sui memoriam posteritati Benedictus reliquit scribendo

De

De Conservatione Sanitatis librum. Romæ an. 1575. *Apud Philippum de Lignamine in* 4. Joan. Anton. Vander Linden vero dicit Romæ 1490.

BENEDICTUS RITA, Italus, Leonissanus, Medicinæ plurimum gnarus, cui inerat acris ingenii vis, animi candor, morum facilitas amabilis, & prudens comitas. Exquisita in medendo diligentia diu Romæ usus, cunctis acceptum se præbuit, & Lecturam in Athenæo Romano obtinuit. Dum nominis sui famam sapienter solicitaret in dies, ad Petri solium evectus Julius S. R. E. Cardinalis Rospigliosius sub Clementis IX. nomine, hujus summi Pontificis Medicus declaratus fuit. Omnia sane amoris signa humanissimus, beneficusque Pontifex Benedicto tribuit.

De eo est mentio in libro Statutorum Collegii Medicorum Almæ Urbis, pag. mihi 114. Julius Cæsar Benedictus a Guelfalione inscripsit Benedicto Epistolam quintam libri primi, Epistolamque quintam libri secundi Operis Epistolarum Medicinalium. In Opusculo Descriptionis Archigymnasii Romanæ Sapientiæ legitur Benedicti

Oratio, quam habuit in eodem Archigymnasio coram Alexandro VII.

Nestor Rita, Benedicti germanus frater, Legum peritia insignis, ejusdem Papæ Clementis IX. Auditor claruit, ac Basilicæ Apostolorum Principis Canonicus, Archiepiscopusque Sebastæ, qui senio confectus, cæcusque factus die quadam seu per infortunium, seu mentis deficientia se de fenestra præcipitavit.

BERNARDINUS CASTELLANUS, Italus, ex Carcaris, Dioecesis Albensis, Romana Civitate donatus, Laurentii Castellani germanus frater, Laurentii scilicet Medici primarii, qui ad Anatomen, Chirurgiamque exercendam se se eo conatu contulit, ut ipso peritior in Urbe

nemo sua tempestate repertus fuerit. Bernardinus itaque doctissimi fratris exemplo, ejusdem vestigiis inhærens, Medicinæ sedulo operam dedit, atque Philosophiæ; & cum scientissimi, optimique Medici nomen meruisset, a principibus Aulæ Romanæ viris adhibitus fuit, omnibus carus. Tandem Gregorii XV. Pont. Max. Medicus enituit, tanto ingenio, judicio, & prudentia, ut eum plenus humanitatis Pontifex, facultatibus, & honoribus auxerit. Prosper Martianus dicavit Bernardino Opus attitulatum, Apologeticus Liber in tres partes divisus, quæ sunt Expositio, Annotatio, & Antiparalogismus &c. Abraham Bzovius ei quoque nuncupavit librum sub hac epigraphe, Nomenclator Sanctorum professione Medicorum. Bernardino æque scripsit Consilium Hieronymus Mercurialis, quod est 20. Tom. 4. Consil. Medic.

Joannes Andreas, Bernardini pariter germanus frater, dignus haberi promeruit, qui inter Utriusque Signaturæ Referendarios, ac inter Canonicos Basilicæ Sancti Petri recenseretur. In Ecclesia S. Salvatoris in Lauro, prope portam lateralem, Joan. Andreæ sepulchrum cum hac inscriptione spectatur.

D. O. M.
IOANNI ANDREÆ CASTELLANO
EX CARCARIS DIOECESIS ALBENSIS
VATICANÆ BASILICÆ CANONICO
VTRIVSQVE SIGNATVRÆ REFERENDARIO
BENEFICENTIA INTEGRITATE IVSTITIA
TER MAXIMO
NATIO PICENA DONATARIA ET HERES
POSVIT.

BERNARDINUS SPERONIUS, Italus, Patavinus, Doctor Medicus, & in Academia Patavina Professor absolutissimus, a Leone X. Pont. Max. ad propriæ valetudinis custodiam accersitur. Angelus Portenarius in Opere, *Del-*

Della Felicità di Padova, Libro ſettimo, Cap. 6. ſic de eo ſcribit: *Bernardino Speroni è ſtato Medico di tanta ſcienza, e di tanta celebrità, che mentre egli leggeva in queſta Accademia, Papa Leone X. lo eleſſe per ſuo Medico, dal quale fù molto honorato, & arricchito. Morì nel* 1528.

Illuſtravit perbelle hanc familiam etiam Speronus Speronius, Leoni X. quoque gratiſſimus, vir non minus eloquentiæ, ac omnigenæ doctrinæ gloria, quam morum diſciplina, & rerum gerendarum ſolertia cumulatiſſimus, qui memoriam ſui tot præclaris exaratis operibus, poſteris commendavit, multipliciter a doctis omnibus commendatus. Fuſe promeritis laudibus extollitur a Jacobo Philippo Tomaſino, in Elogiis illuſtrium Virorum, par. 1. pag. 86. De eo tractat æque Jacobus Gaddius, Vol. 2. de Scriptoribus, pag. 379.

BERNARDUS GARZONIUS, Italus, Venetus, e Bononia oriundus, Philoſophiæ, Medicæque doctrinæ inſignibus honeſtatus. Publice Bononiæ docuit, ac tandem Nicolai V. Pont. Max. Medicus obiit.

Ex Joanne Nicolao Paſchali Alidoſio in volumine ſub hoc titulo, *I Dottori Bologneſi di Teologia, Filoſofia, Medicina, ed Arti Liberali*, pag. 29. Vis ejuſdem verba? En dabo. *Bernardo di Giovanni Garzoni da Venetia, e di origine Bologneſe, era nel Collegio di Filoſofia, e di Medicina. Fu Lettore di Medicina a hora di Nona, e doppo Nona, di Prattica di Medicina la ſera, e poi di Filoſofia morale i giorni feſtivi, e di Medicina all'ordinario della mattina fino all'anno* 1448. *L'anno* 1454. *morì di peſte in Roma, eſſendo Medico del Papa &c.*

CASTOR DURANTES, Italus, Gualdensis, Civitate Romana donatus, Petri Dilecti Durantis Juris consultissimi, multæque eruditionis, & Operibus evulgatis clari, filius non degener, quippe qui doctissimus, & ipse Castor, peritissimus Medicus, & Poeta floruit. Sixti V. Pont. Max. præstantissimus Medicus emicans, jugiter studiis addictus, plura elucubravit, pluraque formis dedit notissimus Orbi. In Bibliotheca Umbriæ Ludovici Jacobilli, pag. 82. sequentia adnotantur Opera, nempe

Thesaurus sanitatis, & de natura ciborum, multoties editus.

Sanazarium imitatus cecinit

Il Parto della Vergine. In Roma. Per Gio. Battista Gualieri. 1518. in 8.

Transtulit

Libros 4. Aeneidorum Virgilii carmine rhythmico.

Herbario nuovo: elegantibus carminibus decoratum Opus, non semel typis datum, & novissime Venetiis. 1684. in fol. apud Joan. Jacobum Hertz.

Theatrum Plantarum, Animalium, Piscium, & Petrarum. In fol. Venetiis. Anno 1636., & alibi.

Alia Opuscula post ejus mortem, quæ accidit circa annum 1590. impressa fuerunt. Denascitur Viterbii, & in Ecclesia Minoritarum sepelitur, teste Bonaventura Theulo, in libro, qui inscribitur, *Apparato Minoritico della Provincia di Roma*, pag. 57. Illum audi. *Nell'uscire dalla Sacrestia vi stà la sepoltura di Castore Durante, che fu Medico molto stimato di Sisto Quinto Sommo Pontefice, huomo virtuoso, e celeberrimo, ma senza Epitaffio, che pur degnamente gli conveniva.*

Ejusdem etiam memoriam celebrant Hippolytus Marrac-

raccius in Bibliotheca Mariana, par. 1. Joannes Baglionus in Opere, *Le Vite de' Pittori, Scultori, & Architetti*, pag. 394. Joan. Ant. Vander Linden meminit etiam de eo, nec non Operis

De Bonitate, & Vitio Alimentorum Centuria. In qua continentur fere omnia, quæ ad rectam victus rationem instituendam, & tuendam valetudinem pertinent. Pisauri. Apud Heredes Bartholomæi Cæsani. 1595. in 4.

Carolus Cartharius in Athenæo Romano affirmat Castorem eminenter professum fuisse in Romano Litterarum Emporio.

Castoris uxor fuit Hortensia Ruscona, Nobilis Romana, uti afferitur in Herbario, pag. mihi 264. Ex ea suscepit

Octavium, qui non minori quam pater doctrinarum eruditione coruscans, lepidissime, & perdocte elaboravit Opus inscriptum, *Combattimento dell' Huomo con gl'Inimici dell' Humana Natura. Arie Divote, le quali contengono in se la maniera di cantar con grazia l'imitazione delle parole, & il modo di scrivere passaggi, & altri affetti*. Præterea librum alium celeberrimum, cujus titulus, *Il Prencipe Virtuoso*. Apud famigeratissimum Antonium Magliabecchi servatur aliud Octavii mss. Opus, prænotatum, *Rimedij per le infermità del corpo umano, incominciando dal capo, sino a i piedi: parte cavati da gli scritti di gravi Autori, e parte imparati dall' esperienza, vera maestra di tutte le cose*. Ita habeo ex Epistola ejusdem Antonii. De Octavio scripsi olim in mea Bibliotheca Romana, Vol. 2. Centuria 7. num. marg. 83.

Julius Durantes, alter Castoris filius, Medicus æque spectatæ doctrinæ, acceptam a genitore, & fratre nominis claritatem, virtutum suarum præstantia longe, lateque extendit.

CHRI-

CHRISTOPHORUS VERONENSIS fuit Pauli II. Summi Pontificis Medicus, uti legitur apud Platinam in ejusdem Pauli Vita, pag. mihi 160. Neque aliam de eo notitiam habere potui.

CINTHIUS CLEMENS, Italus, Corinaltensis, politioris literaturæ cultor ornatissimus; Medicinæ vero intelligentia cum paucis conferendus, & proprio quodam naturæ munere ad humanitatem factus, & pietatem. A Paulo V. Pont. Max. ad suæ valetudinis custodiam accersitus. Medicinam etenim exercendo fidus, acer, navus, doctus communi æstimatione, constantique fama egregius fuit habitus. Hinc suffragantibus virtutum meritis ad Canonicatum in Lateranensi Basilica evectus, semper nullis non linguis laudari meruit.

Agunt de eo Paulus Zacchias, in Opere *De' mali Hipocondriaci*, lib. 1. cap. 21. pag. mihi 107. Baldus Baldi in libro, *Discorso Apologetico del vero Opobalsamo Orientale*, pag. 107. Franciscus Balduccius in suis Carminibus, nempe *Rime Famigliari*, pag. mihi 11. Jo. Bapt. Marinus in Vol. inscripto, *La Lira* par. 1. pag. mihi 201. Thomas Stigliani in volumine nuncupato, *Il Canzoniere*, lib. 8. pag. mihi 438. memoraturque in libro Statutorum Medicorum Collegii Almæ Urbis, pag. mihi 113.

CLEMENTIUS CLEMENTINUS, Italus, Amerinus, natalibus clarus, Artium, & Medicinæ Doctor, de quo legitur apud Jo. Anton. Vander Linden, nulli, quos Roma, & tota Italia habuit, fuisse secundum, fuitque Astronomus celeberrimus, Leonisque X. Pont. Max. Medicus, nec non Lector Philosophiæ, & Mathematicæ in Studio Patavino. Testatum hoc facit Ludovicus Jacobillus in Catalogo Scriptorum Provinciæ Umbriæ, pag. 92. Edidit Clementius Opus sane perutile

De Præceptis Medicinæ, De Arte Medica, & Clementi-

nam

nam Medicinam. Romæ. Apud Jacobum Mazzocchium. 1512.

Pluresque optime quoque scripsit

De Astronomia Libros, & de Febribus.

Clementina gens in pervetusta, & prænobili Amerina Civitate nobilitatis fulgore coruscat, & ex ipsa floruere Propertius eximius Legum peritus, Progubernator Tiburtinus.

Ascanius, Juris utriusque, ac Sacræ Theologiæ Doctor insignis, Proepiscopus Viterbiensis, qui Tractatum elucubravit de Patria Potestate.

Franciscus, ingenio, doctrina, & varietate rerum admirabilis, Comes Palatinus.

Victorius, Comes æque Palatinus, rerumque gerendarum solertia illustris, Juris utriusque Consultus, principumque virorum familiaritate spectatus, & in Romana Curia Causarum Patronus celebris.

Antonius eruditione, & pietate insigniter ornatus, Sancti Caroli Borromæi familiaris.

Nicolaus, Eques Ordinis Sancti Joannis Baptistæ Hierosolymitani, bellica gloria notus.

Faustus, Fulvius, ac Joannes strenui profecto milites, Copiarumque ductores, & alii.

Idea Clementina, unica nostri Clementii filia, mater extitit Cardinalis Bartholomæi Farratini.

Ex domesticis hujus familiæ monumentis.

CONSTANTIUS VAROLIUS, Italus, Bononiensis, cujus virtutes haud vulgares, non vulgari Hieronymi Ghilini elogio evulgatas accipe, ex Opere, *Teatro d' Huomini Letterati, Vol. secondo. Diasi conveniente luogo in questo Teatro a Costanzo, che nacque in Bologna da Sebastiano Varoli; poichè havendo conseguito dalla Natura un' eccellentissimo ingegno, volse impiegarlo nelli studii di Medicina, e Notomia, ne' quali con tanta sollicitudine pose tutti i suoi pensieri, e tutti i suoi di-*

diletti, che in breve riuscì con chiarissima fama di espertissimo Medico, e Notomista, senza invidiar punto i più celebri dell' età sua in quelle professioni. La sua patria, che haveva del valor suo fatte in varie occasioni moltissime prove, li conferì la pubblica lettura di Cirugia, nella quale perseverò sette anni, con quella maggior commendazione, che dar si potesse al più eccellente lettore di quella Università. La fama di questo valoroso Medico non si contentò di star rinchiusa nella sua patria, ma desiderosa di maggior gloria, penetrò anco in Roma, ove pose in considerazione i suoi molti meriti a Gregorio XIII., il quale perciò diede ordine, che fosse dimandato per suo Medico, & anco per pubblico Lettore di Notomia nello Studio di quella Città; come da lui fu così avventurosa condotta con ogni prontezza subitamente accettata, col mezzo della quale si acquistò la grazia di quel Sommo Pontefice, e ne risultò al suo nome grandissima lode presso a' Romani, massimamente essendo egli peritissimo nel cavar quella rena petrificata, che si genera nella vesciga. Devono a lui molto i professori di Medicina, poichè la sottigliezza dell' ingegno suo ritrovò, che i nervi ottici derivano dalla spinale medolla, contro la comune opinione de i passati Medici, e lo dimostrò in fatto, nel che fu assaissimo lodato da Girolamo Mercuriale, e da Domenico Leone, amendue famosi Medici, nelle Opere loro. Vanno attorno stampate alcune sue composizioni, che hanno per titolo,

De Origine Nervorum Opticorum.

Epistole Medicinali.

Anatomia in quattro Libri, la quale riuscì fruttuosissima a gl' intendenti, & acciocchè tutti ne potessero aver parte, fu di mestieri moltiplicarla colle stampe, & in Bologna, & in Francfort. Maggiormente havrebbe egli scritto per benefizio della Medicina, e della Notomia, se la morte non l' havesse in così fresca età levato dal Mondo; imperocchè visse solamente trentadue anni, e morì in Roma con dispiacere di tutta la Corte,

e di

e di tutti quelli che lo conoscevano l'anno 1575. Il suo corpo ebbe sepoltura nell' istessa tomba, nella quale giaceva suo padre, nella Chiesa di San Marcello, sopra la quale si vede la memoria seguente, cioè.

DEO OPT. MAX.
SEBASTIANO VAROLIO PATRI
ET CONSTANTIO FILIO
VIX TRIVM ET VIGINTI DIERVM SPATIO
EI SVPERSTITI
QVI
MEDICINAM
ET CHIRVRGIAM PERCALLENS
ERVENDI CALCVLI PERITISSIMVS
CVM IN GYMNASIO ROMANO
ANATOMICAM LECTIONEM
SECTIONEMQ. PROFITERETVR
GREGORIO XIII. PONT. MAX.
ADMODVM GRATVS
ANNO ÆTATIS SVAE XXXII.
IGNOTO MORBO OPPRESSVS DECESSIT.
FRANCISCA DE ANGELIS MARITO
ET FILIO
PORTIA DE VIOLIS SOCERO
ET MARITO BONON.
DE SE OPT. MERIT. MOESTISS. PP.
OBIIT AN. SAL. HVM. MDLXXV.

Meminere etiam Constantii Joannes Nicolaus Paschalis Alidosius in Opere, De Bononiensibus Laureatis in Sacra Theologia, Philosophia, Medicina, & Artibus, p. 43. Carolus Cartharius in Athenæo Romano, Joan. Anton. Vander Linden De Scriptis Medicis, lib. 1.

DEMETRIUS CANEVARIUS, Italus, Nobilis Genuensis, brevissimo tempore Pontificius Medicus, Urbani nempe VII. qui duodecim tantum dierum spatio in Petri Cathedra sedit, ut habeo ab Augustino Oldoino in Adversariis manuscriptis mihi dono datis, quæ multa continent ad variorum Italiæ Scriptorum memoriam. Janus Nicius Erythræus vero in Pinacotheca 3. Imag. 56. diffuse, & partim exquisitissimis laudando verbis, partim maxime culpando de eo scripsit. Rescribam ego vera nonnulla. Ad Medicinæ studia animum Demetrius appulit, & ad eam, non ut quidam faciunt, nudus venit, atque inermis, nulla cognitione rerum, nulla fere scientia ornatus, sed præclare a latinis literis, ab exquisita rerum multarum eruditione, ac præsertim a Philosophia, in qua fere sunt omnia, instructus accessit; cujus præsidio ad intima Medicæ Artis cubilia penetravit, ac brevi in ea perfectus evasit. Primum Genuæ in Medicorum Collegium cooptatus est, mox Romam se contulit, ubi hominis ingenium simul aspectum, & probatum est, itaque ille statim ad difficilium morborum curationes cœptus est adhiberi, in quibus fuit felix, nam plures, quorum salutis spes nulla supererat, pene ab orco reduxit: quapropter multis Summis Pontificibus, multis Cardinalibus carus extitit; sed Hieronymo de Ruere, Philippo Spinulæ, & Evangelistæ Pallottæ, & præcipue Joanni Baptistæ Castaneo, qui fuit postea laudatus Urbanus VII. longe carissimus. Certatim opera ipsius expetebatur, unde magna illi dabatur faciendæ cogendæque pecuniæ facultas; eamque vim pecuniarum conflavit, ut Medicorum omnium, qui erant Romæ, longe ditissimus, ac locupletissimus haberetur. Bibliothecam instituit, omni librorum optimorum co-

copia refertam. Secundissima semper fuit valetudine. Multa scripsit, ediditque, in quibus manifesto apparet, quantum ingenio, eruditione, doctrinaque præstiterit, ut sunt

De Rerum Naturalium Ortu, atque Interitu.

De Primis Rerum a Natura factarum Principiis.

De Hominis Procreatione.

Ars Medica, seu Methodus curandorum Morborum, affectuumque præter naturam, qui corpus humanum affligunt.

Agnoscendarum, præsagiendarum, curandarumque Febrium omnium Methodus rationalis, Artis Medicæ Præceptis instituta.

De Ligno Sancto, adversus Pseudolignum Sanctum, nuper in Italiam delatum.

Meminere insuper Demetrii idem Augustinus Oldoinus in Athenæo Ligustico, & Joan. Anton. Vander Linden, lib. 1. De Scriptis Medicis.

DINUS DEL GARBO, Italus, Florentinus, cui ob excellentem exponendi modum Galenum, & Avicennam, expositoris nomen concessum fuit, Brunonis del Garbo, Chirurgiæ peritissimi filius, Thaddæi Florentini, Medici clarissimi discipulus; Medicus itaque atque Philosophus Dinus dissertissimus, & omnium suo tempore sermone celebratus vixit; ac Pontificiæ valetudinis, Joannis scilicet XXI. dicti XXII. conspicuus moderator enituit: Summusque Pontifex non mediocriter Dinum dilexit, multisque honoribus auxit, ac divitiis apprime munivit. Scripsit ex Joan. Anton. Vander Linden, lib. 1. De Scriptis Medicis

De Cœna, & Prandio Epistolam. Extat cum Andr. Turini Operibus. Romæ. Apud Hieronymum de Cartulariis. 1545. in fol.

Recollectiones in Hippocratem de natura fœtus. Venetiis. Apud Octavium Scotum. 1502. in fol. cum aliis ejusdem argumenti libris.

 Chi-

Chirurgiam, cum Tractatu ejuſdem de Ponderibus, & Menſuris: nec non de Emplaſtris, & Unguentis. Ferrariæ. Apud Andr. Gallicum. 1485. in fol. *Venetiis, Apud Lucam Antonium Juntam.* 1536. in fol.

Enarrationem Cantionis Guidonis de Cavalcantibus de natura, & motu Amoris. Venetiis in fol.

Super 4. Fen. primi Avicennæ præclariſſima Commentaria, quæ Dilucidatorium totius Practicæ generalis Medicinalis ſcientiæ nuncupatur. Venetiis. 1514. in fol.

Expoſitionem ſuper Canones generales de Virtutibus Medicamentorum Simplicium, Secundi Canonis Avicennæ. Venetiis. 1514. in fol.

Videndi pariter ſunt de Dino tractantes Jacobus Gaddius, Tom. 1. De Scriptoribus, pag. 166. Joannes Tritemius de Scriptoribus Eccleſiaſticis, pag. mihi 117. Jacobus Philippus Bergomenſis in Supplem. Cronic. lib. 13. pag. mihi 329. a tergo. Andreas Tiraquellus in Nomenclatura Medicorum per Alphabetum, pag. mihi 130. a tergo. Auguſtinus Oldoinus in Additione Ciaconiana ad Joannem XXI. Pont. Max. Tom. 2. col. 406. Joannes Tarcagnota in Hiſtoriis, par. 4. lib. quinquageſimo ſexto, pag. mihi 185. a tergo. Joannes Andreas Quenſtedt, in Dialogo de Patriis illuſtrium doctrina, & ſcriptis Virorum, pag. 312. Gerardus Joannes Voſſius in vol. de Scientiis Mathematicis, pag. 422. Scipio Ammiratus, parte 1. tom. 1. lib. 7. pag. mihi 342. Hiſtoriarum Florentinarum, & par. 1. tom. 2. lib. 13. pag. 663.

Thomas del Garbo, Dini filius, Medicus acutiſſimus quoque floruit, egregie laudatus, qui elaboravit Summam Medicinalem. Expoſitionem ſuper Capitulo de Generatione Embryonis 3. Canonis Fen. 25. Avicennæ. De Reductione Medicamentorum ad actum, & de gradibus eorundem. Commentaria in libros Galeni de Febrium differentiis &c.

Cla-

Claruere Joannes Franciſcus Nicolai del Garbo Eques Ordinis Sancti Stephani 1587. nec non Franciſcus Maria Baccii del Garbo, Eques æque Sancti Stephani 1644.

ELISEUS CALCAGNI, Italus, Placentinus, Placentini Collegii Phyſicus, qui (ſi fidem habes Joanni Petro de Creſcentiis in Opere, *Corona della Nobiltà d' Italia, parte prima, pag.*223.) Summi Pontificis Sixti Quinti Medicus, inclaruit. Nihil aliud de eo mihi conſtat. Cognitum tamen habeo Eliſei familiam omnino Placentiæ defeciſse.

FERDINANDUS SICULUS, Leonis X. Pontificis Maximi Medicus, memoratus a Joanne Pierio Valeriano, in libro primo De Litteratorum Infelicitate, pag. mihi 49. nec aliam de eo cognitionem adeptus ſum.

FLORIDUS SALVATORIUS, Italus, Tiphernas, Clinicus, qui cum Romæ in uſu Medico eſset, feliciter ei credita fuit valetudo Clementis X. Pont. Max. cujus favore plurimum honoris, & fortunæ ipſi acceſſit, Canonicatu nempe in Eccleſia Sancti Laurentii in Damaſo, & Lectura in Archigymnaſio Romano, cum ingenti honorario condecoratus floruit. Tempore autem Innocentii XI. Summ. Pont. permultis moleſtiis, ac ærumnis affectus, gravia haud pauca ſuſtinuit, multumque jacturæ tulit. Tandem ab incorrupta bene judicantium voce, abſolutionem cum gloria conſecutus eſt.

Hujuſce virtutes integre narrantur in Epiſtola nuncupatoria voluminis Statutorum Collegii Medicorum Urbis, quodque volumen Protomedicus, Conſiliarii, & Collegæ Collegii Archiatrorum pro merito Florido dedicarunt anno

no 1676. Mentio quoque de eo facta est a Thoma Petruccio in Spicilegio Anatomico De structura, & usu Capsularum Renalium, pag. 2.

FRANCISCUS ANTRACINUS, Italus, Maceratensis, Philosophiæ, reique Medicæ callentissimus, ad cujus scientiam longum usum, & exercitationem adjunxerat; hinc ad Gregorii XIII. Summ. Pont. valetudinem servandam accitus, apud eundem plurimum valuit.

Habetur Francisci mentio in libro Statutorum Collegii Medicorum Almæ Urbis, pag. mihi 107. laudibusque ornatur a Baldo Baldi in Opere *Discorso Apologetico del vero Opobalsamo Orientale*, pag. 107.

FRANCISCUS CASINUS, Italus, Nobilis Senensis, inter amœniora studia, summa vigilantia Medicinæ Magistros sectatus, magnum inter Medicos nomen obtinuit. Doctrina hinc, usuque famigeratus, innotuit Urbano VI. Pont. Max. a quo evocatus, Papæ Medicus, & Papæ in primis acceptus illuxit, uti promulgavit Isidorus Ugurgerius in Opere, *Le Pompe Sanesi, parte prima, titolo decimosettimo*, pag. 503.

FRANCISCUS CASINUS alter, Italus, Nobilis æque Senensis, ob Medicinæ excellentem peritiam, cum insigni virtute conjunctam, Medicus eximius Martini V. Sum. Pont. cujus beneficentia multas congessit opes, præclarissimasque affinitates Romæ assecutus fuit. Plures eum quoque Magnates ad suæ valetudinis restitutionem sæpius efflagitarunt, quibus prospero eventu commissam salutem restituit.

Antonius Casinus, hujus Francisci filius, ex Canonico Senensi, Massensis Episcopus adlectus est, anno 1425. Scripturas omnes ad Massensem Episcopatum spectantes diligentissime recuperavit, multaque deinde expiscatus est, quæ iniquo jure multi occupaverant. E vivis exemptus est

est anno 1429. cum singularis laude probitatis, sepultus in Cathedrali cum sequenti inscriptione.

Quem genuit Papæ Medicus Franciscus Senensis
Præsulis Antonii contegit ossa lapis.
OBIIT ANNO DOMINI MCCCCXXVIIII.
DIE... MENSIS FEBRVARII
CVIVS ANIMA REQVIESCAT IN PACE.

De his idem Ugurgerius, Tit. 7. pag. 147. ac Ughellus in Italia Sacra, Tom. 3. col. 797.

FRANCISCUS COLUMBUS, Italus Perusinus, doctissimus Medicus, atque Philosophus, in Platonicis libris tam exacte versatus, ut publice legendo, vel disputando Platonis nomen, & doctrinam in ore, atque in scriptis semper haberet; Plato itaque cognominatus, & suæ familiæ posteri in tanti memoriam viri, hoc Platonis cognomine usi sunt.

Augustinus Oldoinus in citato volumine ms. penes me, in quo sunt collecti Scriptores Italici permulti, ita scripsit, *Francesco Colombo, cognominato Platone Perugino, Medico, e Filosofo di gran nome, introdusse in Perugia l'Accademia de' Semplici. Fu Medico carissimo del Cardinal Marcello Cervini, ch'eletto Papa chiamossi Marcello Secondo, e lo soleva nomare il mio caro Platone. Fatto Papa, dichiaratolo suo Medico, sarebbe stato molto beneficato, se la morte non avesse così tosto tolto dal Mondo quell'Ottimo Pontefice.* Teste eodem Oldoino in alio Opere edito, nempe in Athenæo Augusto, eruditissimarum Francisci

Lectionum, & lucubrationum de Re Medica, & Philosophica Volumina plura, apud hæredes adservantur.

Prosapia hæc dedit in lucem perdoctos viros alios, scilicet Hieronymum sacræ Theologiæ Professorem, qui edidit in sacram Christi Nativitatem, Disquisitionem Theolo-

logicam; quo nam pacto Planetæ, & Sidera Domino famulentur. Paratos etiam typis scripserat De Angelica, & Humana Hierarchia, lib. 8. De Regimine Ecclesiæ, lib. 2. In Cantica Canticorum Metricam Expositionem. Davidis Regis Psalterium Carminibus explicatum. De Episcopis Perusinis Opus.

Titum Columbum nobilem Carminum artificem.

Nicolaum Sac. Theologiæ Magistrum, Ordinis Prædicatorum, in omnibus scientiis instructum, adeo ut illas publice Romæ contra quoscumque tutatus sit, scripsitque plura eruditissime super Sacram Scripturam, servata olim mss. in Bibliotheca Ducis Urbini, & alia in re Theologica.

De quibus tractant præter Oldoinum, Leo Allatius in Apibus Urbanis, Ludovicus Jacobillus in Bibliotheca Umbriæ, Ambrosius de Altamura in Bibliotheca Dominicana, anno 1530. Cæsar Crispoltus in Perusia Augusta, lib. 3. pag. 366.

FRANCISCUS DANDINUS, Italus, ex nobili familia Senensi, mox inter Cæsenatenses illustri, Doctor Physicus sine dubio summus, Summorumque Pontificum Clementis VII. nec non Leonis X. Medicus. Petrus Belmonti in Opere, *Genealogia dell'Antica Famiglia detta delle Caminate* &c. pag. 175. hisce docet verbis, *Della Famiglia de' Dandini originaria di Siena ne discorre il Cava, Parti, & il Manzoni, a' quali mi riferisco, ristringendomi io a dar motivo d'alcuni personaggi più celebri, come di Anselmo nobil Senese, Dottore nelle Leggi stimatissimo, che fu poi Governator di Cesena. Di Gio. Lodovico, pure Jurisconsulto eccellentissimo, nominato da Alessandro Tartaglia ne' suoi Consigli, Podestà di Rimino, & Auditor di Rota in Lucca l'anno* 1462. *Di Francesco Dottor Fisico preclarissimo, Medico di Papa Clemente Settimo, e di Leone Decimo. Di Girolamo Vescovo d'Imo-*

la

la, e nel 1552. *promosso alla dignità Cardinalizia, Principe di merito incomparabile. Di un altro Anselmo Prelato degnissimo, e Governatore di Roma. Di Marco Agrippa, Vescovo di Jesi. Di Pompeo parimente Referendario dell' una, e l'altra Signatura. Del Padre Girolamo Gesuita, valentissimo Teologo, di cui si leggono alcuni libri alle stampe, &c.* Consule quoque Ferdinandum Ughellum in Italia Sacra, To. 1. col. 326. Tom. 2. col. 692. Ciaconium novissimæ impressionis, Tom. 3. col. 781. Isidorum Ugurgerium in Opere, *Le Pompe Sanesi*, par. 1. Tit. 7. pag. 157. Scipionem Claramontium in Historia Cæsenæ, lib. 16. pag. 737. De Hieronymo vero Societatis Jesu, lustrare poteris Bibliothecam Scriptorum ejusdem Societatis, pag. mihi 338.

FRANCISCUS FRIGIMELICA, Italus, Nobilis Patavinus, gemina Philosophiæ, & Medicinæ Laurea ornatus; 40. omnino annis in patria Academia, eloquentia, ac eruditione mirabili professus est, mirabilis pariter, atque felix in ægris curandis. Pervagata ejus fama, Julius III. Pont. Max. Romam vocavit ad Medici Pontificii munus obeundum, & optime suo muneri satisfecit, laudisque materiam undique invenit. Exponit Angelus Portenarius in Opere, *Felicità di Padova*, lib. 7. c. 6. p. 252. Franciscum Romæ alterum Æsculapium appellatum fuisse. Narrat Capivaceus lib. 3. De affect. Intestinor. pag. mihi 116. Franciscum intestinorum lancinante dolore correptum, calculum per alvum excrevisse ad magnitudinem ovi gallinacei. Meminit etiam de eo Antonius Riccobonus in vol. de Gymnasio Patavino, lib. 1. cap. 15. Videndus quoque Jacobus Philippus Tomasinus in Elogiis Illustrium Virorum, vol. 1. pag. 51.

Francisci ingenium quamplures peperit fœtus, hæc vero haud ignoro

Variarum Rerum Medicinalium Tract. 30. quorum præci-

cipui sunt de Morbo Gallico, de Capillorum Defluvio, extant Tom. 2. Aphrodisiaci, sive de Lue Venerea, impresso Venetiis, apud Baretium Baretium, & socios. 1599. in fol.

Multas, ac varias habuit *Consultationes* cum viris præstantissimis, impressas cum Consiliis Joan. Baptistæ Montani, collectis a Joanne Cratone. Scripsitque

Tractatum de Balneis Metallicis arte parandis. Patavii. 1659. in 8.

Pathologiam parvam, in qua Methodus Galeni, practica explicatur, & quam foras emisit Gaspar Hoffmanus. Jenæ. 1640. & iterum Parisiis 1647. in 8.

In Lycæo Patavino Caroli Patini, pag. 12. ex hac eadem familia Physicum alium meritissimum, Hieronymum nempe Frigimelicam, elogio illustratum invenies. Hujus Frigimelicæ familiæ nobilitatem, & permultos alios eximios viros describere prætereo; ne quæ notissima sunt transcribam. Non sileam tamen

Antonium Philosophum politissimum, & Lectorem celeberrimum Patavii an. 1528.

Antonium alterum, amœnioris literaturæ cultorem egregium, & Philosophum, qui Orationes, & Tragœdias elaboravit, nec non librum, *Dell'Onore Cavalleresco*. De quibus laudatus Portenarius pag. 256. 274.

Jacobum Ordinis Sancti Stephani Equitem 1623.

FRANCISCUS GYMNASIUS, Italus, e Castro Bononiensi, nobili prosapia ortus, Medicorum sui ævi splendidissimum jubar, non solum doctrinæ gloria, quam virtutum maximarum fama clarissimus. *Francesco Ginnasio* (scripsit Cæsar Mezamici, in libro cui titulum prætulit, *Notizie Istoriche delle Operazioni più singulari del Sig. Card. Domenico Ginnasio*, pag. 9.) *che nella professione della Medicina fu tanto perito, & eccellente, che la lesse come Maestro in Bologna, e molti Principi d'Italia nelle occorrenze più pe-*

pericolose della loro salute si prevalsero con esito felice della sua opera. Essendosi ciò presentito da Pio IV. lo chiamò a Roma, & onoratolo nella Sapienza di una delle prime Cattedre con l'assegnamento di un notabile, & istraordinario stipendio, lo volle appresso di se in grado di Medico, col cui ministero se gli accrebbe la stima, e si conciliò nella Corte la benivolenza universale. Porro Franciscus filios sic moribus, & literis instituit, ut sibi, familiæ, ac patriæ gloriam amplissimam conciliaverit, quæ ad perpetuitatem permanebit. Rescribam itaque Cenotaphium a Dominico Gymnasio, Francisci filio, S. R. E. Cardinali eminentissimo, doctissimoque, Operibusque elucubratis celeberrimo, positum in Ecclesia S. Mariæ super Minervam, genitoribus, & fratribus suis, dum Sipontinus Archiepiscopus esset.

D. O. M.
FRANCISCO
NOBILI GYMNASIORVM STIRPE
CASTRO BONONIENSI IN ÆMILIA NATO
PHILOSOPHO ET MEDICO CLARISSIMO
QVAS FACVLTATES
BONONIÆ PRIMVM
ALEXANDRO FRATRI SVBROGATVS
DEINDE ROMÆ
A PIO IV. PONT. MAX. ACCITVS
PLAVSV MAXIMO PVBLICE DOCVIT.
QVI CVM IN VRBE PER ANN. XXX.
PRINCIPVM ET ILLVSTRIVM VIRORVM
GRATIA FLORVISSET
PARI TANDEM OMNIVM MOERORE
DECESSIT
AN. ÆTAT. SVÆ LXXII. MENS. VIII.
POST CHRISTVM NATVM AN.
MDLXXXVII.
ET CATHARINÆ PALANTERIÆ
EIVS VXORI CONCORDISSIMÆ
QVÆ VIXIT AN. LVII.
ET EORVM LIBERIS
IOANNI I. V. D.
VARIIS PVBLICIS MVNERIBVS
LAVDABILITER PERFVNCTO.
QVI VIXIT AN. XXVII. MENS.... DI....
ALEXANDRO
IN MEDICINÆ STVDIIS
PATERNA VESTIGIA

FELICITER ÆMVLATO
QVI VIXIT AN. XLIV. MENS.... DI....
ACHILLI
IVRIS PERITISSIMO PROTON. APOST.
AD MAGNA NEGOCIA
A SVMM. PONTIFF. ADHIBITO
CARPENTORACTE
IN MAGISTRATV EXTINCTO.
QVI VIXIT AN. XLI. MEN.... DIES....
DIONYSIO I. C. EXIMIO
ILLVSTRISSIMÆ COLVMNENSIS FAMILIÆ
CAVSARVM AVDITORI PROBATISSIMO.
QVI VIXIT AN. XXXVIII. MEN.... DI....
DOMINICVS GYMNASIVS
ARCHIEPISCOPVS SIPONTINVS
PARENTIBVS
ET FRATRIBVS VNICE DILECTIS
P. C.

FRANCISCUS SANTUCCIUS, Italus, Romanus, Balthaſſaris Bonanni avunculi, Joannisque Benedicti Sinibaldi ſuffultus præſidio (ambo fuere doctiſſimi Medici, atque primarii) omnia ſua ſtudia ad Medicinam contulit; & inde longo jam uſu, & exercitatione ſatis edoctus, evocatus fuit a Benedicto Card. Odeſcalco, ut ſibi in adverſæ valetudinis incommodis ſaluti eſſet. Optimus vero Cardinalis, Petri Cathedram aſcendens, ſub Innocentii XI. nomine, Franciſcus Pontificius Medicus inclaruit, & Baſilicæ Divi Petri in Vaticano Canonicus. Accedebat ad illius doctrinam cum ſumma morum elegantia, comitas, & humanitas tanta, ut animos eorum quibuscum ageret, ſibi benevolentiæ vinculis adſtringeret, fueritque hinc carus, & in pretio Optimatibus multis.

De eo perhonorifica habetur mentio in Epiſtola nuncupatoria Joannis Benedicti Sinibaldi, lib. 9. Geneanthropœje.

GA-

GABRIEL DE FONSECA, Lusitanus, Lamecensis, optimæ conditionis vir, cui plane non defuit ex majoribus, quem imitaretur, & præsertim Rodericum de Fonseca patruum, Doctorem Medicum conspicuum, ob eximiam doctrinæ existimationem evocatum ad docendum in Academia Pisana primum, mox in Patavina, ac doctissimis lucubrationibus in lucem emissis, fama notissimum. Habuit Gabriel studiorum auspicem Rodericum, & Medicinæ operam omni conatu dedit, ac Pisis cum nominis claritate Professor Philosophiæ fuit, dein Romæ Medicinam fecit nemini secundus, prudens, peritus, atque fidelis; quare ei salutis curam suæ commisit Innocentius X. Pont. Max. maximumque in Pontificis gratia locum tenuit, & multo magis cum ejus, qui illi obtrectabat, invidia, & malignitas facta est palam; ac in Romana Sapientia Medicinæ Cathedram impetravit, honoribus fortunæque bonis abundans. Multos ex Magdalena Gomez uxore filios tulit, & tres filias honestissime in matrimonio collocavit, Olympiam nimirum dedit Francisco Galli Romano, nobili, & ornatissimo viro. Annam Ludovico Panizza Romano, Juris utriusq. Doctori. Antoniam Prospero, ex Argolorum familia inter Marsos nobilissima, viro politioris literaturæ cultori, Andreæ Argoli, qui æternam nominis sui famam reliquit, filio. Gaspar vero ex filiis masculis conjugem habuit Catharinam Pegni Romanam, claris parentibus ortam, ex qua tamen filios haud genuit. Balthassar filius alter, insigni Sacerdotio, quod Canonicatum vocant, in Basilica Sanctæ Mariæ Majoris decoratus vixit, qui summopere rem familiarem parsimonia auxit, & cum virilis e gente sua stirpis postremus esset, heredem testamento sororem Antoniam scripsit.

Præ-

Præter ſolemnes ab Exedra dictatas

Prælectiones,

exaravit Gabriel

Medici Oeconomiam. Romæ. Apud Andream Phæum in 8.

Compoſuerat item

Conſultationes Febrium Peſtilentium, quæ anno Dom. 622. *Romæ graſſatæ ſunt*.

Conſultationes aliquas ex Conclavi obortas anno 1623.

Convivia Medicinalia. Et alia; quæ utinam non ſint deperdita, aut alicui plagiario inſerviant.

Tractant de Gabriele Leo Allatius in ſuis Viris Illuſtribus. Nicolaus Antonius in Bibliotheca Scriptorum Hiſpaniæ, Tom. 1. Joan. Anton. Vander Linden De Scriptis Medicis, lib. 1. Carolus Cartharius in Opere ms. & inſcripto Athenæum Romanum. Sebaſtianus Baldi in Vol. prænotato Anaſtaſis Corticis Peruviæ, lib. 3. p. 239. Dominicus Panarolus in Obſervationum Medicinalium Pentecoſte 4. Obſervat. 8. pag. 227. Julius Cæſar Benedictus inſcripſit Gabrieli Epiſtolam 1. Lib. 2. Epiſtolarum Medicinalium, & Epiſtolam 7. Libri 8. Epiſtolamque 6. Libri 9.

GASPAR TORRELLA, Hiſpanus, Valentinus, bonarum literarum ſtudioſiſſimus, Philoſophiæ Medicinæque Doctor, Sacrarumque diſciplinarum peritiſſimus, a medelis Alexandri VI. Pont. Max. uti pro explorato habemus ex Gaſparis Operibus, quæ exhibentur in Vol. 1. Aphrodiſiaci, ſive de Lue Venerea, ab Aloyſio Luiſino formis dato Venetiis 1599. apud Baretium Baretium, & Socios in fol. & ſunt

De Pudendagra Lib.

De Dolore in Pudendagra Dial.

De Ulceribus in Pudendagra Lib.

Conſilia quædam adverſus Pudendagram.

Scri-

Scripsit insuper

Judicium Generale de Portentis, Prodigiis, & Ostentis. Editum Romæ (teste Nicolao Antonio in Bibliotheca Scriptorum Hispaniæ, Tom. 1.) per Joannem Gozadinum sub Julio II. Verderius tamen in Supplemento Bibliothecæ Gesnerianæ impressum dicit Tergenseæ in 4. an. 1577.

Fuit etiam Gaspar Episcopus S. Justæ, domesticusque Prælatus, & Medicus Julii II. Sum. Pont. cui dicavit librum alium, qui inscribitur

De Regimine, seu Præservatione Sanitatis, De Esculentis, & Poculentis Dialogus, cujus in fine hæc leguntur verba, *Finit Dialogus pro regimine sanitatis valde utilis, editus a Magistro Gaspare Torrella, natione Valentino, Episcopo Sanctæ Justæ, ac SS. D. N. Julii II. Medico, ac Prælato Domestico, cum quo modum cognoscendi complexiones, tam exculentorum quam poculentorum docet. Anno a Nativitate Domini MDVI. impressus per Magistrum Joannem Besicken.* in 4.

Videndus pariter de eo Joan. Anton. Vander Linden De Scriptis Medicis lib. 1.

GENTILIS GENTILIS, Italus, Fulginas, speculator nuncupatus, alterius Gentilis Medici filius, Bononiensi, Perusinaque donatus Civitate, Medicinæ Professor solertissimus, qui magno apud omnes in honore vixit, ejusque Opera omnium judicio probantur, & accurate, studioseque leguntur. Teste Augustino Oldoino in Athenæo Augusto, Joannis XXI. dicti XXII. Pont. Max. Medicus, quem Pontifex mirum in modum amavit, ac mirum in modum plurimis muneribus cumulavit, hinc Gentilis se rerum opulentia valde auxit. *A Communi Perusiæ* (sunt ipsissima verba Ludovici Jacobilli in Bibliotheca Umbriæ) *ob ejus sapientiam, obtinuit non solum Civilitatem, sed etiam domum apud Ecclesiam S. Augustini Perusiæ, in qua Civitate plantavit ejus familiam de Gentilibus per Franciscum ejus secundo-*

dogenitum : & in dicta Ecclesia S. Augustini erexit Sacellum S. Antonii Abb. Et a Jacobo ejus primogenito veniunt Gentiles Fulginiæ . Scripsit tantus hic Medicus , ut in libro 1. De Scriptis Medicis refert Joan. Anton. Vander Linden

Expositiones cum textu Avicennæ . Venetiis . Apud Octavium Scotum . 1484. 1486. in fol. *Apud Baptistam de Tortis .* 1492. in fol. 4. voll. His adjecta sunt *Quæstio de Febre . De Actuatione Medicinarum . De Phthisi . De Majoritate Morbi . Tractatus de Proportione Medicinarum , seu Dosi , & Consilia varia .*

Consilia peregregia ad quævis morborum totius corporis genera . Ejusdem Tractatus de Hernia : & Receptæ super primam Fen. quarti Avicennæ ordinatæ : ac de Balneis apud nos circumstantibus , & naturis ipsorum , & temporibus ipsa visitandi . Extant hæc omnia cum Antonii Cermisoni Consiliis . Venetiis . Apud Octavium Scotum . 1503. in fol.

De Febribus . Venetiis . 1526. in fol.

De Lepra Tract. Extat cum Dini de Garbo Chirurgia . Venetiis . Apud Lucam Antonium Juntam . 1536. in fol.

De Balneis Tract. 2. Extant pag. 181. 182. Operis Veneti de Balneis .

Excerpta de Balneis ex Commentariis in Avicennam . Extant pag. 347. ejusdem Operis de Balneis .

De proportionibus Medicinarum , & de modo investigandi complexiones eorum , & ad sciendum convenientem dosim cujuslibet medicinæ . Extat inter Opuscula illustrium Medicorum de Dosibus . Patavii . Apud Gratiosum Percacinum . 1556. in 8. Apud Paulum Majettum . 1579. in 4. Lugduni . Apud Joannem Mareschallum . 1584. in 8.

Quæstiones , & Tractatus extravagantes , noviter cum summo labore collecti , & cum magna diligentia emendati . Venetiis . Apud Octavium Scotum . 1520. in fol.

Ex-

Expositio cum Commento Aegidii Monachi Benedictini, lib. 1. Judiciorum de Urinis : & lib. 1. de Pulsibus. Venetiis. 1494. in 8. Lugduni. 1505. in 8.

Cum Perusinam Urbem sæva devastaret epidemia anno 1348. ita Gentilis cum Collegio Magistrorum pro Urbis, infirmorumque regimine incubuit, ut ex frequenti ægrorum visitatione, pestilentia correptus, tandem sex dierum spatio, extremis fatis concesserit, quod fuit die 12. Junii supradicti anni. Mox ejus corpus delatum fuisse Fulgineum, ibique in Templo Eremitarum S. Augustini depositum, testatur Franciscus de Fulgineo, qui Gentilis ægritudini interfuit, & ad obitum usque nunquam ipsum dimisit.

Tractant insuper de eo Joan. Tritemius De Scriptoribus Ecclesiasticis, pag. mihi 119. a tergo. Jacobus Philippus Bergomensis in Supplem. Cronic. pag. mihi 331. a tergo. Andreas Tiraquellus in Medicorum per Alphabetum Nomenclatura, pag. mihi 132. a tergo. Joannes Andreas Quenstedt in Dialogo de Patriis Illustrium Doctrina, & Scriptis Virorum, pag. 348. Leander Albertus in Descriptione totius Italiæ, pag. mihi 89. & alii multi.

Alios quoque peperit hæc de Gentilibus familia, nobiles viros, laudibus extollendos, uti Gentilem juniorem, ex eodem Jacobillo in Catalogo Scriptorum Provinciæ Umbriæ, Matthæi filium, & alterius Matthæi Jurisconsulti, & Camerini an. 1461. Prætoris pronepotem, qui obiit anno 1576. claruitque probus, & egregius Legum Doctor, ac reliquit Consiliorum Volumen, & Commentarium in Statuta Fulginiæ.

Sebastianum virum integerrimum, in omni Disciplinarum genere versatum, Utriusque Signaturæ Referendarium, & Contradictarum Auditorem, qui multas Civitates prudentissime rexit, mox Vicarii Urbis Locumte-

nens, ſacræque Conſultæ Præſul, deinde Epiſcopus Anagninus, & demum ad Eccleſiam Interamnenſem translatus fuit. Edidit de Sancti Caroli Felicitate Panegyricum, ad Urbanum VIII. Conſtitutiones, & Decreta Synodi Anagninæ. De Statu Civitatis, & Diœceſis Anagninæ, ad Innocentium X. Conſtitutiones Synodi Interamnenſis.

Hujus etiam meminit Ferdinandus Ughellus in Italia Sacra, Tom. 1. Col. 366.

GUIDO DE CAULIACO, Gallus, e Monte Peſſulano, Philoſophus, Medicus, atque Chirurgus conſummatiſſimus, qui adeo eximium, publicumque ſui dedit in rebus Medicis teſtimonium, ut ob nominis celebritatem Urbanus V. Sum Pont. eo uti voluerit Medico. Apud poſteros etiam gloriam conquiſivit immortalem ſcribendo, ſicuti patet ex lib. 1. De Scriptis Medicis Joan. Anton. Vander Linden.

Chirurgiæ Tract. 7. Cum Antidotario. Venetiis. Apud Octavium Scotum. 1490. *in fol. Apud Bernardinum Venetum de Vitalibus.* 1519. *Apud Juntas.* 1546. *in fol. Cum Chirurgia Bruni, Theodorici, Rolandi, Lanfranci, Rogerii, Bertapaliæ. Venetiis. Apud Simonem de Luere.* 1499. *in fol. Lugduni.* 1572. *in* 8. *Apud Joan. Cambray.* 1518. *in* 4. *Apud Heredes Jacobi Juntæ* 1569. *in* 8. *Addita his Recepta Aquæ Balnei de Porrecta per Turam de Caſtello Bononienſem.*

Chirurgiam Parvam. Venetiis. Apud Octavium Scotum. 1500. *in fol. Cum Albucaſis Chirurgia.*

De Guidone quoque meminit cum præconio Joannes Andreas Quenſtedt in Dialogo de Patriis Illuſtrium Doctrina, & Scriptis Virorum, pag. 60.

HIE-

HIERONYMUS CORDELLA, Italus, Firmanus, nobili apud suos genere natus, ex Philosophiæ ad Medicinæ studia gradum faciens, in his facultatibus cum Lauream obtinuisset, ægrorum curationem suscepit, & ita processit in Medicina, ut ad summum pervenerit, habereturque Medicus, omnibus (ut ajunt) numeris absolutus, clarueritque Clementis VIII. Pont. Max. Archiater. Non tantum doctrina Hieronymus exornatus fuit, & præclaris naturæ dotibus, verum etiam religiosa pietate, atque moribus optimis, præcipuisque virtutibus, quapropter carus admodum vixit Divo Philippo Nerio, qui illius mortem præcinuit.

Horatius Augenius inscripsit Hieronymo Epistolam 1. libri 4. Epistolarum Medicinalium primi tomi. De eo insuper scripserunt Andreas Baccius in Opere de Naturali Vinorum Historia lib. 5. p. mihi 253. Petrus Jacobus Baccius in Vita Beati Philippi Nerii, lib. 3. cap. 3. num. 3.

Magnum quoque Cordellæ familiæ ornamentum ac decus effluxit ab Hyacintho Cordella, varia literatura; summaque rerum peritia referto, ab Episcopatu Venafrano ad Ecclesiam Lauretanam translato, quem laudatum invenies a Vincentio Armanno in secundo Epistolarum Volumine, pag. 405.

Atque a Bartholomæo Cordella, Juris utriusque consultissimo, qui in Florentinæ, ac Lucensis Rotæ Auditorem accitus, summæ integritatis, doctrinæque laudem sibi conciliavit.

HIERONYMUS PROVENZALIS, Italus, Neapolitanus, vir nobilis, gravissimus Philosophus, expertissimus Medicus, Theologus magni nominis, rerumque usu insignis, qui vix habuit suo ævo in Italia parem. Romam

profectus, affulſit Medicus Clementis VIII. Pont. Max. & Hieronymo plurimum tribuit, ſummamque fidem Pontifex habuit, ac tandem Archiepiſcopatu Surrentino eum magis, magiſque illuſtravit, tota plaudente Aula. Ex Ferdinandi Ughelli verbis, in Italia Sacra, Tom. 6. col. 783. nihil Hieronymo comius, doctiuſque. In Cathedrali Sacrarium Sacelli in honorem Divi Januarii Martyris extruxit, dotavit, ſacriſque Reliquiis ornavit, ibique ſepulcrum ſibi vivens ſtatuit. Vixit in hac dignitate ſumma ſui nominis fama ann. 13. menſ. 7. ac pie, ut vitam duxerat, mortalitatem explevit anno MDCXII. tunc quando ad Poloniæ Regem, a Paulo V. Apoſtolicæ Sedis Nuncius deſtinatus fuerat. Omnigenæ ejus doctrinæ monumentum hoc, in publicum extare novi

De ſenſibus Tract. Romæ. Apud Bernard. Baſam 1597. in 4.

De hoc Præſule tractat Nicolaus Toppius in Bibliotheca Neapolitana. Joannes Zecchius eidem dicavit Diſputationem, habitam Romæ in Sacro Palatio, de Ratione curandi præſertim febres ex putri ortas humore &c.

Hanc progeniem præ ceteris etiam decoravit Ignatius Provenzalis, vita, & literatura conſpicuus, a Toppio item in Bibliotheca Neapolitana encomio donatus, pag. 395.

Floret nunc Romæ Thomas Provenzalis, inter præcipuos Advocatos adnumeratus, avitæ virtutis, & doctrinæ æmulator illuſtris.

HIERONYMUS RUBEUS, Italus, Ravennas, natalium claritudine conſpicuus, de quo cecinit Franciſcus Corellus

Et licet illuſtris Rubea ſis gente, niteſces
Virtutis propriæ nobilitate magis.

Hiſtoricus, & Medicus fuit, nunquam ſatis commenda-

datus, & inter meliores oppido recensitus. Clementi VIII. Pont. Max. probatus extitit adeo, ut ei corpus, vitam & sanitatem committeret suam, uti patet ex Opere ejusdem Hieronymi, Annotationum scilicet in libros octo Cornelii Celsi. Merebatur sane hoc munus, tanti viri summa doctrina, & eruditio; merebantur ipsius praeclara in lucem edita monimenta, quibus sibi posteritatem devinxit; merebatur ipsius politus in scribendo stylus, in dicendo facundia, qua magnis functus est Legationibus; merebatur denique ejus industria laudatissima, & fides egregia. Dignus profecto, cujus vitæ tenorem, præstantissimasque doctrinas, ac virtutes, posteri omnes Medici, in omne tempus imitentur, & celebrent. Scripsit

Historiarum Ravennatum Lib. Decem. Hac altera editione Libro Undecimo auctos, & multiplici antiquitatis historia, Gothorum, Longobardorum, & Italicorum ab anno post diluvium centesimo quadragesimo primo, usque ad annum Christi MDLXXXVIII. amplissime locupletatos. Venetiis. Ex Typographia Guerraea. MDLXXXIX. in fol.

Orationem de electione Gregorii XIII. Papæ, quam habuit ad Populum Ravennatem. Cesenæ. Apud Bartholomæum Ranerium. 1572. in 4.

Annotationes in libros octo Cornelii Celsi de Re Medica. Quibus omnia, quæ ad universam Medicinam spectant dilucide, & compendiose explicantur. Venetiis. Apud Joannem Guerilium MDCXVI in 4.

De Destillatione, sive de Stillatitiorum Liquorum, qui ad Medicinam faciunt methodo, atque viribus librum, in quo Chemicæ artis veritas, ratione, & experimento comprobatur. Excusum fuit Opus hoc jugiter laudatum, Ravennæ, Basileæ, Venetiis &c. in 4. & in 8.

De Melonibus. Accessit Responsum Medicinale pro Asthmate, Vincentii Alsarii a Cruce. Venetiis. Apud Joan. Bapt. Bersonum. 1607. in 4.

De

De Hieronymo tractant Jacobus Gaddius, Tom. 2. De Scriptoribus, pag. 308. Antonius Possevinus Bibliothecæ Selectæ Lib. 16. pag. 391. Nicolaus Angelus Caferrius in Synthemate Vetustatis, pag. 208. Ludovicus Jacobus a S. Carolo in Bibliotheca Pontificia, l. 2. Jo. Anton. Vander Linden, Lib. 1. De Scriptis Medicis. Joannes Cinellus in Opusculo inscripto, *Biblioteca Volante, Scanzia sesta*.

Excessit Hieronymus ex dyssenteria die 8. Septembris M. DC. VII. ætatis LXVIII. unico relicto filio Antonio Maria, & ipso Medicinæ nobili professore, qui Romæ vitam vixit, inter primarios Medicos habitus.

Laudibus quoque efferendus est frater Joannes Baptista Rubeus, nostri Hieronymi patruus, Carmelitarum Ordinis decus, ingenio, doctrina, pietate, rerumque gerendarum solertia spectabilis, sepultus Romæ in Ecclesia SS. Silvestri, & Martini in Montibus, cum subjecto Epitaphio, quod poteris etiam intueri apud Jo. Antonium Philippinum in Opere, cui titulum fecit, *Ristretto di tutto quello, che appartiene all'Antichità, e Venerazione della Chiesa de' Santi Silvestro, e Martino de' Monti di Roma*, Cap. 17. pag. 86.

D. O. M.
FR. IO. BAPTISTÆ RVBEO RAVENNAT.
CARMELITARVM ORDINIS GENERALI
GENERE MORIBVS ET DOCTRINA
CLARISSIMO
QVI
ORDINEM SVVM ANNOS XVI. REXIT
AC PRIVILEGIIS
A GREGORIO XIII. PONT. MAX. IMPETRATIS
ILLVSTRAVIT.
VIXIT ANNOS LXXI.
OBIIT ANNO M. D. LXXVIII.
TERTIO NONAS SEPTEMBRIS.

HIE-

HIERONYMUS SESSA, Italus, Sueſſanus, Philoſophiæ, Medicinæque Doctor ſuo ſæculo magnus, rariſque virtutum ornamentis, ac morum integritate maximus, Pauli IV. Sum. Pont. intime familiaris, & Medicus, quem Pontifex ſingulariter amavit, eo quia probi viri ſingularia merita probe noſcebat, quapropter S. R. E. Cardinalem renunciare voluit; ſed Hieronymus oblatam dignitatem ampliſſimam, terrena faſtidiens, eximia animi ingenuitate repudiavit, ſapienter intelligens, quanto majus eſſet, ſummos honores contemnere, quam accipere. Verum enim vero hæc animi demiſſionis exempla rariſſima ſunt. Audiamus Scipionem Mercurium in Opere, *Errori Popolari d' Italia*, lib. 2. cap. 27. pag. mihi 164. *Rua quel luogo nel Padovano così celebre, così famoſo, così ſanto, dove vivono quei ſanti Eremiti, uomini sì in viſta umana, ma Angeli nella converſazione, fu edificato dall' Eccellentiſſimo Signor Geronimo Seſſa, che fu Medico di Papa Paolo IV. il quale lo volle far Cardinale, ma egli con generoſità d'animo incredibile lo rifiutò, per edificar così ſanto luogo.*

Attamen potius dicendus Hieronymus, Leonis X. Pont. Max. Medicus, ex relatis a Silvano Razzi in volumine, *Le Vite de' Santi, e Beati dell'Ordine de' Camaldoli*: vitam namque Hieronymi ſcripſit, Beatumque vocat, & elaboraſſe ait nonnulla

Opera de Re Medica, nec non

De Religione Tractat. cujus titulus *Columba Decora*.

Atque ex Angelo Portenario in Opere *della Felicità di Padova*, lib. 2. cap. 11. Quomodo res ſe habeat, ſedulus curioſus inveniet; ſatis etenim mihi indicaſſe ſufficiat.

HIPPOLITUS SALVIANUS, Italus, Tiphernas, Romanuſque Civis, Medicus ſumme doctus, atque Philoſophus, in quo erat ambiguum, utrum magis ipſius ſcientia,

tia, an fides, & ſedulitas in curandis ægris laudaretur; Julius III. Pont. Max. tantum virum ſibi Medicum elegit, uti luſtrare eſt in Privilegio hujus Papæ, præfixo Hiſtoriæ Aquatilium Animalium, quam Hippolytus ingenti fama nominis foras emiſit. Jugiter Aulæ, ac univerſæ Civitati, conſilii, doctrinæ, prudentiæ, ſapientiæque ſuæ lumen oſtendit. Edidit

De Piſcibus Tom. 2. Cum eorundem figuris in ære inciſis. Romæ. Apud Salvianum. 1555. in fol.

De Aquatilium Animalium curandorum formis. Venetiis. Apud Mejettum. 1600. 1602. in fol.

De Criſibus ad Galeni cenſuram librum, omnem Criſium cognitionem brevi, & miro ordine continentem. Romæ. Apud Salvianum. 1558. in 8.

Ad humaniores literas, acri, & amœno ingenio æque propenſus, & *Carmina* panxit, & *Comœdias* compoſuit, quarum una perbelle laudata typis data extat cum titulo

La Ruffiana. In Roma, per Valerio, e Luigi Dorici. 1553. in 8. Alibi etiam non ſemel excuſa.

De eo tractant Jo. Anton. Vander Linden lib. 1. De Scriptis Medicis, Nicolaus Angelus Caferrius in Synthemate Vetuſtatis, p. 103. Leo Allatius in Drammaturgia.

Saluſtius Salvianus, Hippolyti filius, non minori quam pater doctrinæ præſtantia floruit, Medicus, Philoſophuſque perſpicaciſſimus, qui non obſcura Medicæ facultatis, monumentis editis, teſtimonia reliquit.

Gaſpar, alter Hippolyti filius, illuxit Poeta, Academicuſque Humoriſta, qui Urbi, imo Orbi ſe conſpicuum fecit. Ambo laudibus merito extolluntur a Jano Nicio Erythræo in Pinacotheca prima, Imag. 14. & Pinacotheca tertia, Imag. 55.

HONUPHRIUS DE HONUPHRIIS, Italus, Nobilis Fulginas, Philoſophus, & Medicus probatiſſimus, Petri

tri item Medici sua ætate longe ornatissimi filius, Sixti IV. Sum. Pontif. a Medelis. Augustinus Oldoinus in laudato libro mss. Scriptorum multorum Italiæ, ita recensuit, *Onofrio Onofrii da Fuligno, Medico celebre, e grandemente stimato per la felicità che aveva, e moltissima prattica nel medicare. Fu Lettore di Filosofia, e Medicina in Perugia, e Medico di Papa Sisto Quarto. Lasciò mss. molte Opere di Medicina. Io ho letto alcuni Discorsi di Onofrio, fatti in varie occasioni molto eruditi, sì spettanti alle materie medicinali, come alle filosofiche.*

Laus quoque tribuitur Honuphrio a Ludovico Jacobillo in Bibliotheca Umbriæ, asserens quod habebat ejusdem mss.

Opuscula varia de Re Medica.

Nonnullasque Lecturas.

Meminitque etiam Honuphrii alterius, nostri Honuphrii pronepotis, Juris consulti eximii, ac Nursiæ Prætoris, anno 1577. qui ingenii sui, doctrinæque Monumenta posteritati reliquit, præsertim Commentarium magnum in Jure per alphabetum, & multa Tractata in Jure alphabetico ordine digesta.

Celebrat item Curtium, hujus fratrem germanum, Militum Tribunum, pietate, & armis inclytum.

Præconiis æque ornat Honuphrium tertium, nostro ævo Juris utriusque Doctorem, Poetamque præstantem, & multorum Operum authorem.

Et Christophorum, Ord. Minorum Regul. Observantiæ, Theologum, Concionatoremque insignem, qui plura erudite elucubravit Opera, quemque Gregorius XIII. Papa plurimi fecit.

Neque prætermittit Pium de Honuphriis, Ordinis Sancti Stephani Equitem elegantissimum.

Sed præter quamplures, qui ex hac antiquiſſima, & prænobili familia prodiere, extollendus apprime eſt Honuphrius alter, Fulginatenſis Epiſcopus, de quo Ferdinandus Ughellus in Italia Sacra, Tom. 1. col. 738. ut ſequitur. *Honuphrius, ex nobili gente, vulgo vocata*, dell' Antico Romano, *Fulginas. Hadriano ſecundo mandante, patrio gregi præpoſitus eſt anno* 870. *Inter hujus majores, qui primus Fulginium venit, e clariſſima proſapia Ruffia undecimo Magni Leonis anno, an.* 451. *Valerius fuit* (qua de re fides eſto apud authorem). *Unde SS. Silveſter, Siriciuſque PP. MM. aliique quam plures Cardinales, ac Principes prodiere, cujus deinceps poſteritas, quod Valerius antiquus Romanus eſſet*, dell'Antico Romano, *ut non ſemel dico, appellata eſt. Deinde ab Honuphrio Fulginate Epiſcopo, magnarum virtutum vir, quique tantus eſſet, ut ex ſuo nomine, genti ſuæ videretur in poſterum poſſe decus afferre, Honuphriam gentem dixere. Quamquam patrum noſtrorum memoria, ex ea gente non defuerit aliquis, qui Antiqui Romani cognomen mordicus retinuerit, præſertim cum in Senatu, ad illorum temporum morum cenſuram majorum exempla referenda eſſent.*

HORATIUS LANCILLOTTUS, Italus, Romanus, nobili ſtirpe natus, ſublimis ingenii vir, qui Philoſophiæ, & Medicinæ gnaviter incubuit, Medicumque ſe præbuit cordatiſſimum. Ejus prudentiæ, doctrinæ, ac morum ſuavitatis fama ubique delata, Julius II. Pont. Max. eum ſibi Medicum nominavit, gratiſſimuſque Pontifici vixit, æquo ſemper animo, non proſperis elatus, neque depreſſus adverſis, multarum cognitione rerum, & uſu laudabiliter refertus. Totum ejus oblectamentum inter libros erat, jugiter aliquid in ægrorum commodum meditabatur; mira liberalitate, ac ſplendore Medicinam exercuit, pauperum infirmitatibus libenter, & amicorum occurrens, quacunque omnino ſe reddidit commendatione digniſſimum.

Eſt

Eſt Horatii mentio in Volumine Statutorum Collegii Medicorum Urbis, pag. mihi 106. celebraturque a Baldo Baldi in Opere, *Diſcorſo Apologetico del vero Opobalſamo Orientale*, pag. 107.

Scipio Lancellottus noſtri Horatii filius, a Gregorio XIII. ob ingentes virtutes, & conſpicua merita S.R.E. Cardinalis renunciatus fuit.

Paulus vero V. Horatium Lancillottum, Cardinalis Scipionis nepotem, egregium ſane, & non indoctum virum, Cardinalium Senatui adſcripſit.

Joannes Baptiſta Lancillottus, Cardinalis Horatii germanus frater, omnibus diſciplinis, Chriſtianiſque virtutibus excultus, infula Nolana condecoratus extitit.

Extitit etiam Lancillottus Lancillottus, Utriuſque Signaturæ Referendarius, Lateranenſis Baſilicæ Canonicus, mox Roſſanenſis optimus Archiepiſcopus.

Plura de his omnibus habes in Tom. 4. Ciaconiano Hiſtoriæ Pontificum Romanorum, & S.R.E. Cardinalium, noviſſimæ impreſſionis, col. 100. & 430. ac apud Ferdinandum Ughellum in Italia Sacra, To. 6. col. 309. To. 9. col. 415. Carolumque Cartharium in Advocatorum Sacri Conſiſtorii Syllabo, pag. 136.

HUGO ATRATUS, alias Atractus, Anglus, ab Oppido Diœceſis Wigornienſis, in quo eſt natus, cognominatus de Evesham, in pietate, ac literis enutritus, tantum in illis profecit, ut ſui ſæculi Phœnix diceretur. Scientiarum omnium cupidiſſimus, totus in ſtudiis erat, ſtudiaque intermittebat nunquam. Hinc omniſcia ditatus eruditione, Medicinæ tamen apprime operam dedit, & optimus habitus Medicus, ac ex Gymnaſiorum frequentatione continua, tota Europa notiſſimus fuit. Hujus Medici fama permotus Martinus II. dictus IV. Pont. Max. Romam accerſivit, ſuumque Medicum dixit, & Pontifici in pri-

mis carus, eidem variis in rebus doctrina, & diligentia ſuam ille fidem probatum ivit, hinc a Martino in numerum Cardinalium S. R. E. meruit cooptari. Medicinæ peritiæ, Matheſeos quoque cognitionem perbelle Hugo immiſcebat, quapropter ſui ævi eruditis, & aulicis curioſis gratiſſimus enituit. Scripſit ex Oldoino in Athenæo Romano

Medicinales Canones.
Problemata quædam.
De Genealogiis Humanis librum I.
Super Opere Febrium Iſaac Opuſculum.
Diſtinctiones Prædicabiles.
Poſtillas ſuper Biblia. Et alia quædam.

Alios de eo tractantes videas apud eundem Oldoinum, præter Ciaconium Vitarum Pontificum, & Cardinalium, noviſſimæ editionis, Tom. 2. col. 239.

JACOBUS BONACOSSUS, Italus, Nobilis Ferrarienſis, Artium, & Medicinæ Doctor; ſcientia quidem, rerum peritia, animi magnitudine, ac morum affabilitate excellentioribus comparandus, pauperum juxta & divitum Medicus, Medicuſque Pauli III. Sum. Pont. Pontificique acceptiſſimus. Poſt multos ſumma cum laude exantlatos labores, meritis onuſtus mortalia deſeruit. Romæ in Eccleſia S. Petri Montis Aurei, vulgo Montorii in Janiculo jacent ipſius oſſa, cum hac inſcriptione.

D. O. M.
IACOBO BONACOSSO FERRARIENSI
PAVLI III. PONT. MAX.
PRIMARIO MEDICO.
IOANNES BAPTISTA BONACOSSVS
EXCELLENTISSIMI
DVCIS FERRARIÆ SCRIBA
HERES BENEMERENTI POSVIT.
AN M. D. LIV. MEN. IVNII
VIXIT AN. LXVIIII. MEN. I. DIES XII.
OBIIT AN. MDLIII. IV. IAN.

Quæ

Quæ extat etiam in Opere Gaſparis Alveri, cujus titulus, *Roma in ogni ſtato*, *Parte ſeconda*, pag. 312.

Prodiere ex iſta familia quamplurimi præclari viri, uti compertum ſit omnibus ex Scriptoribus rerum Ferrarienſium. Jacobus noſter laudatur ab Auguſtino Superbo in Opere, *Apparato degli Uomini illuſtri della Città di Ferrara*, par. 2. pag. 63. ubi etiam mentio cum laude facta eſt Hippolyti Bonacoſſi, Juris peritiſſimi, & librorum authoris egregii nominis; nec non Leonelli, Juris æque utriuſque Doctoris excellentiſſimi, ac Hieronymi acutiſſimi Philoſophi, & Medici.

JACOBUS BONAVENTURA, ... cui Gulielmus Athenius Bruxellenſis dedicavit Tomum 4. Reſponſorum, & Conſultationum Medicinalium Hieronymi Mercurialis, & Jacobum appellat clariſſimum virum, Clementis VIII. Maximi Pontificis Medicum, moribus optimis, ingenii facilitate, eximia virtute, ceteriſque egregiis animi dotibus coruſcantem, ac ad faſtigium veræ, ſolidæque doctrinæ ſumma cum laude evectum, cunctis Principibus cariſſimum, ſummoque Pontifici longe cariorem.

Meminit etiam hujus Theodorus Amydenus in Opuſculo inſcripto, *Trattato del bere caldo, e freddo*, cap. 12. pag. 55. cap. 18. pag. 105. 106.

Ad Jacobum Litteras dedit ſummæ exiſtimationis plenas Hieronymus Mercurialis, Tom. 4. Conſilior. Medicinal. pag. 155.

Maxentius Picinus Lycienſis edidit Apologiam pro Jacobo Bonaventura, Clementis VIII. Pont. Max. Medico, adverſus Marium Zuccarum Neapolitanum de Victu Parthenopæo.

JACOBUS GOTTIFREDUS, Italus, Nobilis Romanus, Philoſophiam, Medicinamque didicit, & Doctoris inſi-

insignia consecutus, virtutis, gloriæque desiderio flagrans, ad morbos sanandos se se totum contulit, bona equidem, & prospera fortuna, namque omnibus approbantibus, singularique omnium applausu Medicinam fecit, ac a Paulo II. Sum. Pont. Medicus Pontificius eligitur. Nobilissimam artem jugi diligentia, & doctrina exercuit, tantusque Pontificis in illum amor fuit, quantus potest esse maximus; jure itaque animi bonis abundans, fortunæ etiam muneribus affluxit, ingentesque opes sua sibi virtute collegit. Ædes Romæ in Platea, quæ de Pasquino dicitur, instruxit, olim divenditas, & novissime, anno scilicet 1692. emptas ab Archiconfraternitate Orantium pro Agonizantibus, ubi Ecclesia ædificata est. In demolitione domus, inventum Numisma fuit æneum, quod præ manibus habui, in eo visitur effigies ejusdem Pauli II. hisce verbis, *Paulus II. Venetus Pont. Max.* in altera vero facie, *Jacobus Gottifredus Romanus ejusdem suffragio has ædes a fundamentis erexit*.

Præclaros viros, ex hac, tum antiquitate, tum nobilitate illustri plane familia exortos, videas apud Gasparem Alverum in Opere, *Roma in ogni stato*, par. 2. p. 84. & seq. quibus addendus Brutus Gottifredus nostro ævo vir pius, doctus, & antiquitatis peritissimus perverstigator, de quo in mea Bibliotheca Romana, Vol. 1. Centuria 5. num. marg. 64.

Vivit dum hæc scribo Philippus Gottifredus, Basilicæ Liberianæ Canonicus, Sacro Pontificio ministrans, Prælatorumque insignibus, & familiaritate Palatii ornatus. Alexander etenim Papa VII. tribus præcipuis Basilicis Urbis, Lateranensi nempe, S. Petri in Vaticano, ac Liberianæ, in Sacello Pontificio locum dedit, singulis singularum Canonicis, Sacro ministrare Pontificio jussit, quos propterea Prælatorum insignibus, & familiaritate Palatii decoravit.

IN-

INNOCENTIUS BALDUCCIUS, Italus, Pistoriensis, Artium, & Medicinæ Doctor spectatissimus, qui doctrinarum splendoribus, morum innocentia, aliisque virtutibus, majora gloriæ, & decoris addidit incrementa. Summorum Pontificum Innocentii IX. & Leonis XI. Medicus, laudes promeritas tulit, laudabilique existimatione famam sibi peperit. Perlegamus marmoream inscriptionem collocatam in Ecclesia Deiparæ in Vallicella, ad ipsius nominis diuturnitatem, ubi Innocentii ossa tumulata jacent.

INNOCENTIO BALDVCCIO
PATRICIO PISTORIENSI
INNOCENTII IX. ET LEONIS XI.
SVMMORVM PONTIFICVM
MEDICO ET CVBICVLARIO INTIMO
CVIVS ARTEM SALVTAREM
ROMA SEMPER
PRINCIPES VIRI SÆPE
CARDINALES IN PONTIF. COMITIIS SEMEL
PROBAVERVNT
VIRO IN QVO VIRTVTES ANIMI
NVMQVAM ÆGRÆ
QVEM SATIS
HONORVM FAMA POSTERITATI
SED LONGE PRÆSTANTIOR
EXIMIÆ PIETATIS LAVS
IMMORTALITATI COMMENDAT.
VIXIT AN. LXXX. MEN. VII. DIES IX.
OBIIT XIV. KAL. MAII M. DC. XXXV.

JOANNES ANDREAS BIANCHI, Italus, Parmensis, Artium, & Medicinæ primæ notæ Doctor, quem virtute nitidum, doctrina clarum nominabant. In Gymnasio Bononiensi ab anno 1525. docuit usque ad annum 1561. quo evocatus est Romam a Pio IV. Pont. Max. & in Medicum ascitus, summa cum sui commendatione nominis, namque Medicinam exercendo, principem locum adeptus fuerat. Hu-

Hujusce meminit Joannes Nicolaus Paschalis Alidosius in Opere, *Li Dottori Forestieri, che in Bologna hanno letto Teologia, Filosofia, Medicina, ed Arti Liberali*, pag. 42.

In vivis esse desiit Joannes Andreas Romæ, die nona Augusti, anno 1566.

JOANNES ANTRACINUS, Italus, Maceratensis, Philosophiæ, & Medicinæ accurate vacavit, Laureamque honorifice meruit, nec exiguam, Medicinam faciendo, laudem adeptus est. Hinc in Aula Romana clarus, Hadriani VI. Sum. Pont. Archiater fuit, omnesque semper integerrimi, atque consultissimi viri numeros complevit, omnibus, & præsertim Pontifici, aliisque Magnatibus acceptissimus.

Joannis mentio habetur apud Paulum Jovium, in Vitis Virorum Illustrium, Tom. 2. Vita Hadriani VI. pag. mihi 281.

IOANNES BAPTISTA CANANUS, Italus, Nobilis Ferrariensis, Julii III. Summ. Pont. Medicus, Medicus quippe, ac Philosophus, qui ingenii acumine, multorumque annorum usu, collegarum nemini concedebat, & Medicinæ profecto gloriam propagavit. Laudem quoque sibi apud posteros vindicavit scribendo Opus prænotatum

Musculorum Humani Corporis picturata dissectio. Ferrariæ. 1572. in 4.

Consule Franciscum Mariam Torrigium in Opere, *Sacre Grotte Vaticane*, par. 2. pag. mihi 388. Joan. Anton. Vander Linden De Scriptis Medicis, l. 1. Joannem Andr. Quenstedt in Dialogo de Patriis Illustrium Doctrina, & Scriptis Virorum, pag. 337. Josephum Lanzonum, De Jatro-Physicis Ferrariensibus, pag. 8. Amatus Lusitanus laudibus etiam cumulare non desinit Joan. Papt. Cananum

num in Centuriis Curation. Medic. Cent. 1. Curat. 23. 27. & 52. in Scholiis, ac Cent. 3. Curat. 40. in quibus Cananum in dissecandis humanis corporibus, alterum fuisse Vesalium testatur; testaturque ejusdem virtutes, & merita Augustinus Superbus in Opere, *Apparato degli Uomini Illustri della Città di Ferrara*, par. 1. pag. 16. ubi hoc legitur epitaphium.

IO. BAPTISTA CANANVS
IVLII III. PONT. MAX.
MEDICVS OLIM ACCEPTISSIMVS
NVNC AVTEM TOTIVS DITIONIS
ALPHONSI II. FERRARIÆ DVCIS SERENISS.
SVIS MERITIS PROTOMEDICVS.
MORTALITATIS MEMOR
HOC SIBI MONVMENTVM VIVENS
P. C.
AN. DOM. M. D. LXXIIX. KAL. IAN.
ÆTATIS VERO SVÆ LXIII.

Prosapia Canana viros peperit, tum literis, tum armis mirifice decoratos. Inter ceteros præfulsere Antonius Maria, ingentis æstimationis Medicus, qui teste laudato Lanzono publici juris fecit Commentaria in lib. Artis Medic. Galeni, & Commentaria in Aphorismos Hippocratis. De eo etiam Superbus, par. 2. pag. 77. ubi de Francisco Maria Canano quoque agitur, excellentissimo Philosopho, & Medico, politiorisque literaturæ diligentissimo cultori.

Julius Cananus, nostri Joannis Baptistæ germanus frater enituit S. R. E. Cardinalis, cujus virtutes, & gesta exhibet memoria in marmore sculpta Ferrariæ in Ecclesia S. Dominici, in Sacrarii pavimento, & est:

D. I.
IVLIO CANANO NOBILI FERRARIENSI
S. R. E. TIT. S. ANASTASIÆ PRESB. CARD.
ET CANANORVM BYZANTII STIRPE
PALEOLOGIS IMPERATORIBVS
VNA PROPAGATA.
QVI
IVLIO III. PONT. MAX.
IVVENIS ADMODVM A SECRETIS
ADEO ACCEPTVS INSERVIVIT
VT IN EVM
PONTIFICIAM AVCTORITATEM
SVPPLICATIONES
QVASCVMQ. SCRIPTVRASVE
SIGNANDI FIDENTER.
QVI
ADRIÆ ET MVTINÆ EPISCOPATVS
VENEFICIA COHIBENDO
HÆRESES EXTIRPANDO
AC TEMPLA RESTITVENDO
VIGILANTER REXIT.
QVI
SACROSANCTÆ TRIDENTINÆ SYNODO
INTERFVIT.
QVI A GREGORIO XIII.
POSTREMA ILLA PROMOTIONE
INTER CARDINALES COOPTATVS FVIT.
QVI DENIQVE
SIXTI V. LEGATVS
ÆMILIAM TAM ÆQVE IVSTEQVE
EST MODERATVS
VT NOMEN EIVS PERPETVO
GLORIOSVM SIT PERMANSVRVM.
ALEXANDER SANCTI IACOBI EQVES
ET SAPIENTIVM IVDEX
FRATRI OPTIMO
GRATÆ TESTIFICATIONIS ERGO P. I.
VIXIT ANNOS LXVIII.
OBIIT V. KALEND. DECEMB.
MDXCII.

Am-

Amplissimus hic Cardinalis prælo mandavit Constitutiones Adrienses, quas Episcopus in Clericorum utilitatem elucubraverat.

Meminitque de eo Augustinus Oldoinus in Athenæo Romano, aliosque tantum virum celebrantes palam facit.

JOANNES BAPTISTA SERJUSTIUS, Italus, Nobilis Lucensis, Romanusque Civis, Philosophiæ, Medicinæque Doctor gravis, & prudens, Gregorii XIII. Pont. Max. Medicus, a quo sane Serjustia familia, & Patria plurimum decoris habet, & ornamenti. In Ecclesia Sanctissimæ Trinitatis Romæ, Hortulorum in Colle, seu Pincii extat Joan. Baptistæ sepulcrum, cum sequenti inscriptione, ejus laudes referente.

D. O. M.
IOANNI BAPTISTÆ SERIVSTIO PET. FIL.
PATRITIO LVCENSI
PHILOSOPHIÆ AC MEDICÆ
PRÆSERTIM ARTIS
CLARISSIMO
BONARVM
PRÆTEREA LITERARVM DISCIPLINA
ERVDITISSIMO
VITÆ AC MORVM INTEGRITATE
PRVDENTIA DENIQVE
ORNATISSIMO
PRINCIPIBVS VIRIS CARISSIMO
ET OB SVMMA EIVS
IN HAC VRBE MERITA
CIVITATE ROMANA DONATO.
QVI
IACOBO CARDINALI SABELLO
ANNOS PROPE II. ET XX.
FIDEM AC INTEGRITATEM SVAM
INSIGNITER PROBAVIT.
GREGORII ETIAM XIII. PONT. MAX.
SACRIQVE PALATII FAMILIÆ
VALETVDINIS CVSTOS FVIT.
CHRISTOPHORVS VINCENTIVS
ET MICHAEL
FRATRES MOESTISS. POSS.
OBIIT AN. SAL. M. D. XC. MENS. SEPTEMB.
ÆTATIS SVÆ LV.
HVIC TEMPLO CC. AVREOS
AD STVDII VT VOCANT
MONTEM OCCVPATA PECVNIA LEGAVIT
QVA
BIS IN HEBDOMADA PRO EIVS ANIMA
SACRVM PERPETVO FIAT.

Eſt hujuſce mentio in Volumine Statutorum Collegii Medicorum Almæ Urbis, pag. mihi 108. Meminit etiam de eo cum præconio Baldus Baldi in Opere, *Diſcorſo Apologetico del vero Opobalſamo Orientale*, pag. 107.

Hippolytus Marraccius in Bibliotheca Mariana, par. 2. tractat de Philippo Serjuſtio, Academico quidem Obſcuro, ſed literis, atque eruditione clariſſimo, qui inter alia pietatis ſuæ erga Deiparam Virginem ſpecimina, edidit latino carmine De Deiparæ Virginis Imagine, novis Lucæ miraculis coruſcante Opuſculum. Nec non Joannes Ferro in Opere, *Teatro d' Impreſe*, par. 2. pag. 97. atque Scipio Bargagli in Opere, *Dell' Impreſe*, pag. mihi 134. De eodem loquitur æque Auguſtinus Oldoinus in ſæpe laudato libro mss. penes me, Scriptorum multorum Italiæ, *Filippo* (ait) *Sergiuſti, Nobile Lucchese ſtudio nel Seminario Romano, poi viſse molto tempo in Francia, ritornato alla patria ſe ne morì. Ha ſtampato alcune Opere di Poeſia, e in lode della Vergine Santiſſima*.

JOANNES BAPTISTA VERALLUS, Italus, Romanus, Philoſophus, & Medicus in primis nobilis. Ad publicam utilitatem Medicinam exercuit egregie, proximorum ſaluti ſumma voluntate occurrendo. Splendido naturæ nitore, morumque majeſtate, toti Aulæ Romanæ manifeſtus, Eugenio IV. Pont. Max. cujus Archiater erat, aliiſque Magnatibus intime gratus, & conſiliorum eorum particeps integerrimus, ac prudentiſſimus.

Eſt hujus mentio in libro Statutorum Collegii Medicorum Urbis, pag. mihi 105. cui etiam dat munera laudum Baldus Baldi in Opere, *Diſcorſo Apologetico del vero Opobalſamo Orientale*, pag. 106.

Ex hac illuſtri progenie claruere Hieronymus Verallus, Joannis Baptiſtæ, & Juliæ, ſororis Card. Dominici Jacobatii filius, a Paulo III. æquo meritorum remuneratore, Cardinalium cœtui ſacro adſcriptus,

Fa-

Fabritius Verallus, Hieronymi nepos pariter ad ſacram Purpuram admotus fuit a Paulo V. Ambo Romæ in Eccleſia Sancti Auguſtini in Campo Martio, in familiæ Verallæ Sacello, ſequentibus celebrantur elogiis.

D. O. M.
HIERONYMO VERALLO ROMANO
A PAVLO III.
ROMANA PVRPVRA DONATO
QVEM LOCVM ET MERVIT.
AD CAROLVM V. IMPERATOREM
IN GERMANIA NVNCIVS
DECRETO IN TVRCAS BELLO
AC RELIGIONE STRENVE PROCVRATA
ET SVSTINVIT AD HENRICVM II.
GALLIÆ REGEM LEGATVS
PARMENSI BELLO FELICITER COMPOSITO
ET AMPLIFICAVIT VRBANO VII.
SOBRINO ALVMNOQVE SVO
AD CHRISTIANÆ REIP. REGIMEN
DOMESTICA INSTITVTIONE
PERFECTO.
OBIIT AN. DOM. MDLV.
ÆTATIS SVÆ LV.

D. O. M.
FABRITIO VERALLO ROMANO
HIERONYMI CARD. VERALLI
FRATRIS FILIO
A PAVLO V. POST NVNCII APOST. MVNVS
APVD HELVETIOS
IMPIGRE ADMINISTRATVM
AD SACRAM PVRPVRAM ADMOTO
CVI PROMERENDÆ VRBANI VII.
CONSANGVINEI SVI
APVD QVEM ADOLEVERAT
EXEMPLIS INSTRVCTVS
OPTIMI PONTIFICIS MORES EXPRESSIT
DIGNVSQVE HABITVS
QVI SVBLATVM REPENTE PRINCIPEM
ALIQVANDO REPRÆSENTARET.
OBIIT AN. DOM. M. DC. XXIIII.
ÆTATIS SVÆ LIIII.

Paulus Æmilius Verallus, laudati Card. Hieronymi æque nepos fulsit Jurisconsultus celebris, ac Romanæ Rotæ Auditor, mox Rossanensis Archiepiscopus, translatus deinde ad Caputaquensem Ecclesiam, clarus in Concilio Tridentino, & apud Patres summæ existimationis.

Satis sit de his tantum verba fecisse, relictis aliis, armis, & litteris perspicuis.

JOANNES BODIER, Cenomanus, Machaonia clarus in arte, Julii II. Pont. Max. Medicus cum esset, non solum in hoc obeundo munere, decus sibi insigne conciliavit, sed etiam honoribus, & præmiis sese adauctum, perornatumque sensit, adeoque Pontifici jucundus, ut ab ipso nobilitatus sit Abatia Romæ principali, & magni reditus, Sancti Sebastiani videlicet, extra Portam Capenam, via Appia; de qua re adhuc visitur in eadem Ecclesia memoria in hoc modum.

D. O. M.
IO. BODIER CENOMANO
PHILOSOPHO AC MEDICO INSIGNI
CVIVS OPERA
CVM IVLIVS II. PONT. MAX.
VTERETVR
ILLVM HVIC SACRO
D. SEBASTIANI MONASTERIO
ABBATEM PRÆFECIT.
VIXIT AN. LXXV. MEN. III. DIES VIII.
OBIIT VII. KAL. IVLII. M. D. XVII.
IOANNES LVNELIVS EPISCOP. SEBASTIAN.
EIVSDEM MONASTERII ABBAS
AVVNCVLO BENEMER.
POS.

Legitur etiam hoc epitaphium apud Floravantem Martinellun in Opere, Roma ex Ethnica Sacra &c. Cap. 9. pag. mihi 302.

JO-

JOANNES BURGIUS, Siculus, Calatajeronensis, Medicorum dictus, & merito, suo tempore princeps, principemque apud Principes Viros locum tenuit, præsertim apud Alphonsum Regem Parthenopæum, cujus instantia, Salentinus Pastor electus est, mox Sipontinus Archiepiscopus, deinde Episcopus Mazariensis. Romam profectus, in magnam Pontificum, totiusque Aulæ existimationem vixit, virtute assidue, & doctrina duce. Paulus vero II. Pont. Max. proprium Medicum dixit, & felici omine, namque felicissime Pontificem periculose ægrotantem, a limine mortis revocavit, hinc ab eodem ad Archiepiscopatum Panormitanum translatus fuit. Calatajeronæ defunctus, sepelitur in maximo templo a Joanne Vega Prorege. Post annos 74. cum ejus cadaver effossum, integrum reperissent, honestiori tumulo, & inscriptione exornatur hujusmodi.

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO
IOANNI BVRGIO
EPISCOPO MAZARENSI SIPONTINO
ET TANDEM
ARCHIEPISCOPO PANORMITANO
SVORVM TEMPORVM TOTO FERE ORBE
CELEBERRIMO
CALATABYERONENSI ORNAMENTO.
D. VESPASIANVS BONANNO
FRANCISCVS BIZZARRI
FRANCISCVS MONTELEONE
AC NICOLAVS DE MONARDO
ANNO MDXXXXIII.
CIVITATIS PATRES
ANTIQVITATVM NON IMMEMORES
TVMBAM HANC
INSTAVRARE FECERVNT.
NATVRÆ CESSIT ANNO MCCCCXLVI.

Erraffe tamen Patres, quamvis antiquitatum non immemores, ajunt Ferdinandus Ughellus in Italia Sacra,

Tom. 7.

Tom. 7. col. 1166. & Pompejus Sarnellus in Opere, *Cronologia de' Vescovi, ed Arcivescovi Sipontini*, pag. 302. ex animadversione Rocchi Pyrrhi, in Notitia Panormitanæ Ecclesiæ. Obiit enim Archiepiscopus Joannes anno 1469. non 1446. Si plura cupis citatos scriptores legas.

Ego apud Franciscum Falabellam, S. Severinæ Archiepiscopum, Romæ olim degentem, vidi ingens Opus ms. Joannis Burgii, cujus titulus,

Secreta verissima ad varios curandos morbos. In calce extabat Summarium Vitæ Joannis, ab anonymo exaratum.

JOANNES CASINUS, Italus, Nobilis Senensis, laudati Francisci Casini, Urbani VI. Medici, germanus frater. Joannes vero Innocentii VII. Pont. Max. Medicus emicuit. *Giovanni* (ait Isidorus Ugurgerius in Opere, *Le Pompe Sanesi, Parte prima, Titolo decimo settimo*, pag. 503.) *Casini, tra' Filosofi, e Medici del suo tempo tenne facilmente il primato; perchè siccome leggendo Medicina Teorica in Siena circa l'anno 1370. si dimostrò acutissimo, così operando nelle cure riuscì fortunatissimo; sinchè chiamato da Innocenzo VII. Pontefice Romano, fu ammesso tra' suoi più intimi familiari, e dichiarato custode, e conservatore della sua sanità*.

Non tacebo, Cardinalem Antonium Casinum fuisse nostri Joannis filium. Scriptores nonnulli Antonium Casinum, Episcopum Massensem, cum Antonio Casino Cardinale confuderunt, decepti nomine, & cognomine, utrisque communi. Veritas porro est, quod Antonius Episcopus Massensis fuit filius Francisci, Medici Papæ Martini V. de quo superius egi; Antonius vero Cardinalis, fuit hujus Joannis, Innocentii VII. Medici filius, uti accurate scripsit Ferdinandus Ughellus, in Italia Sacra, Tom. 3. col. 797.

Bartholomæus Casinus, Cardinalis Antonii germanus frater, Monachus, & Abbas Ordinis Vallumbrosani,

ni, claruit Episcopus Pisaurensis, quam Ecclesiam omni cum laude rexit; terramque deseruit anno 1419. De eo item Ughellus, Tom. 2. col. 952.

JOANNES FRANCISCUS EMANUELIS, seu MANOVELLI, Italus, Florentinus, Pauli III. Sum. Pont. Medicus, cujus facta mentio est in volumine Statutorum Collegii Medicorum Almæ Urbis, pag. mihi 106. memoraturque cum præconio a Baldo Baldi in Opere, *Discorso Apologetico del vero Opobalsamo Orientale*, pag. 107. Fuit equidem Joannes Franciscus doctissimus, atque omnium virtutum laude cumulatissimus vir.

A clarissimo Antonio Magliabechio, qui me officiis omnibus complectitur, per epistolam postulavi, ut de Joanne Francisco notitias mihi suppeditaret. Ad rogata responsum dedit (ex relatis tamen a Bernardo Benvenuti) ad hunc modum:

Tre sono le famiglie, che col casato, o cognome di Manovelli hanno risieduto nella Republica Fiorentina, e tutte e tre presentemente estinte. La prima ebbe 19. *Priori, e due Gonfalonieri dal* 1283. *al* 1432. *Portò per arme un Campo diviso a traverso diritto; nella parte superiore tre Stelle d' oro in Campo rosso, e nella parte inferiore Campo d'oro. Fabbricarono la porta della Chiesa di S. Maria Maggiore, e vi si vedono le loro armi.*

La seconda dal 1296. *al* 1384. *godè sei volte il Priorato, del resto di essa non ci sono restate altre notizie.*

La terza ebbe quattro Priori dal 1487. *al* 1527. *e faceva per arme un Giogo d'oro in Campo azzurro, e nella testa dell'arme un rastello rosso di quattro denti, entrovi tre Gigli d'oro.*

Or di quale di queste tre famiglie fosse Gio. Francesco d'Emanuello, o Manuelli, Medico di Papa Paolo III. non ho potuto ritrovare.

Apud Ammiratos in Operibus, *Istorie Fiorentine*, par. 1. Tom. 1. lib. 4. pag. mihi 214 legitur, *Cessato in questo modo l'impetuoso corso di così fatto torrente, s'incominciò a pensare di riformare la Città, al governo della quale furono messi uomini di parte nera, nominando Gonfaloniere innanzi il tempo ordinario agli otto di Novembre Tedice Manovelli. Questo è quello, che fece dire a Dante, della leggerezza della sua patria lamentandosi, e come Ghibellino avendo cagion di dirlo, che a mezzo Novembre non giunge a quel che d'Ottobre filava*. Secundo vero Tomo, lib. 19 p. 1022. *Entrato nuovo Gonfaloniere Niccolo Manovelli, della cui famiglia già* 124. *anni addietro era stato un' altro Gonfaloniere il cui nome fu Tedice &c.*

Hæc investigasse de hac familia forsan alicui gratissimum fore credo, præsertim familiarum curiosis inquisitoribus.

JOANNES FRANCISCUS MARENCI, Italus, Albensis, qui Medicinam pie, & memorabili nomine fecit, cumque satis perspecta foret ejus ubique integritas, & Doctrina, in Medicum Beati Pii V. Pont. Max. assumitur. Ut egenos correptos morbo, de periculo eriperet, multus assiduusque erat piissimus hic Pii Archiater, exemplo tanti Pontificis, qui semper pietate ardebat in Deum, & in proximum charitate.

Habeo ego Jo. Francisci synopticam enarrationem *De Pii V. Pont. Max. Morbo, quo obiit*, cujus integrum authographum extabat apud optimum virum, & eruditum Joannem Bissaigam amicum meum olim officiosissimum, Secreto Sedis Apostolicæ Archivo Vicepræfectum. Hac enarratione constat Joannem Franciscum, hujus Beati Pontificis perdigne Medicum fuisse.

JOANNES GAMUCCIUS, Italus, e Sancto Gemignano, fuit Medicus Clementis VII. Summi Pontificis, teste

ſte laudato Vincentio Coppi in Opere, *Uomini illuſtri Sangimignaneſi*, pag. 192.

De hac familia ſuperius egi de Andreà Gamuccio ſcribens.

JOANNES JACOBUS BALDINUS, Italus, ex Apiro, porro non omittendus. At paucis ut me expediam, tu vero multa lector habeas, proferam ſepulcralem inſcriptionem, extantem Romæ in Eccleſia Sancti Auguſtini.

D. O. M.
JOANNES IACOBVS BALDINVS
EX APIRO IN PICENO
PHILOSOPHIÆ AC MEDICINÆ
LAVREA DECORATVS.
A BENEDICTO CARDIN. IVSTINIANO
ROMAM ACCITVS
SCIPIONI
QVOQVE CARDINALI BVRGHESIO
INSERVIENS
ILLVSTRIS NOMINIS EXISTIMATIONE
ITA INCLARVIT
VT EIVS OPERA
OMNES FERE PVRPVRATI PATRES
AC PRINCIPES VTERENTVR.
QVIN IMO
REPARANDA VRBANI VIII.
AC INNOCENTII X.
SALVS
EIVS CVRÆ SÆPE CREDITA FVIT.
AB ALEXANDRO VII.
PARITER ACCERSITVS
OB VALETVDINEM AC SENECTVTEM
IMPOTENS MERITO MVNERE
SE ABDICAVIT.
TOT VERO POST HONORIFICOS LABORES
VITÆ METAM ATTINGENS
PATRIAM QVAM OPERVM SPLENDORE
CLARAM REDDIDERAT
OPVM LARGITIONE LOCVPLETAVIT.

NAM IN APIRO
VBI ECCLESIAM
SVB INVOCATIONE SANCTI VRBANI
A FVNDAMENTIS EREXERAT
COLLEGIATAM
DVODECIM CANONICORVM
CVM OCTO BENEFICIATIS
INSTITVIT.
VIRGINIBVS NVBILIBVS
CERTAM PECVNIAM IN DOTEM
PRÆSCRIPSIT.
EX OMNI ASSE HEREDES
DVODECIM CANONICOS
VLTIMIS TABVLIS DECLARAVIT.
MVLTIS DEINDE LOCIS
PIETATI ADDICTIS
LEGATO INGENTI ÆRE
CONSVLVIT.
QVI ENIM
AMANTISSIMVS PAVPERVM
PATER FVERAT
PAVPERVM INOPIÆ
ETIAM POST FATA PRÆSTO ESSE VOLVIT.
SIC PLVS ALIIS QVAM SIBI VIVENS
ANNO REDEMPT. M. DC. LVI.
ÆTATIS SVÆ LXXII.
PIE DEVIXIT.
TOT IGITVR OB PROMERITA
CANONICI SANCTI VRBANI IN APIRO
GRATISSIMORVM ANIMORVM INSTINCTV
TANTI BENEFACTORIS MEMORIAM
COLERE VOLENTES
ILLVM
HAC IN ECCLESIA IN QVA CONDI VOLVIT
LVCI RESTITVVNT
ET ÆTERNITATI COMMENDANT.
ANNO IVBILÆI M. DC. LXXV.
THOMAS PERANZONVS CANONICVS
ET EXECVTOR TESTAMENTARIVS
MONVMENTVM HOC
ÆRE HEREDITATIS
PONENDVM CVRAVIT.

JOANNES MARIA LANCISIUS, Italus, Romanus, summo a natura instructus ingenio, Medicinæ studium dicavit suum, Medicinæque peritia valens, & magno in honore, ac nomine cum esset, mortuo Francisco Santuccio, qui Innocentii XI. Sum. Pont. a Medelis erat, illi Joannes Maria subrogatus fuit, atque Canonicatu in Ecclesia Sancti Laurentii in Damaso donatus. Denato vero Pontifice, Canonicatum dimisit, operam modo sedulam navat Lecturæ in almæ Urbis Archigymnasio, Medicinamque cum nominis fama exercet, in omnibus, quæ ad hanc facultatem spectant diligentissimus, & non vulgarem ejus magis magisque in dies obtinet doctrina locum. Edidit huc usque

Lucubrationem de Virgine quadam Calliensi, mirabili vexata symptomate, habitam in Congressu Medico-Romano, in ædibus Hieronymi Brasavolæ, Medici primarii, die 21. Septemb. 1682. prælo datam Romæ, apud Cristophorum Dragondellum, eodem anno.

Fecit *Explicationes* ad Opus prænotatum, *Anatomia per uso, ed intelligenza del Disegno, ricercata non solo su gli ossi, e muscoli del corpo umano, ma dimostrata ancora su le Statue antiche più insigni di Roma, delineata in più tavole con tutte le figure in varie faccie, e vedute &c. Con le Spiegazioni, e Indice del Signor Canonico Gio. Maria Lancisi, già Medico Segreto della Santa Memoria di Papa Innocenzo XI.* Prodiit Romæ ex Typographia Dominici de Rubeis, anno 1691. in fol.

Magister Fr. Josephus Maria Lancisius, Ordinis Franciscanorum Conventualium, vir doctus, & eloquens, nostri Joannis Mariæ germanus frater, religiosisque moribus illustris, Prædicationis munus laudabiliter exercet, Provincialis Romanæ Provinciæ institutus anno 1694. impositum onus maxima virtute administrat.

JO-

JOANNES PHILIPPUS DE LIGNAMINE, Siculus, Messanensis, qui Medicinam in primis coluit, ingenio vir acutus, & vehemens, Medicinamque publice, magna discipulorum frequentia Perusiæ docuit. Cum fratre Francisco de Ruere, Ordinis Fratrum Minorum Ministro Generali, mox S. R. E. Card. arctissimo necessitudinis vinculo conjunctus extitit. Cardinalis deinde Ruverius ad Pontificatus fastigium evectus, dictus Sixtus IV. benevolentiam erga Joannem Philippum, ac æstimationem ostendit, Medicumque adhibuit. Quod munus gravissimum, quamvis valde Jo. Philippum occuparet, nihilominus librum scripsit, inscripto eidem Sixto IV. Sum. Pont.

De unoquoque cibo, & potu utili homini, & nocivo, eorumque primis qualitatibus. Romæ. in 4. De quo meminit Jo. Anton. Vander Linden, De Scriptis Medicis, lib. 1.

JOANNES SERNINUS, Italus, Senensis, Calixti III. ac Pii II. Summorum Pontificum Archiater. Isidorus Ugurgerius Azzolinus in Opere, quod indigitatur, *Le Pompe Sanesi, Parte Prima, Titolo Decimo settimo*, pag. 506. de Joanne attexuit enarrationem. *Giovanni* (inquit) *Sernini ancorchè non fosse uscito dall'adolescenza, fu nondimeno per la sua eccellenza nell'arte dichiarato, e laureato Dottore di Medicina. Esercitolla per qualche tempo nella patria con gran fortuna; onde sparsa la fama del suo valore all'altre Città d'Italia, fu chiamato con onorevole stipendio a Città di Castello, ove dimorò quasi tre anni con ammirazione comune, ch'egli in questo tempo avesse restituito la sanità alla maggior parte degl' infermi, che aveva curato. Quindi fu dimandato dagli Anconitani, ed egli prontamente v'accorse, e fece prove tali, che le sue cure erano stimate miracoli. Il che sentendo Calisto III. Pontefice Romano, chiamò Giovanni a Roma, e lo dichiarò suo Medico. Morto Calisto gli succedette Pio II. Sanese, che avendo piena notizia di Giovanni, l'elesse parimente per suo Medico,*

ed

ed a lui ſolo confidò la conſervazione della ſanità ſino all'ultim' ora della ſua vita. Fu Giovanni, come gli altri ſuoi antenati, affabile, piacevole, e caritativo. Morì in Roma l'anno 1464. a' 23. di Settembre: ed il ſuo corpo fu trasferito a Siena l'anno 1465. li 3. di Novembre, nel qual giorno gli furono fatte ſolenniſſime eſſequie.

Patrem Joannes habuit Franciſcum, nepotemque, Franciſcum æque vocatum, qui celeberrimi Medici coruſcarunt, cum encomio recenſiti ab eodem Ugurgerio, titulo ſupra memorato. Laudaturque Hector Serninus, Titulo 18. pag. 600. qui edidit, *Le Tragedie di Seneca in verſo ſciolto*.

JOANNES TIRACORDA, Italus, Firmanus, in Philoſophicis, ac Medicinæ ſtudiis inſigniter verſatus, Medicusque habitus Romæ graviſſimus, atque doctiſſimus, virorumque principum ſanitatem, frequenti cum laude tutatus eſt (ac ſi fidem præſtas Bernardino Genga in Opere, cujus titulus, *Anatomia Chirurgica*, lib. 2. cap. 33. p. 292. ſecundæ impreſſionis) Innocentii X. Pont. Max. Medicus circumfulſit, Medicorumque coryphæus nuncupatus.

Joanni inſcripſit Epiſtolam Julius Cæſar Benedictus a Guelfalione, & eſt Epiſtola 3. libri 7. Epiſtolarum Medicinalium.

JOANNES ZECCHIUS, Italus, Bononienſis, Romana Civitate donatus, Medicus, & Philoſophus probatiſſimus, integerrimusque, qui permultos in morbis deſperatos, mirabili ope ſanitati reſtituit: inde ita firma, ita ſtabilis mentibus hominum opinio de eo comprehenſa fuit, ut nullus extiterit gravi affectus morbo, qui Joannis ſententiam non requireret; nulla rerum dubiarum diſputatio, quæ doctiſſimum hunc Medicum non admitteret, ut etiam accitus fuerit a Sum. Pont. Clemente VIII. ad lites, & graviſſimas illas in Arte controverſias dirimendas,

das, inter Romanos Medicos, & Neapolitanos exortas, quas Hieronymus Provenzalis expendendas in Sacro Palatio coram Pontifice proposuerat. In quibus resolvendis, quam egregie pro loci majestate se gesserit Zecchius, quæ, qualiaque fuerint propositis tanti ponderis quæstionibus, ejus Responsa pro tuenda in curandis febribus, Romanorum Archiatrorum methodo hactenus servata, ac imposterum in Urbe servanda, fuse, & distincte enarravit, ac typis edidit Joannes Baptista Orius, insignis Medicus Ariminensis, evulgato Opere, & indigitato

De Ratione curandi præsertim febres ex putri ortas humore. a Medicis hactenus in Urbe servata. Disputatio. Romæ apud Aloysium Zannettum. 1596. in 4.

Excitata itaque magis magisque Zecchii fama, adeo percrebuit, ut ab eodem Pontifice Clemente VIII. acerrimo ingeniorum judice, ac promotore, inter digniores, Medicus suus intimus probari meruerit, quod etiam a Sixto V. Sum. Pont. factum prius fuisse constat. Non minus docte, quam utiliter alia plura scripsit Joannes, & sunt ex Joan. Anton. Vander Linden lib. 1. De Scriptis Medicis.

Consultationes Medicinales, in quibus universa praxis Medica exacte pertractatur. Andromachi Zecchii opera in lucem editæ. Venetiis. Apud Joannem, & Variscum Variscos. 1617. in 4. Romæ. Apud Guillelmum Facciottum. 1601. in 4. Francof. 1650. in 8.

De Urinis brevis, & pulcherrima methodus. Cui de laterali dolore cum febre putrida, nec non mali moris Tractatus, & Consultatio accedunt. Herculis Zecchii opera in lucem edita. Bononiæ. Apud Heredes Joannis Rossii. 1613. in 4.

De Aquarum Porrectanarum usu, atque præstantia Tractatus, in 7. capita divisus. Bononiæ. Apud Joannem Rossium. 1576. in 4.

In primam Hipp. Aphor. Sect. dulcissimæ Lectiones. Quibus

bus accedunt Tractatus 4. insignes, admirabili quadam methodo digesti, de Purgatione videlicet, de Sanguinis Missione, de Criticis Diebus, ac de Morbo Gallico. A Scipione Mercurio summa diligentia ab ore Authoris excepti. Tomus Primus. Bononiæ. Apud Joannem Rossium. 1586. in 4.

Zecchium celebrant Joannes Paschalis Alidosius in Opere, *I Dottori Bolognesi di Teologia, Filosofia, Medicina, ed Arti Liberali*, pag. 109. Scipio Mercurius in volumine, cucujus titulus, *La Commare*, Lib. 1. Cap. 17. De eo etiam mentio in mea Bibliotheca Romana, Vol. 2. Cent. 10. num. marg. 91. in Libro Statutorum Collegii Medicorum Almæ Urbis, pag. mihi 110. ac apud Petrum Castellum, in Opere de Abusu Phlebotomiæ, pag. 14. Fuse tamen de tanto viro scripsit eruditus, humanissimusque meus amicus Carolus Cartharius, Advocatus Consistorialis in Athenæo Romano.

Mortuus est Romæ Joannes anno 1601. die secunda Decembris, ætatis suæ 68.

JOFFREDUS GAMBARANA, Italus, Nobilis Taurinensis, vivacis, ac solidæ doctrinæ Medicus exquisitissimus, hic producendus, nam cum ejus virtutum fama undique increbuisset, Clemens VIII. Pont. Max. familiaribus epistolis ad suscipiendam suæ tutelam valetudinis accersivit, & hoc compertum fit ex Oratione Emanuelis Philiberti Panealbi in Lauream Equitis Cæsaris Octavii Gambaranæ, in qua author, Gambaranæ familiæ nobilitatem, laudes, merita, & gloriam luculenter expressit, laudibusque extolluntur permulti alii præstantes viri, ex hac familia orti. Legitur hæc Oratio in Syllabo Scriptorum Pedemontii Andreæ Rossotti, pag. 417.

JULIUS DE ANGELIS, Italus, e Terra Bargæ, Lucanæ Diœcesis, nobili prosapia creatus. Patrem promeruit Franciscum optimum Jurisconsultum. Fratres Nico-

laum Advocatum Sacri Consistorii; & Cosmum Juris utriusque Doctorem, sacræ Inquisitionis Assessorem in Urbe, mox Cortonensem Episcopum, ac Equitem Jacobum in Pisana, nec non Senensi Universitate Legum Professorem, in Civitate æque Senensi, Generalem pro Magno Etruriæ Duce Auditorem, Volaterrarum quoque, & Plumbini Priorem Ordinis Sancti Stephani. Domesticis itaque excitatus Julius exemplis, doctrinarum, virtutumque incensus amore, operam literis sedulam navavit; Philosophiæ attamen, Medicinæque præsertim studuit, & cum ingenio vivido, peracuto, elegantissimoque præstaret, præstantissimus evasit Medicus, atque Philosophus, ac per annos plures in Pisana, dein Romana Academia, publice, & cum præconio edocuit; tandem Clementis VIII. Sum. Pont. Archiater emicuit, & ab eodem Pontifice, Sancti Spiritus in Saxia Præceptor renunciatus.

De Familia Angelia Pisana, quæ nedum vetusta, sed nobili, jamdiu propter bella a Florentinis contra Pisanos gesta, ad oppidum Bargæ demigravit, & hinc exortum quod ejusdem gentis nonnulli Bargæi fuerint nuncupati, deque aliquibus ejusdem prosapiæ viris clarissimis, videre poteris Syllabum Advocatorum Consistoralium Caroli Cartharii, p. 205. Enarrationem Synopticam eruditi Præsulis Joannis Ciampini, de Abbreviatoribus Parci Majoris, pag. 37. & Santinum Cicatellum in Vita Pat. Camilli de Lellis, l. 3. cap. 7. Sepulchralem inscriptionem in Aracælitano Templo Romæ sculptam, nec pigeat auscultare.

D. O. M.
IOANNI DE ANGELIS PATRITIO PISANO
QVI
DOMESTICVM VIRTVTIS ET SAPIENTIÆ
NACTVS EXEMPLVM
IACOBVM PATREM
IVRIS ET IVSTITIÆ CONSVLTISSIMVM

NI-

NICOLAVM CONSISTORIALIS AVLÆ
ET S. P. Q. R. ADVOCATVM
IVLIVM S. SPIRITVS IN SAXIA
MAGNVM PRÆCEPTOREM
COSMVM EPISCOPVM CORTONENSEM
PATRVOS
CVM LAVDE ÆMVLATVS
POST HVMANIORA STVDIA
AD IVRIS SCIENTIAM FIRMITER
ADIVNCTO ANIMO
LITTERARVM APOSTOLICARVM
MAIORIS PRÆSIDENTIÆ ABBREVIATOR
VTRIVSQVE SIGNATVRÆ EX XII. VIRIS
IVDICIA DANTIBVS REFERENDARIVS
PRO VRBIS VICARIO
SVPREMVS CIVILIVM CAVSARVM IVDEX
VRBIVM REGIMINA
FORENSIA MVNERA
RESQVE PVBLICAS
SVMMA INTEGRITATE AC PRVDENTIA
ADMINISTRAVIT.
INDVCTAM MOX INIQVA MORBI VI
OCVLORVM ORBITATEM
ÆQVISSIME PERFERENS
QVAM SIBI
LVCEM VITÆ
INCLEMENTIA BREVEM ADEMERAT
MELIORI MORTIS OPE DEMVM PERENNEM
RECEPIT.
OBIIT V. KAL. SEPTEMBRIS
ANNO SAL. M. DC. XLI.
ÆTATIS LV.
FRANCISCVS DE ANGELIS
EQVES S. STEPHANI
VOLATERRARVM PRIOR
FRATRI OPTIMO MOERENS POSVIT.

De Petro Angelio Bargæo Poeta, & Oratore inſigni ſuperfluum omnino eſt verba facere. Quis enim ignorat quanto ſit nitido ſplendore coruſcus?

Hujusce etiam Familiæ decus eximium extitit Jacobus de Angelis, inter S. R. E. Cardinales ab Innocentio XI. adscriptus.

De Julio nostro mentio quoque habetur in Libro Statutorum Collegii Medicorum Urbis pag. mihi 111. & apud Petrum Cassianum in Opere, *Difesa del bever caldo*, pag. 12. ac Gasparem Alverum in parte secunda Operis inscripti, *Roma in ogni stato*, pag. 264. Ultra recensitos, ejusdem gentis quoque claruit Antonius de Angelis, Populoniæ, & Massæ Episcopus, anno 1570.

JULIUS CÆSAR MARSELLA, Italus, natus in Oppido prope Soranam Urbem, quod vulgo dicitur *l' Isola*, Pancratii Marsellæ Physici suo ævo clarissimi filius. Vixit Romæ Julius Cæsar in Aula excellentissimorum Ducum Soræ, Jacobi scilicet, & Hugonis Boncompagni, & ita in Philosophiæ, ac Medicinæ cognitione desudavit, ut inter Medicos celeberrimos, atque Philosophos, ob rerum etiam gerendarum prudentiam, morum honestatem, innocentiæque famam, maximo apud omnes in pretio habitus fuerit. Doctrinarum adeo amans, ut ejus voluptas omnis in lectione, scriptioneque reposita esset, linguarum Græcæ, & Latinæ peritissimus multa *Literaria Monumenta* apud heredes mss. reliquit. Merito itaque tantus vir coruscavit Innocentii X. Pont. Max. Medicus, & Basilicæ S. Mariæ Majoris de Urbe Canonicus, Mariæque Virginis cultui addictissimus, excelsaque pietate suspiciendus, excelsis æque laudibus efferendus, ac conferendus cum primis suæ tempestatis viris probis, doctisque, qui nomen longe, lateque divulgarunt.

JULIUS MANCINUS, Italus, Senensis, cum etiam tum juvenis (decerptæ sunt cognitiones sequentes a Jano Nicio Erythræo in Pinacotheca 2. Imag. 24.) rixatus cum quopiam esset, ac propterea compactus in carcerem, simul

mul ac dimiſſus eſt, patria ſede relicta, Romam commigravit, commodum cum in Noſocomio S. Spiritus in Saxia, de novo Medico in demortui locum ſubrogando deliberabatur, & quia locus ille ab omnibus fere Medicis, qui erant in Urbe, ſumma ambitione expetebatur, decretum fuerat, ut res in certamen deduceretur, eique, munus illud decerneretur, qui interrogatus de quæſtionibus, ad rem medicam pertinentibus, aptius ceteris reſpondiſſet. Quamobrem Patritius Patritius, Senenſis, vir nobilis, & clarus, Romanuſque civis, ad quem literas commendatitias ab amicis acceperat, ſi maturius, inquit, ad Urbem veniſſes, ac longius ſpatium ad te comparandum nactus eſſes, facile poteras una cum aliis, in illud ingenii doctrinæque diſcrimen contentionemque venire. At ille irridens, quid mihi, ait, opus eſt ſpatio ad me comparandum? Hem nunc, ſi libeat, poſſum. Nec mora, ita ut erat ocreatus, certamini ſe objecit, factumque eſt, ut victor inde diſcederet, ſtatimque decretas Medico ad habitandum ædes ingrederetur. Magnam hujus certaminis victoriam apud alios Medicos invidiam illi conflaverat, itaque ex compacto, id unum omnes agebant, ut invenirent aliquid, quo de eo illum loco dejicerent, quem ſua fuerat virtute adeptus: atque apud Hoſpitalis ejus domus Præceptorem, cœperunt eum accuſare, quod celerius, quam alii Medici ægros, ac raptim inviſeret, ut cura illa expeditus, poſſet attentius ſuis dare operam negotiis. Quamobrem in quoddam multorum ejus familiæ concilium a Præceptore vocatus, reprehenſus eſt acriter, quod negligenter, & cum ægrotantium pernicie, ſuſceptum a ſe munus obiret. At Julius interritus, memoriter ægrotos omnes, fidei ſuæ commiſſos, a primo ad ultimum proferens, narravit, unde domo unuſquiſque, qua ætate, quo genere vitæ eſſet, quo morbo, & a quo die laboraret, quam cura-

rationis rationem adhibuiſſet, quamque adhibiturus deinceps eſſet ſingulorum morbis, præſenſiones, aliaque, unicuique eorum magis propria, atque præcipua; quibus magna eorum, qui audierant, cum admiratione prolatis, malevolorum obtrivit invidiam. In prædictionibus multum præſtabat, ac ſimul ac ægrum inviſerat, ſtatim quem exitum morbus ille eſſet habiturus divinabat. Sed nulla verborum humanitate ægrum ſublevabat, nam vix tria, vel quatuor verba eloquebatur, pulſum tentabat, num æqualiter in eo venæ, & arteriæ micarent, linguæ digitum, ſtomacho manum admovebat; tum quid illi in cœnam, vel in prandium dandum eſſet imperabat. Philoſophiæ in primis ſtudium ſuum dederat: neque erat Philoſophus ex eorum numero, qui in ſcholis, ſpinoſis, contortiſque diſputationibus, id agunt, ut adverſarium breviter arguteque concluſo argumento decipiant, ſed ex iis, qui ex vi verborum, ac ſententiarum, quid potiſſimum ſenſerit Ariſtoteles conantur exculpere. Habitus eſt etiam Chaldaicis literis apprime doctus; ſed re vera totam illam diſciplinam contempſit, ac deridiculo habuit. Urbanus VIII. Pont. Max. merito fecit eum ſemper plurimi, & tum majorem habere eum cœpit, cum initio Pontificatus ſui, ejus conſilio, ex ancipiti morbo ereptus eſt, a quo fuerat pene oppreſſus; nam cum inter ceteros Medicos, de alvo, quæ conſtiterat, medicata potione illi danda conveniret, ſolus reſtitit, quantum potuit, quod diceret fore ut, mediam circiter noctem, id in eo a natura fieret, quod a medicata potione requirerent. Quæ ſeu vaticinatio, ſeu prædictio, vera eſt ea ipſa nocte confecta; itaque eum Medicum ſibi ſolum adduxit, & opiparo in Æde Divi Petri in Vaticano Sacerdotio, hoc eſt Canonicatu donavit. Magna cum parſimonia vixit, quamvis dives factus, hinc ſexaginta, & eo amplius aureorum millia confecit, ex quorum

rum fructibus, ex teſtamento, Senis tot adoleſcentes ex ea civitate, qui dent operam Juri civili, Medicinæ, vel Philoſophiæ aluntur, quot poſſint ex eis ſinguli quina, vel ſummum ſeptena ſcuta quot menſibus capere. Picturæ fuit intelligentiſſimus, ſcripſitque volumen, cujus titulus

Trattato delle Pitture di Roma, quod ms. extabat in Bibliotheca inſtructiſſima amici mei officioſiſſimi, Equitis Caroli Antonii a Puteo.

De Julio fit mentio in libro Statutorum Collegii Medicorum Urbis, pag. mihi 112. apud Baldum Baldi in Opere, *Diſcorſo Apologetico del vero Opobalſamo Orientale*, pag. 107. ac Octavium Falconerium, in elucubratione cujus inſcriptio, *Diſcorſo intorno alla Piramide di C. Ceſtio*, pag. 12. Iſidorumque Ugurgerium in Opere, *Le Pompe Saneſi*, par. 1. tit. 17. pag. 537. Dominicum Regi in Opere, *Memorie Iſtoriche del Ven. P. Camillo de Lellis, e de' ſuoi Chier. Regol. Miniſtri degl'Infermi*, lib. 9. cap. 6. pag. 240.

Julii quoque memoria, ampliſſimis conſecrata eſt monumentis in Hiſtoria Plantarum, Animalium, Mineralium Mexicanorum, collecta a Nardo Antonio Recchi, cum expoſitione Joannis Fabri Lincei, pag. 559. Petrus Caſtellus Opuſculum de Abuſu Phlebotomiæ Julio inſcripſit, Joannes Manelphus eidem dicavit librum, qui prænotatur, Hippocratis Aphoriſmi, Nicolao Leoniceno Interprete, una cum Annotationibus quibuſdam, & circa textum præcipue Joannis Manelphi.

LAURENTIUS ROVERELLA, Italus, Nobilis Ferrarienſis, pius, eruditusque Philoſophus, Medicus, ac Theologus. Ob res præclare geſtas, laudibus, & honoribus cumulatus, & ob morum integritatem, præſtantiamque doctrinæ, Nicolao V. Sum. Pont. cujus fuit Me-

Medicus, & intimus cubicularius, nec non aliis multis principibus viris merito cariſſimus. Recenſere hic minime tedeat amici epiſtolam, Joſephi nempe Lanzoni Medici Ferrarienſis, dotibus ſcientiarum, librisque editis notiſſimi, datam Ferrariæ 4. Kal. Septemb. 1695. En verba: *Famiglia nobiliſſima fu, & è anche al preſente in Ferrara la Roverelli, dalla quale nacquero in ogni tempo varii ſoggetti grandi, tra queſti riſplende Lorenzo, di cui V. S. Illuſtriſſima mi chiede notizia. Fu figliuolo Lorenzo di Giovanni Roverelli, e di Anna Zabarelli, nobile Padovana, ſtudiò da fanciullo la Grammatica, poi paſsò alla Rettorica, indi alla Filoſofia, e Medicina, in cui n'ottenne la laurea dottorale, dipoi fu proveduto di una Cattedra nell'almo noſtro ſtudio di Ferrara, ma poco vi ſi trattenne, perchè fu dalla Repubblica di Venezia chiamato a Padova Lettore in quell' Ateneo, ove leſſe con molto applauſo: onde il Marcheſe Lionello d'Eſte, Signore allora di Ferrara, lo richiamò alla patria, ed aveva quivi concorſo infinito di valenti uomini di quel tempo: quindi Papa Nicola V. invaghitoſi della virtù di un tanto Medico, l'invitò a Roma, e lo dichiarò ſuo Cameriere, e Medico, e vi ſtette due anni continui. Laſciata Roma, andò a Parigi, e in quella Univerſità inſegnò la Filoſofia, anzi colà datoſi alla Teologia, n'ottenne la laurea del dottorato. Da Francia ritornò a Ferrara, e dal Duca Borſo ſuo padrone, che ſucceſſe a Lionello, fu mandato Ambaſciatore a diverſi Prencipi. Il Pontefice Niccolò V. conoſcitore di quanto valeva Lorenzo lo ſpedì Nunzio in Francia, e dipoi in Ungaria, & allora ebbe il Veſcovato di Ferrara da Papa Pio II. l'anno 1460. li 19. Aprile. Fu Legato nell' eſercito eccleſiaſtico ſotto il Generale Orſini, indi fu mandato Legato alla Dieta Imperiale, fu anche dapoi Datario di alcuni Papi. Partì da Roma aggravato da gli anni verſo la patria, e nel paſſare da Monte Oliveto, Monaſtero de' Monaci Olivetani, colà mortalmente infermoſſi, e nelle braccia di ſuo fratello Niccolò*

morì

morì compianto da tutti. Fu portato il suo cadavere a Ferrara, e fu sepolto nella Chiesa di S. Giorgio. Sicchè da ciò che ho sin ora detto, appare, che il sudetto Lorenzo servì di Medico attuale, e Cameriere secreto, e famigliare per due anni Niccolò V. avendolo questo Papa chiamato a sè in riguardo della sua virtù, e professione. Di questo nostro gran Ferrarese Lorenzo Roverelli, Medico, e poi Vescovo ne parlano il Lancillotti nelle Istorie Olivetane, il Sansovini nelle Famiglie illustri d'Italia, l'Abbate Ughelli nell'Italia Sacra, ed il Padre Libanori nella sua Ferrara d'Oro, parte seconda &c.

De eo etiam Augustinus Superbus in Opere, *Apparato degli Uomini Illustri di Ferrara*, par. I. pag. 12. Ab Equite Tito Strozza Ferrariensi, hoc fuit Epitaphio Laurentius decoratus.

Tu, decus Urbis eras, magnæ solertia mentis,
Laurenti, ad magnas res tibi fecit iter.
Nec contenta fuit Latiis tua gloria terris,
Sed toto nomen claruit Orbe tuum.
Romanus quascumque plagas te Pastor adire
Jussit, ubique tibi dextera fama fuit.
Gallia te studiis florentem vidit, & omne
Officium, grato præstitit obsequio.
Te noverat ferox Germania, norat Iberus
Quid tibi consilii, justitiæque foret.
Te Duce Pannonii sævos fregere Bohemos,
Bellaque pro sancta sunt tibi gesta fide.
Amisso testis Ferraria Presule luget,
Mœsta suum deflet stirpis Roverella patrem.
Nunc fratrum in patriam cura translata tuorum,
Hoc tua sub tumulo clausimus ossa. Vale.

Tres habuit Laurentius fratres, summæ existimationis egregios viros, Bartholomæum scilicet S. R. E. Cardinalem eminentissimum. Nicolaum, Generalem Monacho-

rum Montis Oliveti, & Florium, Equitem Ordinis S. Jo. Bapt. Hierosolymitani. Filasius vero Laurentii nepos, Ravennatensis Archiepiscopus fuisit.

LUCAS TOZZIUS, Italus, Aversanus, Neapoli vero educatus, ubi æque studiis sedulo navavit operam, Doctoratusque Lauream adeptus, suæ ætatis anno 21. & a Partu Virginis M. DC. LXI. qua publice, qua privatim (ut ibi moris est) Mathematicas disciplinas, Philosophiam, Medicinamque professus, quarum primas duas in scholis Societatis Jesu, tertiam ab Honuphrio Riccio; tunc temporis insigni Medicinalium, & Physiologicarum facultatum professore edoctus fuit. Cum autem excurreret annus M. DC. LXIV. occasione ingentis, atque admirabilis illius Cometæ, mense Decembris ad plures hebdomadas, summo omnium stupore visi, de ejusdem ortu, ac progressu librum edidit, cujus titulus,

Recondita Naturæ Opera jam detecta, ubi circa quatuor causas observati Cometæ de Mense Decembris transacti anni 1664. *Astronomico-Physice edisseritur. Neapoli. Typis Hyacinthi Passari.* 1665. *in* 12.

Notior hinc redditus, & inter publicos Archigymnasii Neapolitani professores adscitus, Medicas Institutiones, innumeris propemodum auditoribus, eximio cum plausu exponere est aggressus, atque mox doctissimi Thomæ Cornelii Consentini, eodem in Lyceo Medicinæ theoriam, ac Mathematicas profitentis disciplinas, sed jam tum ægritudine detenti, ad annos integros vices gessit, & præter utriusque cathedræ onus, simul una primam quoque theoreticæ Medicinæ, aliam pro regio Archiatro Andrea Lamez Hispano, in majus Proregis opus intento, ad sexennium, & ultra numeroso discipulorum auditorio sustinuit: unde factum, ut regio postea diplomate, Medicas Institutiones, quas antea gratis prælegerat, adjecto stipendio

ex-

explicandas ſuſceperit, & poſt aliquot inſequentes annos ad alias, aliaſque Prælectiones fuerit promotus, quouſque poſtremo in publico complurium antagoniſtarum agone, prima illa Theoreticæ Medicinæ cathedra, quam multo ante vice alterius rexerat, univerſali literatorum ſuffragio fuerit potitus. Per hæc eadem tempora Patavium accerſitus, & ni fallor, anno 1679. ſed ne Neapolitanam, quam unice ſemper dilexerat urbem, inſperato deſereret, Antenoreum Lyceum illud adire renuit. Interea praxim medicam, nedum per univerſam urbem, & in præcipuos, prioreſque tam infimi, quam ſupremi ordinis viros exercuit, ſed & in publico Divæ Mariæ Annunciatæ Xenodochio primas obtinuit, ut propterea ſummos in eo honoris gradus aſſequutus, jam ultimo Regii Generalis totius Regni Archiatri munere decorari promeruerit. Libros edidit, quos viſum eſt eidem, ut amicis gratificaretur ſic inſcribere:

Lucæ Tozzi Medicinæ Pars Prior ΘΕΩΡΗΤΙΚΗ, *curioſa quæque tum ex Phyſiologicis, tum Pathologicis deprompta, veterum, recentiorumque Medendi Methodum complectens. Lugduni. Apud Aniſſonios, & Joannem Poſuel. M. DC. LXXXI.* in 8.

Medicinæ Pars Altera ΠΡΑΚΤΙΚΗ, *quæ hactenus adverſus morbos adinventa ſunt luculenter, & breviſſime explicans. Avenione. Apud Jacobum Duperier. M.DC. LXXXVII.* in 8.

In Hippocratis Aphoriſmos Commentaria. Ubi univerſæ Medicinæ, tum Theoreticæ, tum Practicæ celebriores quæſtiones perpenduntur, atque nedum recentiorum inventis, ſed & genuinæ ejuſdem Hippocratis menti congruentes quam dilucide explicantur. Opus in duas partes diſtributum, ac ſupremo Regis a latere Senatui dicatum. Neapoli. Ex Officina Sociorum Dominici Antonii Patrino, & Michaelis Aloyſii Mutii. M. DC. LXXXXIII. in 4.

Parta itaque magna in dies nominis fama, hoc unum deerat maximo huic Medico, ad virtutum, doctrinarumque suarum coronamentum a Maximo eligi Principe. Accidit tandem, tunc quando post mortem Marcelli Malpighii, universo terrarum Orbi celeberrimi, ab Innocentio XIII. Maximo Pontifice, Tozzium in proprium Medicum evocatum vidimus, sub initium anni 1695. & maximam quam merebat gloriam reportavit, quod munus egregium, egregie prosequitur. Edendos habet insuper

Commentarios in reliquos tres Aphorismorum libros, quos præ temporis angustia simul una nequivit foras emittere. Habet æque in promptu

Commentaria in Artem Medicinalem Galeni, quæ cum quot annis explicanda sit ex vetustissimo usu Gymnasii Neapolitani, juxta recentiorum inventa, ipse pro more suis auditoribus tradidit.

In schedis etiam custodit aliud gravioris momenti volumen, cujus argumentum est

De Anima Mundi. Ubi jocoseria meditatus, Physicas simul, & Ethicas speculationes in praxim civilem deducens, tria in tres partes distributa examinanda sibi proponit. Primum veterum Philosophantium de Anima Mundi sententias sigillatim enarrat; deinde easdem ad trutinam revocans, perbelle, ac eleganter, satis superque refellit; tandem Physicum in Ethicum transferens, per singulas tum mechanicas, & operosas, tum speculativas, & liberales facultates dictas divagatus, innumeras propemodum hominum fraudes, versutias, circumventiones, undique deceptionibus, ac fallaciis refertas detegit, & aperit, ut postremo concludere satagat, nescio ne serio, an jocose magis, Mundi Animam esse Imposturam, qua cunctos victum ad vitæ tuitionem sibi comparare, ac quærere experimur; proindeque coronidis loco, in colophonem, carmen hoc italicum adjiciat,

E' l'Im-

E' l'Impostura l'Anima del Mondo.

De Luca tractat Nicolaus Toppius in Bibliotheca Neapolitana, pag. 193. Longe tamen melius Leonardus Nicodemus in Opere, *Addizioni Copiose alla Biblioteca Napoletana del Toppi*, pag. 156. Videas etiam Diarium Literatorum, editum Parmæ 1687. pag. 205. & Acta Eruditorum Lipsiensia Ann. 1694. pag. 346.

LUDOVICUS SCARAMPUS, seu MEDIAROTA, vel EX ARENA, Italus, Patavinus, aliis Tarvisinus, obscuris natalibus, ex aliquibus vero claro ortus genere, gestis tamen rebus illustris dubio procul. Artium liberalium, & Medicæ facultatis studiis, ac Physicis disciplinis imbutus, nec non (Ammirato teste in Historiis Florentinis, par. 2. lib. 21. pag. mihi 23. ac apud Ferdinandum Leopoldum del Migliore, in Opere, *Firenze illustrata* pag. 149.) Eugenii IV. Sum. Pont. Medicus intimusque Cubicularius, qui liquido ostendit ex Medica facultate posse prodire strenuos milites, hinc, & mederi vulneribus, & ubi opus sit infligere plagas callent; namque Ludovicus, non tantum Medicina, quam armorum tractatione insignis fuit, & usque adeo sua militari peritia, ac victoriis promeruit, ut Episcopatum Traguriensem primo, deinde Archiepiscopatum Florentinum, postea Patriarchatum Aquilejensem, demum ab eodem Eugenio Purpuram Cardinalitiam obtinuerit. Videas itaque plura de eo in Historia Ciaconiana Vitarum Pontificum, & Cardinalium, Tom. 2. col. 919. & 1118. postremæ editionis, Romanæ scilicet apud Philippum, & Antonium de Rubeis 1677. ac apud alios multos ibi citatos; Historici etenim fere omnes sui seculi de eo meminere. Scriptis consignavit Ludovicus

Epistolas plures

mira eruditione refertas, quæ in Bibliotheca Laurentii Pignorii olim asservabantur. Publici juris sunt illæ, quas

Le-

Legatus Apostolicus apud Hungaros, Divo Joanni de Capistrano dederat.

E vivis abiit Cardinalis Scarampus Romæ sub Paulo II. cujus jussu summa cum pompa in Templo Sancti Laurentii in Damaso tumulatus, sed noctu effracto sepulchro, annulo, & veste exutus est: quare tumulus diu plane neglectus mansit, sed tandem Henrici Bruni liberalitate, e marmore cum sequenti elogio restituitur.

D. O. M.
LVDOVICO PATAVINO
PATRIARCHÆ AQVILEIENSI
ALBANO PONTIFICI
TIT. D. LAVRENTII IN DAMASO CARD.
S. R. E. CAMERARIO.
QVOD ANIMI MAGNITVDINE
ET SINGVLARI PRÆDITVS PRVDENTIA
CVM REM ROMANAM
MVLTITVDINE HOSTIVM LABORANTEM
LEGATVS AB EVGENIO IIII.
IN SPLENDOREM PRISTINVM
ARMIS ET VICTORIIS VINDICASSET.
NICOLAVM PICCININVM
APVD ANGLARIAM
FLORENTINOS ECCLESIÆ
SOCIOS INFESTANTEM
SIGNIS COLLATIS PROFLIGASSET.
AGRVM PICENVM
A FRANCISCI SFORTIÆ DOMINATV
IN DITIONEM ROMANÆ ECCLESIÆ
RECVPERASSET.
TVRCAS SVB CALLISTO III.
NAVALIBVS PRÆLIIS CONTVDISSET.
AVCTORITATEM ROM. PONTIFICATVS
LONGE ET LATE PROPAGASSET.
DOMESTICIS QVOQVE VIRTVTIBVS
CONSILIO GRAVITATE CONTINENTIA
PLVRIMIS DENIQVE IN OMNEIS BONOS
LIBERALITATIS
ET BENEFICENTIÆ MONIMENTIS
BELLICAS LAVDES ORNATIORES
REDDIDIT.
HENRICVS BRVNVS
ARCHIEPISCOP. TARENTINVS
SVMM. PONTT.
SACRIQVE SENATVS A SECRETIS
ÆRARII APOSTOLICI PRÆFECTVS
TANTÆ VIRTVTIS
IN LVCEM REVOCANDÆ CAVSA

QVO

QVOQVE VETEREM SVAM
IN EVM OBSERVANTIAM
HOC RECENTE PIETATIS
OFFICIO TESTARETVR.
HOC ILLI MONIMENTVM
QVADRAGINTA AB EIVS MORTE ANNO
SVA PECVNIA FACIVNDVM LOCAVIT.
ANNO SALVTIS MDV. XII. KAL. APRILEIS
VIXIS ANNOS LXIII. MENS. IV. DIES VIII.

Apud Joannem Franciſcum Palladium in Opere, *Iſtoria della Provincia del Friuli*, par. 2. lib. 1. pag. 42. hæc alia legitur inſcriptio, quæ extare aſſeritur in Patriarchali Palatio Utinenſi.

LVDOVICVS MEZAROTA PATAVINVS
EX MEDICO
AB EVGENIO IV. S. R. E. CARDINALIS
CANCELLARIVS
ET PATRIARCHA AQVILEIENSIS FACTVS
CLASSI PONTIFICIÆ
A CALISTO III. PRÆFECTVS
CONQVISITIS REMEDIIS
PACTARVM LEGVM
INTER VENETAM REMPVBLICAM
ET AQVILEIENSEM ECCLESIAM
FORO-IVLIENSI REGIONI
DESPERATAM PACIS SALVTEM
TANDEM RESTITVIT.

MARCELLUS MALPIGHIUS, Italus, Bononienſis, ampliſſimi nominis Medicus, atque Philoſophus, exquiſita eruditione, ſummaque experientia præditus, accuratiſſimus rerum naturalium, plantarum præcipue præcipuus rimator. Pluribus Univerſitatibus publicus Medicinæ Profeſsor illuxit, nempe Bononiæ, Piſarum, ac Meſſanæ cum ingenti honorario. Vixit Innocentii XII Pont. Max. Archiater, notiſſimus Operibus editis, a cunctis laudatis viris laudatus eximie, & merito, planeque dignus, qui diutiſſime viveret, & excelſas ejus doctrinas fœcundiores omnes calami præconiis extollant, ac eruditiſſimis ejuſdem ſcriptis totus applaudat Orbis. Habemus nempe ab eo ſequentia Opera *De*

De Externo Tactus Organo Anatomica Observatio. Neapoli. Apud Ægidium Longum. 1665. in 12.

Tetras Anatomicarum Epistolarum de Lingua, & Cerebro. Ac D. Caroli Fracassati, quibus accessit Exercitatio Anonymi de Omento, Pinguedine, & Adiposis Ductibus. Bononiæ. Typis HH. Victorii Benatii. M. DC. LXV. in 12.

Dissertatio Epistolica de Bombyce. Londini. Apud Joannem Martyn, & Jacobum Allestry. 1669. in 4.

Dissertationes Epistolicæ duæ, una de formatione Pulli in Ovo, altera de Bombyce. Londini. Impensis Joannis Martyn. 1673. in 4.

Exercitationes de Structura Viscerum, nominatim Hepatis, Cerebri Corticis, Renum, Lienis, cum Dissertatione de Polypo Cordis: quibus accesserunt ob materiæ vicinitatem ejusdem Malpighii Epistolæ duæ de Pulmonibus. Editio altera correctior. Francofurti. Apud Augustum Boetium. 1678. in 12.

Anatome Plantarum. Cui subjungitur Appendix, iteratas, & auctas ejusdem Malpighii de Ovo Incubato Observationes continens. Londini. Impensis Joannis Martyn. M.DC.LXXV. in fol.

Anatomes Plantarum Pars Altera. Londini. Impensis Joannis Martyn. M. DC. LXXIX. in fol.

In Volumine indigitato, *Giornale de' Letterati per tutto l'anno* 1689. edito Parmæ, pag. 285. legitur ejusdem Marcelli doctissima

Epistola Magnæ Societati Regiæ Anglicanæ. Cui Regiæ Societati adscriptus extitit.

Joannes Bohn professor Lipsiensis dicavit Malpighio Opus prænotatum, Circulus Anatomico-Physiologicus, seu Oeconomia Corporis Animalis &c. Ad Marcellum quoque Antonius Felix Marsilius dedit litteras, Bononiæ impressas cum hoc titulo, *Relazione del ritrovamento dell'Uova di Chiocciole &c.* Jacobus etiam Cantellius dedicavit Malpi-

pighio librum, cujus titulus, Anonymi Dialogi tres. 1. De Constantia in Adversis. 2. De Dignitate tuenda. 3. De Amore erga Rempublicam.

Die vigesima nona Novembris an. 1694. obiit præstantissimus hic Medicus, qui profecto ad studia natus, denatus est inter studia.

MATTHÆUS CURTIUS, Italus, Nobilis Ticinensis, Clementis VII. Pont. Max. Medicus. Audiatur Hieronymus Ghilinus in Opere, cujus titulus præfixus, *Teatro d'Uomini Letterati*, Vol. 2. p. 195. *Dalla chiara, e continuata gloria de' suoi maggiori, non degenerò punto Matteo Corte, nato nella Città di Pavia sua antica patria, il quale riuscito nella Medicina celebratissimo Dottore, pareggiò l'eccellenza di qualunque altro nel suo secolo espertissimo professore; essendo egli stato quelli, che ravvivò con tanto beneficio de' studiosi dell'arte, la vera maniera del medicare secondo Hippocrate, e Galeno. Esercitò sempre la Medicina con sua grandissima lode, e fu nelle sue cure assai felice; onde si acquistò così gran credito, e così buona opinione, che da parti eziandio straniere veniva come un Esculapio sommamente ricercato, e come prencipe de' Medici del suo tempo era riverito. Clemente Settimo Sommo Pontefice lo volse appresso alla sua persona così in Roma, come quando usciva da quella Città, ed allora quando andò a Marsiglia per causa di un matrimonio tra la figlia di suo fratello, e il Delfino di Francia, che fu poi il Re Henrigo secondo. Questa veramente celebre fama del valor suo, mosse anco alcune principali Università ad averlo per pubblico loro Lettore di Medicina, come la sua patria, Padova ove lesse l'ordinaria teorica, Bologna, Fiorenza, e Pisa. Scrisse molto intorno alla sua professione, e poco si vede alla stampa del suo: le composizioni, che dal Mondo sono godute, hanno i titoli seguenti, cioè*

De Prandii, ac Cœnæ modo libellus.

De Venæ Sectione liber.

In Mundini Anatomen explicatio.

De Dosibus, seu de justa quantitate, ac proportione Medicamentorum Opusculum.

De Aquæ bonitate.

Mentre in Pisa con gran concorso d'uditori attendeva alla sua publica lettura infermossi, e nell'età di settant'anni passò a miglior vita l'anno 1544. *e fu il suo cadavere sepolto in Campo Santo. Cosimo secondo Duca di Fiorenza fece mettere sopra il suo sepolcro l'epitaffio seguente, cioè*

MATT. CVRCIO TICIENSI
QVI
HIPPOCRATIS GALENIQVE VINDEX
SALVTIS AVGVRIVM EGIT
MEDICINAMQVE EXERCENDO
ET DOCENDO
IPSE VALENS SEMPER EXCOLVIT.
MONVMENTVM HOC
AMPLIVS QVAM F. F. T. P. I.
COSMVS MED. FLORENTIÆ DVX II.
AERE SVO P. C.
ANNO M. D. LXIV. VIXIT ANN. LXX.

Fertur Matthæi culpa obiisse Clementem VII. eo quia commutata vivendi ratione, longiorem vitam promittens, breviorem reddiderit, ex Augustino Oldoino in nova additione Vitæ hujus Papæ, Tom. 3. col. 470. novissimæ editionis Vitarum Pontificum.

Est etiam Matthæi mentio in libro Statutorum Collegii Medicorum Urbis, pag. mihi 106. Celebraturque in Dialogo de Patriis Illustrium Doctrina, & Scriptis Virorum Joan. Andreæ Quenstedt, pag. 286. A Nicolao Massino, in Opere De Gelidi Potus Abusu, lib. 2. pag. 219. A Baldo Baldi, *del vero Opobalsamo Orientale, Discorso Apologetico*, pag. 106. A Joanne Nicolao Paschali Alidosio in libro, *Li Dottori Forestieri, che in Bologna hanno letto Teo-*

Teologia, *Filosofia*, *Medicina &c.*, pag. 54. Videndus quoque Joan. Anton. Vander Linden, lib. 1. De Scriptis Medicis, qui alia refert Matthæi Opera præter superius relata.

Habuit Curtius controversias adversus Andream Turinum de Prandio, & Cœna, item de loco mittendi sanguinem in Pleuritide.

Hieronimus Donzellinus in Epistola, qua consolatur Matthiolum adversus invidos, & blaterones (legitur in lib. 4. Epistolarum Medicinalium Matthioli, p. mihi 148.) de Curtio ita differit. *At vero Matthæus Curtius cum Medicinæ præcepta, ac difficiliores Artis locos, solertissima perspicacis animi vi publice interpretaretur, senioribus suæ ætatis Medicis somniare videbatur. Arabum enim, ac Sophistarum glandibus assueti, suaviorem Hippocratis, & Galeni cibum rudes, ac stupidi aspernabantur. Gravia igitur certamina sustinere est coactus. Et quamvis scribendo parum esset felix, de Phlebotomia tamen rite instituenda, Commentarium edere ad ingentem eorum, qui sibi repugnabant Medicorum stuporem excitandum, fuerit cum summa necessitate compulsus.*

MATTHIAS NALDIUS, Italus, Senensis, Philosophus, & Medicus, numeris omnibus absolutus, magnaque eruditionis, atque ingenii fama spectabilis, utriusque linguæ, ac Hebraicæ, Chaldaicæ, & Arabicæ callens. Cum doctrinæ, & prudentiæ specimen in rebus Medicis dedisset, a Magno Etruriæ Duce missus fuit ad curandum Damasci Principem, sontico laborantem morbo, & gloriose se gessit. Tantam apud cives suos omnes de se opinionem concitaverat, ut plerique suæ valetudini admoverent, nec raro ab exteris vocabatur. In patria quoque publicis in scholis se magistrum prebuit. Tandem Cardinalis Fabius Ghisius Senensis, post Innocentii X. obitum, Petri ascendens Cathedram, sub nomine Alexandri VII.

ſuumque Medicum cum nominaſſet laudatum Joannem Jacobum Baldinum, qui ob ſenectutem, ægramque valetudinem, ab hoc munere ſe abdicavit, Matthiam, quem penitus pernoſcebat, tunc Piſis profitentem, in Joannis Jacobi locum ſublegit, atque ſemper familiari colloquio adhibuit, ſubciſivis præſertim horis, admodum Matthiæ eruditione omniſcia oblectatus. Nonnulla edidit Naldius Opera, ſequentia ego præ manibus habui, quibus nomen fecit.

ΠΑΜΦΙΛΙΑ *Mundi Univerſi Amicitia, cui diſſidentes Philoſophorum opiniones conciliantur, & parantur ex re Medica amicitiæ, & præſertim cunjugiis conducentia Formoſitas, & Fœcunditas. Senis. Apud Bonettos, typis publicis. 1647. in 4.*

Regole per la cura del Contagio. In Roma per il Maſcardi. 1656. in 4.

Alia multa elucubraverat, & ſenex pene capitularis ſtatuit foras emittere, ac incœpit, ſed vitæ curſum peregit dum ſub prælo haberet Opus, quod inſcribitur

Rei Medicæ Prodromi, præcipuorum Phyſiologiæ problematum tractatus, quibus Peripateticæ doctrinæ nova traditur etymologia, & quæſtiones de primo cognito: de Cœli corruptibilitate: de animæ humanæ eſſentia: de continui diviſione &c. enodantur; & oſtenditur Ariſtotelem Peripateticorum Principem cæteris Philoſophis Ethnicis Chriſtianæ Religioni propriora ſapuiſſe, miraque ingenii ſublimitate animorum non ſolum immortalitem docuiſſe, ſed etiam Cælorum creationi, & eorundem animorum reditui protuliſſe non repugnantia. Opus ad animos recte diſpoſitos in veritate confirmandos, aberrantes vero in viam reducendos accommodatum. Romæ. Ex Typographia Ignatii de Lazaris. M. DC. LXXXII. in fol.

Alia Opera forſan ſervantur adhuc apud heredes, quibus reliquit divitiarum copiam. Emicuit etiam Matthias Lector in Romano Athenæo.

Plu-

Plura de eo apud Isidorum Ugurgerium in Opere, *Le Pompe Sanesi*, par. 1. tit. 17. pag. 541. In Descriptione Archygimnasii Romanæ Sapientiæ, pag. 95. In libro Statutorum Collegii Medicorum Almæ Urbis, pag. mihi 115. In Anastasi Corticis Peruviæ, seu Chinæ Chinæ Defensione Sebastiani Badi, lib. 3. pag. 239. In Vita Alexandri VII. Tom. 4. Vitarum Pontificum Ciaconii, novissimæ impressionis. Vopiscus Fortunatus Plempius Naldo dicavit Opus, cui titulum inscripsit, Clarissimi, & Excellentissimi Doctoris Abualiibn-Tsina, qui hactenus perperam dictus est Avicennæ Canon Medicinæ &c.

MICHAEL MERCATUS, Italus, Miniatensis, non minus insigni virtutum splendore, quam præcellenti doctrinarum voluntate dives, Clementis VIII. Pont. Max. Medicus ornatissimus, Divoque Philippo Nerio admodum carus, & ad rem legitur in hujus Sancti vita, edita a Jacobo Riccio, lib. 3. cap. 4. p. 268. *L'istesso succedette nella persona di Michele Mercati da S. Miniato, Medico famoso, e suo familiarissimo amico, il quale sendo ridotto in caso di morte, Filippo sempre disse a suo padre, che anch' esso era Medico, e si chiamava Pietro Mercati, non dubitare, non dubitare, che tuo figliuolo non morrà, e dicendogli un giorno, Padre siamo ridotti a minuti, Filippo gli rispose, non t'ho io detto non dubitare, che non morrà? Sappi, che il Signore non lo vuole ancora, ma ce lo vuole riserbare a qualche tempo, come avvenne, perchè sopravisse undici anni, e fu Medico di Papa Clemente Ottavo, e da lui fatto Prelato, a cui Filippo predisse la morte, come avanti gli aveva predetta la vita*. Scriptis mandavit Michael

Degli Obelischi di Roma. Alla Santità di Sisto V. In Roma. Appresso Domenico Basa. M. D. LXXXIX. in 4. Hoc ad umbilicum perduxit opus permirum in modum, iter nempe faciens, scilicet quando Cardinalem Hippolytum Aldobran-

brandinum, in Poloniam de Latere Legatum affectatus est. In Opus tamen hoc animadversiones nonnullas, Michaelem culpando, fecit Latinus Latinus, quamobrem eruditissimus Michael alium statim librum evulgavit sub hac inscriptione

Considerazioni sopra gli Avvertimenti del Signor Latino Latini intorno ad alcune cose scritte nel Libro degli Obelischi di Roma. Insieme con alcuni supplementi al medesimo Libro. In Roma. Appresso Domenico Basa. 1590. in 4.

Prælo etiam dedit

Istruzione sopra la Peste, nella quale si contengono i più eletti, ed approvati rimedj, con molti nuovi, e potenti secreti, così da preservarsi, come da curarsi. Aggiuntevi tre altre Istruzioni sopra i veleni occultamente ministrati, Podagra, e Paralesi. In Roma. Appresso Vincenzo Accolto. M. D. LXXVI. in 4.

Clemens VIII. tandem Præsulem Mercatum, Præceptorem S. Spiritus in Saxia fecerat, sed antequam magnificentissimi muneris possessionem adiret, diem clausit extremum.

Meminere insuper de eo Philippus Labbe in Mantissa Antiquariæ Supellectilis, pag. mihi 377. Floravantes Martinellus in Roma ex Ethnica Sacra, cap. 13. pag. mihi 435, Gaspar Alverus, in Opere, *Roma in ogni stato*, par. 2. pag. 264. Dominicus Panarolus in Opere, De Necessitate Botanices, pag. 372.

Michaelis avus fuit Michael senior Mercatus, Philosophus, nulli sui inferior ævi, cui res accidit dubio procul mira, quæ ab eminentissimo Baronio Tom. 5. Annalium narratur, ad annum 411. prope finem, ego de verbo ad verbum haud rescribere sum gravatus, *A quo accepi auctorem proferam* (ait) *nempe integerrimæ fidei virum, Michaelem Mercatum Miniatensem, S. R. E. Protonotarium, probitate morum, atque doctrina spectatum; ipse enim narravit de avo*

avo suo, eodem quo ipse nomine nuncupato, Michaele Mercato seniore, cui cum Marsilio Ficino, nobilissimi ingenii viro, summa intercedebat amicitiæ consuetudo, parta, & aucta philosophicis facultatibus, in quibus Platonem ambo assectabantur auctorem. Accidit autem aliquando, ut ex more, quid nam post obitum supersit homini, ex ejusdem Platonis sententia, sed non sine tamen trepidatione deducerent, quæ labantia Christianæ fidei sacramentis suffulcienda essent: eo enim argumento extat ejusdem Marsilii ad ipsum Michaelem Mercatum erudita quidem epistola de Animi, & Dei immortalitate. Cum vero inter disserendum eorum progressa longius fuisset disputatio, eam ad calcem perductam, illo clauserunt corollario, ut juncta simul dextera pacti fuerint, uter eorum ex hac vita prior decederet (si liceret) alterum de alterius vitæ statu redderet certiorem. Quibus inter se conventis, ambo jurati ab invicem discessere. Interlapso autem haud brevi temporis spatio, evenit ut cum summo mane idem Michael senior in philosophicis speculationibus vigilaret, ex inopinato strepitum, velociter currentis equi, ejusdemque ad ostium domus cursum sistentis audiret, vocemque simul Marsilii clamantis: O Michael, o Michael, vera, vera sunt illa. Ad vocem amici Michael admiratus, assurgens, fenestramque aperiens, quem audierat, vidit post terga, ad cursum iterum acto equo candido, candidatum: prosecutus est eum voce, Marsilium, Marsilium invocans, prosecutus & oculis: sed ab eis evanuit. Sic ipse novi casus stupore affectus, quid de Marsilio Ficino esset solicitus perquirendum curavit (degebat ille Florentiæ, ubi diem clausit extremum) invenitque eundem illa ipsa hora defunctum, qua eo modo auditus, & visus est sibi. Quid tum ipse? Licet enim antiquæ probitatis vir esset, innoxiamque, & proficuam omnibus vitam hactenus excoluisset (prout decebat vere Philosophum) ex eo tamen tempore, vale dicens philosophicis disciplinis, solius Christianæ Philosophiæ cæteris eminentioris propensior cultor effectus, quod reliquum fuit temporis, Mundo defun-

functus, soli vitæ futuræ vixit, specimen edens absolutissimi omnibus numeris Christiani, qui inter Philosophos sui temporis magna cum laude claruerat nulli secundus.

MODESTINUS CASSINUS, Italus, Elpidianus (recensente Andrea Baccio, Modestini discipulo, in Naturali Vinorum Historia, lib. 5. pag. mihi 250.) egregius Artium, & Medicinæ Doctor, ac Historiarum judiciis versatissimus, Beati Pii V. Pont. Max. Medicus, Equestri dignitate insignitus, totaque Italia famigeratissimus extitit.

Tractant pariter de eo Natalis Medaglia, in libro nuncupato, *Memorie Istoriche della Città di Cluana, detta oggi Terra di Sant' Elpidio*. Camillus Medaglia in Municipio S. Elpidii. Laudatus Baccius in Opusculo inscripto, *L'Origine dell'antica Città di Cluana, che oggi è la nobil Terra di Sant' Elpidio*. Hi Scriptores omnes, Cassinam Familiam vetustissimam, prænobilemque dicunt. Camillus vero, ac Natalis Medaglia nominant Marcum a S. Elpidio, ex hac Cassina familia progenitum, a Gregorio IV. Presbyterum Cardinalem, Tituli S. Stephani in Monte Cælio creatum. Sed hoc cum plane non constet, a veritate omnino sejunctum esse arbitror. Celebrant quoque Ludovicum Cassinum I. U. D. excellentissimum, qui Maceratense Collegium ad pueros instituendos, laudabiliter anno 1629. erexit, cujus rei memoria in Palatio Priorali S. Elpidii extat his verbis.

PERILLVSTRI
AC ADMODVM REV. DOMINO
D. LVDOVICO CASSINO I. V. D.
EXCELLENTISSIMO
ET CONCIVI NOSTRO OBLIGATISSIMO
QVI
COLLEGIVM MACERATENSE
AD INSTRVENDOS PVEROS
NOBIS LIBERALITER EREXIT
ET VNIVERSITAS BENEFICII GRATIA
AD PERPETVAM MEMORIAM FECIT.
DIE IX. FEBRVARII M. DC. XXXVI.

NI-

NICOLAUS MASINUS, Italus, Nobilis Cæsenas, minime prætermittendus est, Physicus namque illustrissimus, a Clemente VIII. Pont. Max. delectus, Medicus Pontificius dictus fuit, quamvis oblatum hoc magni faciendum munus, inepte recusaverit. Audiamus Janum Nicium Erythræum perbelle de Nicolao scribentem in Pinacotheca prima, Imag. 150. *Paucos, ac vix paucos proferre ex omnibus possumus, qui nostra memoria, literarum studia coluerint, in quos plura virtutum omnium ornamenta convenerint, quam quæ in Nicolao Masino Cæsenate extiterunt; quibus ille, non patriæ solum suæ, Æmiliæque, sed Italiæ etiam universæ, dignitatis, ac splendoris plurimum attulit. Etenim tum hæ politissimæ in eo literæ eminebant, quæ ab humanitate nomen invenerunt, tum illæ quæ recondita in arte, summaque rerum in obscuritate versantur, Mathematicæ nimirum, philosophicæque disciplinæ se efferebant; ac medendi præsertim arte, in qua excellebat, complurium tum æqualium, tum superiorum, qui magnum in ea nomen habuerunt, famam, & gloriam æquavit. Quorum studiorum cupidissimus fere ab ineunte ætate, Patavium se contulit, atque præstantissimis magistris in disciplinam tradidit, a quibus omnium bonarum rerum instructu, ornatuque refertus, est dimissus in patriam, ut quæ in Medicina didicerat, ad usum utilitatemque suorum civium, aliorumque transferret: in quo adeo erat felix, ut fere innumerabiles, periculosissimis implicitos morbis, ex ancipiti levaret. Quo fiebat, ut non solum sui cives, sed alii etiam, ac viri præsertim principes, ad quos ejus virtutis fama emanarat, in dubiis suis ægritudinibus, ab eo opem atque auxilium expeterent. Quamobrem in omnibus fere consultationibus medicis, una cum Mercuriali, Cardano, aliisque summis ætatis suæ Medicis, in consilium adhibitus, suam de re proposita sententiam dicebat. Sed in nemine magis quam in*

illo id verum esse apparuit , quod dicitur , nullam esse sapientiæ vim tantam , in quam non aliquis stultitiæ rivulus influat , cum eaque permisceatur . Nam fuit varius , singularis , & quibusdam in rebus , propior stulto , quam sapienti . Cujus rei plura possunt argumenta proferri ; sed illud numeratur in primis , quod cum Clemens VIII. ejus virtutis fama compulsus , dandas ad eum literas curasset , ut , quod ejus commodo fieret , Romam veniret , cupere enim se ejus opera in tuenda valetudine uti : ille sumto spacio ad deliberandum , rem ad famulam , Sanctam nomine , detulit , cui ille magnam rerum suarum fidem habebat , & omnem rem domesticam , omnia consilia credebat , & quod illa dixisset famellam nescio quam , sed Delphis Apollinem locutum esse arbitrabatur ; cujus ea fuit sententia , ut se loco non moveret , atque ubi juventutem habuisset , ibi senectutem ageret . Itaque , de famulæ sententia , rescripsit Pontifici , se maximas illi gratias agere ; sed ea esse jam ætate , quæ cupidior esset quietis , quam laboris , ocii , quam gloriæ ; eam obstare , quo minus ultro delatum sibi beneficium acciperet . Quod cum fecisset, non irridicule urbani quidam homines dixeruut, apud Masinum plus auctoritatis , ac ponderis habuisse Sanctam , quam Sanctitatem &c. Nihil æque horrebat , ut aquæ , vinique nivati haustum , atque in ejus odium edidit .

De Gelidi Potus Abusu Lib. 3. *Cæsenæ . Apud Bartholomæum Raverium .* 1587. in 4. *In quibus multis rationibus conatur ostendere , quam sit incommoda valetudini ejusmodi consuetudo . Complura alia etiam docte , eleganterque conscripsit , sed eorundem edendorum spacium illi non fuit ; quæ una cun magno veterum numismatum numero , in ejus Bibliotheca , apud heredes ipsius jacebant in tenebris .*

In Tractatu Baptistæ Codronchi de Baccis Orientalibus legitur Nicolai *Epistola* ad eundem Baptistam .

Amplissime laudatur Masinus ad Horatio Augenio , Tom. 3. Epistolarum Medicinalium , lib. 10. pag. 401. A Hie-

Hieronymo Rubeo in Hiſtor. Ravenn. l. 11. pag. mihi 783.

Avus, & pater Nicolai fuerunt æque doctiſſimi Medici, & ſemper ex hac nobili familia prodiere viri illuſtres: ſcripſit itaque Petrus Belmonti in volumine, cui titulum fecit *Genealogia dell'antica famiglia detta delle Caminate &c.* pag. 121.

Maſino Maſini Cavalier Ceſenate, figlio del Cap. Nardo, e fratello del Cavalier Fabritio uomini bellicoſi, uniti con la fazione de' Guelfi, de' quali erano capi queſte due famiglie Tiberti, e Maſini, benchè dipoi per varie contingenze i Maſini divennero Ghibellini, aderenti a i Conti Guidi di Bagno. La Proſapia de' Maſini antica, e nobile in Ceſena, ha in ogni tempo avuto Uomini in arme, ed in lettere celebri per teſtimonio degli Scrittori Liceti, e Manzoni, fra quali ſi ſegnalarono il Colonnello Giacomo in difeſa della patria; e militando per Papa Clemente Settimo nella ricuperazione di Rimino, e per i Signori Veneziani nell'aſſedio di Padova contro l'Imperatore Maſſimiliano, e trovandoſi in molte impreſe, e in ſervigio del Re Franceſco di Francia nella giornata ſotto Pavia, nella quale reſtò prigioniero con Federico Gonzaga; ma libero divenuto ſervì poſcia al Duca d'Urbino alla ricuperazione de' ſuoi ſtati; indi al Gran Duca di Toſcana con comandi, ed impieghi di ſomma confidenza, morto finalmente in Piſa l'anno 1554. Giovanni Maſini figlio del detto Colonello Giacomo fu Cavaliere di Santo Stefano, e continuò la ſervitù del padre con detta Altezza nella carica di Capitano di Cavalleria nella guerra di Siena. Viſſe ultimamente il Conte Vincenzo, giovane di gran ſpirito, ed applicato alle azzioni cavallereſche; in età di anni 18. fu Capitano di Corazze; e dell'anno 1612. in una Gioſtra nel Saraceno avendo sfidato tutt'i cavalieri d'Italia ne riportò la vittoria, contra otto de i dieci venturieri, che comparvero in campo. Datoſi poi allo ſtudio della Matematica ſotto la diſciplina del gran Chiaramonti, in ogni arte peritiſſimo, s'approfittò in maniera, che nell'invenzioni di Ma-

chine, e movimenti di quelle, fece stupire tutti i circostanti nella famosa Comedia, rappresentata in Cesena l'anno 1619. e se da morte immatura non fusse stato prevenuto, sperar si potevano fatti egregi d'un sì pellegrino ingegno. D'altri Uomini instrutti nelle più polite, e nobili scienze avendone fatta particolar memoria i citati Autori delle cose più notabili di Cesena, non dilato il discorso, riportandomi a quelli.

PAULUS JOVIUS, Italus, Novocomensis, teste Joan. Anton. Vander Linden in lib. I. de Scriptis Medicis, Clementis VII. Pont. Max. perelegans Medicus. Hic est ille Paulus Jovius, Operibus editis, Historiarum præsertim voluminibus, in hominum memoria jugiter victurus, de quo agit fuse, ac luculento exornat præconio Hieronymus Ghilinus in opere, *Teatro d' Uomini Letterati*, Vol. I. Sed ejus verba referam. *Quella Città, che fu Patria di Plinio secondo, produsse al Mondo Paolo Giovio, Filosofo, Medico, e Istorico famosissimo, il quale essendo rimaso da giovanetto senza padre, fu da Benedetto suo fratello, che in età gli era maggiore, impiegato nelli studj delle buone lettere, con l'ajuto di queste si fece immortale per fama, seguitando le virtuose pedate di Benedetto, che ornatamente scrisse l'Istoria di Como sua patria, ed insieme con questa fatica fù a Paolo amorevole scorta nel dritto cammino della gloria, accendendo con la domestica emulazione l'animo suo a fare il medesimo: in questo superò di gran lunga il fratello, e superò anco di fertilità d' ingegno in tutte le sue opere quasi ogni più adorno scrittore dell'età sua. Con queste bellissime qualità andò a Roma, ove fattosi conoscere di vivace, ed elevato ingegno, ebbe grazia d' introdursi nella Corte di Lone X., alla cui presenza avendo pubblicamente lette le sue Istorie, ottenne da quel dottissimo Pontefice una somma lode. Adriano VI. lo fece Canonico della Cattedrale di Como, e Cle-*

Clemente VII., perpetuo commensale, e Prelato domestico assistente; avendoli nel Palazzo Vaticano assegnato luogo: dall'istesso Papa fu anco fatto Priore della Commenda di Sant'Antonio della sua patria, ed insieme Vescovo di Nocera: poscia avendo dedicato all' Imperatore Carlo V. un libro scritto in Italiano, che tratta dell'origine, e successione de' Turchi, e de i loro passati Imperatori, ottenne da esso la dignità di Cavaliero, e Conte Palatino: fu medesimamente premiato il suo valore nello scrivere le Istorie del Gran Signore de' Turchi, dal quale ebbe in dono una Medaglia molto grande, ed una penna d'oro, con altre cose di qualche prezzo. Fu egli quell'unico fabbricatore del bellissimo Museo, in cui pose le vere immagini degli Uomini Illustri, così nelle lettere, come nell'armi dell'età sua, con le iscrizioni latine sotto a ciascuna di esse; dal che prese opportuna occasione di comporre due bellissimi libri d'Elogj, i quali vanno attorno con gran lode non solo dell'autore, ma anco de' personaggi lodati, i quali a guisa di tante statue in onorevoli nicchi collocate, fanno di loro stessi riguardevole mostra, e nella gloriosa luce del chiarissimo inchiostro del Giovio aprendo gli occhi, risorgono, e vivono perpetuamente: laonde per queste, ed altre sue dottissime Opere, io non so con quai titoli, ed elogj celebrarlo debba, essendo meritevolissimo d'eser fin sovra le Stelle con penna d'eterne lodi innalzato: ma questa lode sarà sua peculiare, che nessuna lo possa, conforme alli suoi meriti, sufficientemente onorare. Del suo nobilissimo ingegno si vedono stampate le Opere seguenti, cioè in Latino.

Vitæ Illustrium Virorum Tom. 2.
Elogia Virorum Litteris Illustrium.
Elogia Virorum Bellica Virtute Illustrium.
Historiarum Vol. 2.
De Romanis Piscibus Libellus.
Descriptio Comi, & Comensis Lacus.
Descriptio Britanniæ, Scotiæ, Hyberniæ, & Orchadum.

De-

Descriptio Larii Lacus.

De Legatione Basilii Magni Principis Moscoviæ ad Clementem VII.

De Legatione Moschovitarum Libellus.

De Piscibus Marinis, Lacustribus, & Fluviatilibus. Item De Testaceis, ac Salsamentis.

Vitæ Duodecim Vicecomitum.

Carmina.

Turcicarum rerum Comment. & Disciplina Turcicæ Militiæ.

In Italiano si vedono quest'altre Opere, cioè.

Vita di Consalvo di Cordova.

Dialogo dell'Imprese Militari, ed Amorose.

Commentario delle cose de' Turchi a Carlo V. Imperatore Augusto.

Lettere Volgari.

Ragionamenti sopra i Motti, Disegni d'Arme, e d'Amore, che comunemente si chiamano Imprese.

Dell' Origine, e Successione de' Turchi, e de i loro passati Imperatori.

Negli ultimi anni di sua vita si ridusse nella Città di Fiorenza, ove dopo aver composti i suddetti Elogj, quali dedicò a Cosimo I. Duca di essa Città, finì i suoi giorni nell'età di 69. anni, 7. mesi, e 22. giorni agli 11. di Decembre dell'anno 1552. Fu il suo corpo sepolto nella Chiesa di S. Rocco, sopra della cui tomba si legge l'Iscrizione del tenore, che segue, ed anco si vede la sua statua di marmo bianco, che d'ordine del suddetto Duca Cosimo li fu alzata ad eterna memoria.

PAVLI IOVII NOVOCOMENSIS
EPISCOPI NVCERINI
HISTORIARVM SCRIPTORIS CELEBERRIMI
HIC DEPOSITA SVNT OSSA
DONEC
EXIMIA EIVS VIRTVTE DIGNVM
ERIGATVR SEPVLCHRVM.
VIXIT ANNOS LXIX. MEN. VII. DIES XXII.
OBIIT III. ID. DECEMB. AN. M. D. LII.

Hic jacet heu! Jovius Romanæ gloria Linguæ
Par cui non Crispus, non Patavinus erat.

Poſcia dell'anno 1574. fu il ſuo corpo meſſo in una più onorevole tomba, degna di lui, che fu d'ogni grand'onore degniſſimo Prelato, con la iſcrizione ſeguente.

PAVLO IOVIO NOVOCOMENSI
EPISCOPO NVCERINO
HISTORIARVM SVI TEMPORIS SCRIPTORI.
SEPVLCHRVM
QVOD SIBI TESTAMENTO DECREVERAT
POSTERI EIVS INTEGRA FIDE
POSVERVNT.
INDVLGENTIA
MAXIMORVM OPTIMORVMQ.
COSMI ET FRANCISCI HETRVRIÆ DVCVM
ANNO
M. D. LXXIIII.

Tractant inſuper de eo Jacobus Gaddius, Tom. 1. De Scriptoribus, pag. 268. Ferdinandus Ughellus in Italia Sacra, Tom. 7. col. 744. Ferdinandus Leopoldus del Migliore in Opere *Firenze illuſtrata*, pag. 174. Joan. Andreas Quenſtedt in Dialogo de Patriis Illuſtrium Doctrina, & Scriptis Virorum, pag. 294. Nicolaus Angelus Caferrius, in Synthemate Vetuſtatis, pag. 365. Ludovicus Jacob a S. Carolo in Bibliotheca Pontificia, lib. 2. Joannes Imperialis in Muſeo Hiſtorico, & alii permulti; permulti enim ſcriptores Paulum laudibus illuſtrarunt, & non pauci e contra ſummopere accuſarunt, reprehenderuntque.

PAULUS ZACCHIAS, Italus, Romanus, notiſſimus, doctiſſimuſque Philoſophus, & Medicus, qui ingenium habuit ad plures res aptiſſimum, ac verſatile, ad omnia porro ſtudia factum, neque ad illa tantum, quæ ſunt graviſſima, ut ad Philoſophiam, Medicinam, Theologiam, Juriſprudentiam, ſed etiam ad leviora, ut Poeſim, Muſicam, Picturamque &c. Tantus hic vir a præclariſſimis ſcriptoribus fuit vocatus omniſcius, politiſſimus Juriſperitiæ, Medicinæque anteſignanus; Medicorum, & Jureconſultorum Mercurius; Hermes Italicus, cu-

cujus fama, nomenque longe lateque communi applausu pervagatur, & mirificam ejusdem doctrinam, omnis eruditorum chorus unanimiter suspicit, ac veneratur, laudatores etenim Pauli innumeri fere sunt. Anceps diu fui, an inter Pontificios Archiatros Paulum recenserem, quamvis ex aliquibus notis ms. Pontificium Medicum recognoscerem: tandem lustrando librum Joannis Francisci Bonomii Bononiensis perdocti mei amici, prænotatum *Del Parto dell'Orsa Idee in Embrione, Parte Seconda*, pag. 322. Innocentii X. Pont. Max. Medicum nominari plane, & dilucide legi. Prætermittendus itaque haud est, & hoc teste, inter hos adnumerare non vereor, suumque locum, ac numerum obtinet. Edidit Zacchias Quæstionum Medico-legalium Opus, nunquam satis laudatum, & non semel publici juris factum: sequentem quam habeo editionem proferam.

Pauli Zacchiæ Romani, totius Status Ecclesiastici Protomedici Generalis Quæstionum Medico-legalium Tom. 3. Editio nova, a variis mendis purgata, passimque interpolata, & novis recentiorum Authorum inventis, ac observationibus aucta. Cura Joan. Danielis Horstii, diversorum S. R. I. Principum Archiatri, & Collegii Medici Meno-Francofurtani Senioris. Opus omnibus Medicinæ, & Juris utriusque peritis, nec non Tribunalium (Ecclesiastici Civilis) Assessoribus maxime necessarium. Præter Indices Librorum, Titulorum, & Quæstionum annexus est Index. Rerum Notabilium locupletissimus. Lugduni. Ex Typographia Germani Nanty. M. DC. LXXIV. in fol.

Primus Tomus continet libros V. Tomus secundus continet lib. VI. VII. VIII. & IX. Ibidem apud eundem. Tomus Tertius, in quo continentur Consilia, & Responsa LXXXV. ad materias Medico-legales pertinentia, nec non Decisiones S. Rotæ Romanæ ad prædictas materias spectantes a Cl. D. Lanfranco Zacchia collectæ. Lugduni. Apud Clau-

Claudium Langloys, & Soc. M. DC. LXXIII. Præterea

La Traduzione della Fenice di Lattanzio Firmiano in ottava rima. In Roma. Appresso Carlo Vglietti. 1608. in 4.

De' Mali Ipocondriaci Libri tre. In questa nuova impressione corretti, ed accresciuti dall'Autore, non solo di molte cose per entro l'Opera, ma del terzo libro intiero. Venezia. M. DC. LXV. Presso Paolo Baglioni. in 4.

Il Vitto Quaresimale. Ove insegnasi come senza offendere la sanità si possa viver nella Quaresima. Si discorre de' Cibi in essa usati, degli errori, che si commettono nell'usargli, dell'indisposizioni, che il loro uso impediscono, degli accidenti, che soglion cagionare, e del modo di rimediarvi. In Roma. Per Pietro Antonio Facciotti. 1637. in 8.

Elucubraverat alia quoque Opera multa, quæ mss. remansere apud heredes, deperdita tamen fere omnia eorum incuria, & sunt quod sciam:

Miscellanea Tom. 3.

In Cardani librum de male medendi usu antipracticæ animadversiones.

Responsorum Juridicorum, & Consultationum Volumina plura.

De subitis, & insperatis mortis eventibus, eorumque præcognitione, & præcautione liber singularis.

De Maculis in utero a fœtu contractis, quæ vulgo dicuntur le Voglie.

De Quiete servanda in curandis morbis lib. 3.

De Sacræ Scripturæ Miraculis Physica Consideratio. L. 4.

Delle Passioni dell'Animo, e de' mali, che da esse procedono, della lor cura tanto fisica, quanto morale. Lib. 2.

Della Birra, o Cervosa. Discorso Medico.

Del Contagio, ove si prova il Contagio esser men da temersi di quello che si teme. Discorso.

Del Riso, e del Pianto Libri 2.

Il Bacio. Discorso.

Poesie Varie, cioè Sonetti, Canzoni, Madrigali &c.

Nonnulla ego habeo ms. Carmina Italica Pauli, mihi dono data a Silvestro Zacchia juniore, ejusdem Pauli nepote, meo amico, Cardinalis Francisci Maidalchini Pincerna, qui mortuus est anno 1694. & præsertim Poema, cujus titulus

Degl' Innocenti. Canti Cinque. Proprio Pauli charactere scriptum.

Ex hac vita migravit Romæ Paulus Zacchias, anno 1659. ætatis suæ 75. Jacet in Ecclesia Sanctæ Mariæ in Vallicella in Regione Parionis. De eo etiam mentionem olim feci in mea Bibliotheca Romana, Vol. 1. Cent. 2. num. marg. 41. In Centuria vero prima egi de

Silvestro Zacchia seniore, Jurisconsulto eximio, Pauli fratre, qui claruit Rotæ Senensis, Florentinæ, atque Lucensis Auditor, ediditque De Obligatione Camerali Resolutiones. Nec non De Modo valide contrahendi Societates super Officiis Romanæ Curiæ, sive ad formulam Instrumenti Societatis Officii, cum Additionibus ad suas Resolutiones de Obligatione Camerali. Parabatque Tractatum de Præcedentia, & Decisiones Varias.

In Centuria 4. tractavi de Lanfranco Zacchia, Pauli nepote, Laurentii filio, non tamen legitimo toro nato, sed qui legitime, doctissimi, atque integerrimi Advocati munus in patria sustinuit, ac ingenti fama nominis typis tradidit Tractatum de Salario, & Additiones ad Tractatum de Obligatione Camerali laudati Silvestri Zacchiæ: eratque editurus Tractatum de Assistentia Judiciali, nec non alium De Signo Crucis, loco subscriptionis facto, nisi repentina morte obiisset anno 1685.

PETRUS AICHSPADIUS, Basiliensis Episcopus, commendatus a quæsitissima literatura, atque doctrina, & a vir-

virtutibus; Medicus vero eximius, eximiaque nominis æque fama Medicinam fecerat; Clementis V. Summ. Pont. aliquando a Medelis, Pontificemque, graviſſimo, & ancipiti laborantem morbo, ſanavit. Poſt receptam ſanitatem, ut gratiam reponeret Clemens, e Baſilienſi ad Moguntinam Sedem Petrum tranſtulit, addita hac voce: quia tam felix eſset corporum curator, maxime convenire, ut & inſignis conſtitueretur animarum Paſtor, Curator, & Medicus.

Ex nova Additione Auguſtini Oldoini ad Clementem V. in Opere Ciaconiano Vitarum Pontificum, poſtremæ impreſſionis, Tom. 2. col. 369. & Odorico Raynaldo in Annalibus Eccleſ. ann. 1306. num. 18.

PETRUS ANTONIUS CONTUGIUS, Italus, Volaterranus, locum habet in hoc Theatro, recenſente namque Nomenclatura Medicorum Collegii Almæ Urbis, pag. mihi 107. nec non laudante Baldo Baldi in Opere, *Diſcorſo Apologetico del vero Opobalſamo Orientale*, pag. 107. Pii IV. Summ. Pont. Archiater extitit. Ingenii, doctrinæque multiplicis ornamento decoratus Contugius, ac præſtantia virtutum, meruit inter ſui ævi optimos Philoſophos, & Medicos celebrari.

PETRUS LEONIUS, Italus, Spoletinus, validis omnium diſciplinarum præſidiis inſtructus, Medicinam vero in clariſſimis Italiæ Gymnaſiis profeſſus eſt, exercuitque ſumma nominis authoritate, ac teſte Ludovico Jacobillo in Bibliotheca Umbriæ, pag. 224. Innocentii VIII. Pont. Max. Medicus enituit. Aſtrologus quoque peritiſſimus habebatur, conſtatque amicis ſæpe dixiſse, ſibi ſubitæ mortis periculum in aqua portendi, unde flumina, crebraſque navigationes formidaret. Scribit Paulus Jovius in Elogiis Virorum Doctorum, pag. mihi 67. *Laurentio Medice ſuprema valetudine tentato, Florentiam accitus Petrus, adeo inani,*

aut certe fatali ſpe concepta de ſalute decumbentis, occultans atrocis morbi impetum contempſit, ut oblata ab aliis ex arte remedia rejiceret, & inſurgentis naturæ viribus nihil verendam morbi vim, facile ceſſuram polliceretur. Verum non diu poſt ab ea cunctatione, detecta malignitate pituitæ, ægroque ſenſim deficiente, ſupervenit Lazarus Placentinus illuſtris Medicus, a Ludovico Sfortia Ticino miſſus, ſera quidem afferens remedia: ſed oblique Leonium jam toti familiæ inviſum perſtringens, quod neglectis morbi initiis, facillimæ curationis occaſiones temere contemnentis imprudentia deperiſſent. Per hunc modum expirante Laurentio, Leonius ex infamiæ dolore commota mente, exitialem inſaniam, lugentiumque familiarium lethale odium contraxit, ita ut in proximæ Caregio villæ puteum, ſponte, an illata vi incertum, præceps datus mergeretur. Fuere qui Petri Medicis fervida ira mortem patris vindicantis, id admiſſum crederent, uti Actius Syncerus italico carmine deploravit. Gaſpar A Reies in Elyſio Jucundarum Quæſtionum Campo, Quæſt. 14. inquit: *Petrus Medices Leonem Medicum, doctum magis, quam felicem, in puteum præcipitavit, quod Laurentium patrem, quem cum fiducia curandum ſuſceperat, non eadem ſorte ſervare potuiſset.* Videndus quoque Ammiratus in parte 2. lib. 26. pag. mihi 187. Hiſtoriarum Florentinarum. Tractat etiam de eo Joan. Pierius Valerianus in lib. primo de Litteratorum Infelicitate, ſed perperam Florentinum dicit, pag. mihi 42.

Scripſit Petrus Leonius, ex citato Jacobillo

Commentarium in Medicinam, & Mathematicam.

Atque ex Joan. Anton. Vander Linden, lib. 1. De Scriptis Medicis.

De Urinis Tract. Extat cum Ægidii de Urinis, & Pulſibus libris. Venetiis, apud Octavianum Scotum. 1514. in fol.

PETRUS PINTOR, Hiſpanus, Valentinus, feraciſſimi

ſimi ingenii ſubtilitate pollens, Medicinæ Doctor, & qui ſe perfecti Medici exhibuit exemplar, delectuſque Archiater ab Alexandro VI. Summ. Pont. Scripſit librum, cui nomen præfixit,

Aggregator Sententiarum Doctorum omnium de præſervatione, & curatione peſtilentiæ. Romæ. Apud Eucharium Silber. 1499. in fol.

Memoratus a Joan. Anton. Vander Linden, lib. 1. De Scriptis Medicis. Ab Equite Nicolao Antonio in Bibliotheca Hiſpana, Tom. 2. Romæ in Eccleſia S. Honuphrii, in Petri memoriam, hoc legitur Epitaphium, legiturque apud Gaſparem Alverum in Opere, *Della Roma in ogni ſtato, Parte ſeconda*, pag. 291.

D. O. M.
MAGISTRO PETRO PINTORI VALENTINO
ALEXANDRI VI. PONT. MAX.
MEDICO CELEBERRIMO
QVI
VIXIT ANN. LXXX.
SABATTA CONIVGI PIENTISS. POSVIT
QVI OBIIT AN. SALVTIS CHRISTIANÆ
M. D. III. DIE IV. MEN. SEPTEMBRIS.
NE PETRVS PINTOR P. F.
SEPARI VRNA IACERET
SABATTA MATER
EODEM TVMVLO CONDI CVRAVIT
QVI
VIXIT AN. XXXVIII.
OBIITQVE AN. IVBILEI M. D.
DIE VERO XXII. MEN. NOVEMBRIS.

PLACIDUS FUSCUS, Italus, e Monte Florum, Philoſophiæ, ac Medicinæ laurea ornatus, non medendi magis arte, quam vitæ probitate ſpectatus, Pii V. Sanctiſſimi Pontificis Medicus, & intimus familiaris, cujus notitiam mihi dedit Magiſter Gaudentius Robertus, Ordinis Carmelita-

litarum, meus amicus, doctrinæ titulis, domi, forisque clarus, qui ab hac vita ad meliorem migravit anno 1695. non sine maxima studiosorum jactura, literis ad me datis Parmæ 28. Decemb. 1692. Hæc sunt verba: *Non so se V. S. Illustrissima abbia cognizione di Placido Fosco, Medico del Beato Pio V. autore di un' Opera intitolata*

De Usu, & Abusu Astrologiæ in Arte Medica. Autore Placido Fusco, Pii V. P. M. Medico, ed intimo familiari.

Aveva quest' Opera mss. Girolamo Avanzolini, onde penso possa ritrovarsi a sorte nella Libraria de' Signori Gambalunga in Rimini, e lo potrà V. S. Illustrissima sapere dal Garuffi, al presente Bibliotecario di quella &c.

Excessit Placidus Romæ anno 1574. sepultus fuit in Ecclesia S. Gregorii, in loco qui dicitur Clivus Scauri, meruitque hac honorifica memoria celebrari, uti legitur in Opere Floravantis Martinelli, prænotato, Roma ex Ethnica Sacra, pag. mihi 108.

I. C. R.
PLACIDO FVSCO
E MONTE FLORVM ARIMINEN.
MED. Q. DOM. COM. PALATINO
QVI
TVM IN FLAMINIA
TVM MELITÆ ATQVE SICILIÆ
PLERISQVE CIVITATIBVS
OB ADMIRABILEM
PRÆDICENDI FACVLTATEM
PROGNOSTES VOCATVS EST
TVM ROMÆ A PIO V.
IN FAMILIAM COOPTATVS
ET ANTE ET POST EVM
IN S. SPIRITVS NOSOCOMIVM
ATQVE IN S. INQVISITIONIS
CARCEREM MISSOS
ALIOSQVE PIETATIS ERGA PAVPERES
ANNOS XVI. CVRANDO.
OBIIT PRIDIE ID. MARTII 1574.
VIX. AN. 64. MENS. 5. D. 1.
THOMAS FVSCVS FILIVS
I. V. D. VNICVS HERES
TESTAMENTO ROGATVS CVM LACRYMIS
P.

Post

Post obitum vivo melius, doleoque medendi
Artibus, extremum sæpe fugasse diem.

Claruit æque Lactantius Fuscus, Placidi frater, vir apprime doctus, ut testatur inscriptio in Ecclesia S. Honuphrii in Janiculo, supra viam longam, & est:

D. O. M.
LACTANTIO FVSCO I. V. D.
ARCHIPRESBYTERO M. FLOR.
ARIMINENSI CANONICO
HEBRAICIS GRÆCIS LATINISQVE LITERIS
ERVDITO.
PIETATE PROBITATE COMITATE
OMNI DENIQVE VIRTVTE CLARISSIMO
ÆTATIS FLORE MORTE SVBREPTO.
PLACIDVS FVSCVS ORBATVS TANTA SPE
FRATRI CARISSIMO B. L. P.
NATVS EST POSTHVMVS 3. NON. SEPTEMB.
AN. 1512.
OBIIT 5. ID. IVNII 1559.
VIXIT AN. 47. MENS. 10. DI. 22.

Hic vicit sortem, potuit non vincere mortem,
Dum sortem vicit, mortuus occubuit.

Extat hæc inscriptio quoque apud laudatum Martinellum in libro laudato, pag. mihi 265. necnon apud Gasparem Alverum in Opere, *Roma in ogni stato*, par. 2. pag. 293.

POMPEJUS BARBA, seu DALLA BARBA, Italus, Piscienfis, Philosophiæ, Medicinæque Doctor nominis non obscuri, in curandis morbis insigniter exercitatus, ac (testis ut est Ludovicus Domenichi, in volumine, cujus hoc lemma, *Facezie, Motti, e Burle di diversi Signori, e persone private, lib. sesto*, pag. mihi 295.) Pii IV. Sum. Pont. Medicus. Suum porro munus diligentissime, doctissimeque Pompejus peregit, famamque tulit, atque adeo

adeo Pontifici gratus, ut ejus conversatione summopere oblectaretur: erat enim eruditissimus, amœnus, aptissimus ad dicendum idonee, & congruenter, ingenio semper acuto, & eleganti. Elaboravit, authore Joanne Cinello meo amico, ad bonarum literarum studia nutrito, Medico olim Cardinalis Antonii Bichii, in Historia mss. adhuc Florentinorum Scriptorum,

Dialogo dell'Arme, e delle Lettere. Venezia. Per Gabriel Giolito. 1578.

Dell'immortalità dell'Anima, secondo gli Accademici Peripatetici. Firenze. 1553.

De Secretis Naturæ. Liber iste prohibitus est.

Le sette Sposizioni di Gio. Pico della Mirandola, raccolte in brevi somme. Pescia. 1555.

De Balneis Montis Catini. Ms. Opus non absolutum.

Dialecticam. Ms.

Poeticas Adnotationes. Ms.

Prosapia dalla Barba protulit sane spectatissimos viros, inter quos nonnulli in Equestrem Ordinem cooptati floruere.

POMPEJUS CAIMUS, Italus, Nobilis Utinensis, Philosophus non unus e multis, sed plane singularis, reique Medicæ peritissimus, ad cujus scientiam longum usum, & exercitationem adjunxerat, varia etiam rerum cognitione, & lectione delectatus, Musarum quoque cultor, Musisque gratus. Videtur hic memorandus, cum Paulus V. Pont. Max. a quo in Archigymnasio Romano, Philosophiæ Cathedram obtinuerat, suum effecerat, nominaveratque Medicum. At homo, meo judicio, in hac re haud sapiens, honorem hunc repudiavit. Cur? Hac de causa. Erat Astrologus, omnemque Astrologicis vanitatibus fidem habebat: habito itaque nuncio collati beneficii, statim voluit ex statu Cœli, atque Stellarum agnoscere, an aliquid mali, vel boni

boni ſibi eventurum eſſet; cumque ab aſtrorum affectionibus comperiſſet, infauſto nimium adverſoque ſidere, hoc ſibi collatum fuiſſe munus, animo obfirmato ſuſcipere noluit, nec cuipiam auſcultando, amicis qui aliter ſentiebant, probe teneo (ajebat) ſic habeo, ſic habeto, ſi hoc facerem in miſerabilem profecto caſum inciderem. O Chaldaica deliramenta! Unicuique hujuſce doctrinæ ſectatori rite dicitur, ſapientia tua, & ſcientia tua decepit te. Ad rem itaque audi Janum Nicium Erythræum, in Epiſtolarum ad diverſos lib. 4. Epiſtola 12. de Pompejo quoque rem ridiculam, & cachinno dignam, baſilice ſcribentem. *Andreas Cardinalis Perettus habuit adoleſcentem ad manum, Coſmo Venturino nomine, qui ob fraudem capitalem, neſcio quam, a ſe admiſſam, judicium metuens, Roma deceſſit, & exulatum Mantuam obiit, ubi vitam, & ſalutem, quam a Judicum ſeveritate tutam, fuga ſubtraxerat, ab inimicorum acerbitate incolumen præſtare non potuit, nam ab illis eſt interfectus. Hic abiens, habitum, formam, poſitumque Stellarum, ſub quo primum ſpiritum hauſerat, diligenter in pagella deſcriptum, Cardinali reliquerat. Hanc pagellam die quodam Cardinalis, quo nimirum, quid ars iſtorum poſſet, experiretur, Pompejo Caimo Medico, qui tum optimus habebatur Aſtrologus, inſpiciendam tradidit. Ille acceptam, quo melius quæ eſſent futura prædiceret, domum attulit, poſtridie revertitur, exclamans, o fortunatum hominem, o beatum, quis quis iſte eſt, cui tantum boni Cælum atque Aſtra denunciant! Hic nimirum, per omnes honorum gradus ad ſummi Pantificatus columen evadet, fac, obſecro, hominem aſpiciam, ſalutem, amplectar. Quæ cum ab eo dicerentur, Cardinalis vix riſum tenebat; ſed qua erat prudentia, rem ſilentio obtexit, neque, ut erat, aperuit; ne quem fortaſſe, ex tam ridicula prædictione, homini ruborem induceret: at eo foras egreſſo, omnia mihi cum riſu narravit.*

Sublimem quoque Pisanæ Academiæ Exedram recusavit Pompejus (forsan quia Sidera adversa cognoverat) a Magno Etruriæ Duce , ultro simul cum honorario mille & ducentorum aureorum oblatam . Tandem majori prudentia , sed non fortuna a Sum. Pont. Gregorio XV. in Medicum delectus , honorem non repudiavit , imo inflammato accepit animo , cui Pontifici lethalem morbum prædixit . Non satis ex sententia , eorum quæ cogitaverat , eventus sibi procedere animadvertit : quamvis credo , magnus Pompejo honos jucundior fuisset , si diuturnior . Contentiones cum Cæsare Cremonino , & cum Julio Cæsare Lagalla adivit circa perplexam de Caloris Natura apud Philosophos , ac Medicos doctrinam . Anno 1631. grassante Patavii lue pestifera , in Ticianum , Fori Julii pagum cum sese recepisset , febri correptus , cum famulus Palma pharmacum allaturus , clausis maxima de causa Propugnaculi portis , aliquanto diutius detineretur , intra paucos dies , incrudescente morbo , supremum diem obiit . Sepultus fuit Utini in Æde B. Virginis Gratiarum cum hoc Epitaphio .

D. O. M.
POMPEIO CAIMO VTINENSI
EQVITI AVRATO
PHILOSOPHIÆ AC MEDICINÆ
IN NOBILISSIMIS ORBIS TERRARVM
ROMANO AC PATAVINO GYMNASIIS
DE PRIMA SEDE PROFESSORI
SCIENTIARVM OMNIVM
FONTI DVLCISSIMO.
EVSEBIVS EPISCOPVS AEMONIENSIS
FRATRI AMANTISSIMO P.
OBIIT MDCXXXI. ÆTATIS SVÆ LXIII.

Hæc Pompeji doctorum manibus teruntur scripta ab Jacobo Philippo Tomasino in Elogiis Virorum Literis , & Sapientia Illustrium , par. 2. relata .

De

De Calido Innato Lib. 3.

De Febrium Putridarum Indicationibus Lib. 2.

De Nobilitate.

Dell'Ingegno Umano Lib. 2.

Paralello Politico delle Repubbliche Antiche, e Moderne Lib. 2.

Dialogo delle tre Vite reputate migliori.

Desiderata vero in scriniis heredum servantur, quæ sequuntur.

De Humana Anima secundum veterum sententiam Theoria, 4. libris comprehensa: quibus Hippocratis, & Galeni inter Medicos, Platonis, & Aristotelis inter Philosophos, doctrina explicatur.

De Misti Generatione, ejusque naturali interitu.

Medicina Philosophica libris duobus comprehensa: quibus præcipua Theoremata Medica apud Platonem, & Aristotelem pertractata explicantur.

De Duplici Peripateticorum Intellectu Comment.

Medici Institutio ex Hipp. libro, Legis nomine inscripto.

De Juvantibus, & Lædentibus Humanum Corpus a tota substantia Liber.

De Hippocratica Victus instituendi Methodo Liber: in quo adversus Cardanum, & Argenterium Galeni doctrina defenditur.

De quatuor in Humano Corpore Membris, Principii rationem habentibus Libri 4. in quibus Aristotelica, & Galenica de hoc argumento Placita conferuntur.

De Melancholiæ Cognitione, & Curatione.

De sui Cognitione.

De Scientiæ Natura, & Acquisitione Liber 1.

De Dolore Disputatio.

De Humana Longævitate, & Annis Climactericis Tractatus.

Dissertationes in Aphorismos Hippocratis, & illa Galeni, & Avicennæ Opera, quæ publice Patavii explicantur.

De Medicina sibi facienda.

De Ventorum Natura, & Differentiis Lib. 1.

De Cognoscenda, Producendaque Senectute Lib. 2.

Varia Opera Veterum Philosophorum, & Medicorum e Græco sermone in Latinum conversa, & Commentariis illustrata.

Tractant de Pompejo pariter Joannes Franciscus Palladius in Opere *Istoria della Provincia del Friuli, Parte Seconda, Libro Ottavo*, pag. 294. Laudatus Janus Nicius Erythræus in Pinacotheca Prima, Imagine 25. Carolus Cartharius in sæpe memorato Athenæo Romano ms. Joan. Anton. Vander Linden, Libro primo De Scriptis Medicis.

De Caima Familia, quæ jure gloriatur viros habuisse præstantes, deque Eusebio Caimo, Episcopo Æmoniensi, nostri Pompeji fratre, videndus item Philippus Tomasinus, ubi supra, atque Ferdinandus Ughellus in Italia Sacra, Tom. 5. col. 230.

RODULPHUS SILVESTRIUS, Italus, Bononiensis, certe non sylvestris, sed Medicinæ scientia, Philosophiæque florens, multarumque virtutum floribus præsignis, Summorumque Pontificum Gregorii XIV. & Clementis VIII. Archiater, & quadam erga Sanctum Philippum Nerium religione præcipue memorabilis. Divum hunc ægrotum aliquando curaverat, ipseque ægrotus, morbo ab eo eximitur, teste Antonio Gallonio in S. Philippi Vita, pag. 241. *Gravissimis namque* (inquit) *improviso stomachi doloribus, aliisque sævis symptomatibus oppressus* (idest Rodulphus) *cum a medicamentis præsidium nullum haberet, ab aliis rebus id petendum esse censet: itaque memor in ipso periculo Beati Patris* (*salus enim in angusto jam erat*) *ejus opem fi-*

fidenter implorat. Quo peracto melius confestim se habuit, dulcique mox somno correptus ad unam, & dimidiatam horam dormivit: experrectus omni eo morbo liberum se sensit. Tum B. Patris Sepulchrum venerabundus invisens, votivam tabellam, hac inscriptione notatam, inibi appendit, miraculi ad posteros certissimum indicium.

DVM VARIIS, SÆVISQVE SYMPTOMATIBVS
MORI ME SENTIO,
IMPLORATO BEATI PHILIPPI AVXILIO
PLACIDVS SOMNVS ME ARRIPVIT,
ET STATIM CONVALVI.

Romæ in Ecclesia S. Mariæ in Dominica sepultus fuit Rodulphus cum hac brevissima inscriptione.

RODVLPHI SILVESTRI BONON.
ARTIVM ET MED. DOCT.
SEPVLCRVM.

Memoratur, laudaturque in Libro Statutorum Collegii Medicorum Almæ Urbis, pag. mihi 109. A Baldo Baldi in Opere, *Discorso Apologetico del vero Opobalsamo Orientale*, pag. 107. A Joanne Nicolao Paschali Alidosio in Vol. inscripto, *I Dottori Bolognesi di Teologia, Filosofia, Medicina, ed Arti Liberali*, pag. 167. A Joan. Anton. Vander Linden lib. 1. de Scriptis Medicis, qui asserit edidisse Rodulphum in lucem, Hieronymi Cardani Opus nonum de Sanitate tuenda.

ROMULUS SPEZIOLI, Italus, Firmanus, Philosophiæ, ac Medicinæ Doctor primæ notæ. Post jacta Artium fundamenta in patria Universitate, in qua laureatus fuit, in variis Piceni urbibus, tum operam, tum consilium in re medica præstitit, ea quippe prudentia, doctrina, & integritate, ut omnibus in locis, sui desiderium reliquerit. Ad Sacras lustrandas Fores, a Clemente X.

Sum.

Sum. Pont. anno Jubilæi reſeratas, ſe contulit, & in Urbe, re medica perſpecta, animoque revolvens, Romam jugiter fortunæ, & virtutis theatrum eſſe ampliſſimum, hic commorari conſtituit, idque tanta animi alacritate fecit, ut dehortantibus amicis, palam omnibus reſponderet, ſe paratum eſſe adhuc uberiora dimittere (dimiſerat enim amplum ſtipendium, quod ab Æſinis civibus obtinebat) eo quia majora in Urbe ſibi affutura prævideret, ac Romam Romulo minime defuturam certa ſpe teneretur. Spes quidem haud fefellit, dictiſque reſpondit eventus, cum vix uno, aut altero elapſo menſe, ab ejus ad Urbem adventu, a Decio S. R. E. Card. Azzolino, ad Chriſtinam Alexandram Sveciæ Reginam adductus fuerit, atque cum ſapientiſſima Heroina, Romulum de rebus Philoſophicis, & ad artem medicam ſpectantibus, pluries accurate diſſerentem auſcultaſſet, illum permultis encomiorum titulis, apud Card. Azzolinum cohoneſtavit, Medicumque intimum (defuncto Cæſare Macchiato, Firmano, ejuſdem Reginæ Medico celeberrimo) aucto etiam honorario, ſibi aſcivit; ſibique regium animum ita Romulus devinxit, eique ſemper ita gratus, acceptuſque extitit, ut etiam in ultimis, quas Regina obſignavit tabulis, integrum honorarium, donec in vivis ageret, ſolvendum ab herede mandaverit. Principibus æque viris, Sanctæque Rom. Eccleſiæ Cardinalibus multis gratiſſimus, Cardinali præſertim Petro Ottobono, qui ad ſummum Pontificatum evectus, ſub Alexandri VIII. nomine, Romulum adlegit Medicum, intimumque Cubicularium, doctiſſimo ſane Pontifici, ingeniorum æſtimatori acerrimo, probatiſſimus emicuit: ac Sacerdotio (Beneficiatum vocant) in Baſilica Apoſtolorum Principis donatum vidimus, aliiſque Eccleſiaſticis proventibus ditatum. Mortuo Pontifice, quando majores ab Arte honores, & divitias poterat experiri, Medicinæ nun-

cium

cium remisit. Factus itaque Sacerdos, ægrorum curam, medicamque operam dimisit omnem, tantum sibi reservato in Romanæ Sapientiæ Athenæo Lectoris munere, quo studiosis omnibus, dicendi facilitate, ac perspicuitate, mirum in modum se acceptum præbet. Delicias suas in exquisitorum librorum collectione constituit, quorum selectissimo fruitur numero. Prælo submisit Opusculum, cui titulum dedit,

Allo scolare, che scrisse i fogli intitolati il Disinganno, invia i necessarj Avvertimenti Romolo Spezioli. In Padova. M. DC. LXXXIV. in 4.

Occasione Sanctificationis Beati Laurentii Justiniani, formis commissæ fuere Romæ ejusdem

Ponderationes Medico Physicæ pro veritate super dubio an, & de quibus Miraculis constet, superventis post concessam a Sede Apostolica Beato Laurentio Justiniano venerationem &c. in fol.

De eo semel facta mentio est in Opere, *Vita della Ven. Madre Suor Chiara Maria della Passione Carmelitana Scalza, scritta dal P. Fra Biagio della Purificazione*. Sæpius etiam in alio Opere inscripto, *Vita del Ven. Servo di Dio P. Antonio Grassi della Congregazione dell'Oratorio di Fermo &c.* De eo quoque cum laude scribit laudatus Joannes Cinellus, *Biblioteca Volante*, *Scanzia* 11. pag. 155.

Percalleo ex prisca Speziola familia claros prodiisse viros, & præcipue mihi occurrunt Marinus Spezioli, summa prudentia præditus, & rebus in agendis dexteritate pollens, dives, & præpotens, qui vitam vivebat an. 1509. Antonius Spezioli ad Leonem X. Orator, una cum Calixto Paccarono, & Thoma Evangelisti, civitatis Firmanæ nomine. Paulus Æmilius Spezioli, præstantissimus vir, qui uxorem habuit Elisabetham Azzolinam, Pompeji Azzolini clarissimi filiam, ac Decii Azzolini senioris S. R. E. Cardinalis sororem.

SAN-

SANCTES FLOCCUS, Italus, Firmanus, Pauli II. Sum. Pont. Physicus: ita didici a laudato Carolo Carthario, in Syllabo Advocatorum Sacri Consistorii, pag. 39. ad Joachinum de Narnia, ubi tamen tacito cognomine nominatur. Cognitum vero habeo ex familia Flocca fuisse, ex inscriptione sepulchrali, quæ extat Romæ in Templo Aracælitano, in Sacello prænobilis Romanæ familiæ de Cavaleriis, quæ æque legitur apud Floravantem Martinellum in Roma ex Ethnica Sacra, cap. 9. pag. mihi 186. ita proloquente,

Flocca Domus, nomen mihi Sanctes, Patria Firmum.
Scriptor eram, & Medicus Paule Secunde tuus.

VIX. AN. XLIIII. OBIIT IIII. NON. OCTOBR.
FRATRI CONCORDIALI
NICOLAVS FLOCCVS B. M. POSVIT.

Sanctes porro inter Medicos fallere nescios fulsit, peculiarique virtute, ac doctrina splendorem, Pontificisque benignitatem reperiit, atque benevolentiam.

SCIPIO LANCILLOTTUS, Italus, Nobilis Romanus, qui totus in addiscenda Medicina incubuit, tantumque in hoc studii genere profecit, & excelluit, ut non solum in Principum Medicorum numerum venerit, Medicusque Julii II. Pont. Max. verum vitæ quoque integritate, summaque erga omnes charitate claruerit. Narratur in vita hujus Papæ, Tom. 3. Historiarum Pontificum, & Cardinalium, a Ciaconio, & aliorum opera descriptarum, novissimæ editionis, quod in morbum Julius cum incidisset, & quarta ægritudinis die, adeo ingenti animi defectu oppressus esset, ut per aliquot horas ab ipsis ministris pro mortuo fuerit habitus; at Scipio Lancillottus Me-

Medicus, oblata Persico pomo, Pontificem, præter omnium opinionem, in meliorem salutis spem revocavit, mortisque liberatus periculo, ad consuetos labores rediit: tenui tamen deinde valetudine usus est. Plane Scipio familiæ, gloria virtutum, magnisque opibus, magis, ac magis lumen prebuit, non minus, quàm Horatius Lancillottus, æque Medicus, ejus frater, de quo superius egi.

SEBASTIANUS VETERANUS, Pauli II. Sum. Pont. Archiater, ut edoceor a Nomenclatura Medicorum Romani Collegii, in calce libri, ejusdem Collegii Statutorum pag. mihi 105. nec non a Baldo Baldi in Opere, *Discorso Apologetico del vero Opobalsamo Orientale*, pag. 106. Vir equidem pro sanitate tuenda egregius Sebastianus extitit, egregie etenim in severioribus Philosophiæ, ac Medicinæ doctrinis versatus, earumque sedulus, fructuosusque cultor fuit, & ei vitam ducere disciplinarum jugiter in studiis placuit.

SIGISMUNDUS BRUMANUS, Italus, Nobilis Cremonensis, Clementis VIII. Pont. Max. Medicus, fœcundo vivissimoque instructus ingenio, mira in medendo tum facilitate, tum felicitate pollens, ac variæ doctrinæ ornamento, abstrusarumque rerum cognitione ditatus.

Hujus est mentio in libro Statutorum Collegii Medicorum Almæ Urbis, pag. mihi 109. & apud Baldum Baldi in Volumine attitulato, *Discorso Apologetico del vero Opobalsamo Orientale*, pag. 107.

Familiam Brumanam pariter illustrarunt Cæsar Brumanus, Romæ Præsul, inter Abbreviatores de Parco Majori adlectus, cujus cum laude meminit alter Præsul, Joannes scilicet Ciampinus, amicus meus eximie colendus, bonarum literarum cultor assiduus, in Enarratione Synoptica Abbreviatorum, ad annum 1566. pag. 22. Matthæus Brumanus Canonicus Regularis Lateranensis, Theologus,

f mox

mox Melphiensis Episcopus, de quo tractat Ferdinandus Ughellus in Italia Sacra, Tom. I. col. 1018. insignique decoratur elogio a Celso Rosino in Lyceo Lateranensi, To. 2. lib. II. pag. 69. diciturque author Tractatuum De Ecclesiasticorum Reddituum Juribus, & Origine: ac de Matrimoniorum Validitate, & Invaliditate.

Commodum hæc scripseram, quando Franciscus Arisius Cremonensis, plenus humanitatis, & doctrinæ meus amicus, qui de Scriptoribus Cremonensibus Opus elaboravit, præloque parat, per Literas de Sigismundo, sequentes mihi notitias præbuit, quare hic rescribere necessarium duxi. Singula subnectam verba. Sic igitur fatur. *Sigismundus Brumanus, Græci, & Latini idiomatis peritia perfecte in patria instructus, Patavium exinde annum circa* 1555. *Philosophicis, & Medicis studiis inhians profecit, & quidem sub optimis præceptoribus, diu, noctuque operam dedit, nilque illi suavius erat, quam antiquorum responsa librare, Galeni, & Hippocratis aphorismata omni diligentia excutere, contrariasve sententias enodando, acerrimo judicio recondita Medicinæ penetralia reserare. Indutaque toga, quod cum illi summa omnium admiratione contigisset, ad patriam reversus, in clarissimum Physicorum Collegium cunctis suffragiis cooptatur (in cujus albo adscripti jam fuerant ex ejus gentilibus, Christophorus, quem publicum Physicæ professorem habuit Perusia; Odoardus, in quo patria novum Æsculapium fuit admirata; Joseph, quem Aula Saxonica maximum Medicum obtinuit) penes affines, & necessarios cum per annum constitisset, a Cœlo Romano allectus, Urbem perrexit, & ibi non modica pecuniarum erogatione, rusticum, & frugiferum fundum emit; sicque in illa primaria Orbis patria, tot virtutibus, & meritis effulsit, ut non tantum Romanus Civis, & Medicus nobilissimo in illo Collegio* 1567. *adscribi obtinuerit, at ipsius Clementis* VIII. *Sum. Pont. Physicus, familiaris, & continuus commensalis, necnon*

to-

totius Ecclesiastici Status Generalis Archiater meruerit declarari.

Desiderantur ejus Opera, quæ ut monet Joseph Bressianus in lib. mss. cui tit. Virtù Ravvivata &c. *sunt,*

De modo componendi Theriacam.

De Encomiis Medicinæ lib. 2.

De Generatione, & Corruptione lib. 2.

Apud Cavitellum in Annal. erga finem, est de eodem honorifica mentio. Franciscus Zava, insignis Orator Cremonensis in suis operibus sæpe sæpius de Sigismundo nostro, ejus sororio memoriam agit, eumque commendat, & præcipue in Epistola nuncupatoria Tom. 2. Rerum Illustrium, Matthæo Brumano Ab. Can. Regul. & deinceps Nicomediensi primum, mox Melphiensi Episcopo directa, ubi plura adnotantur de nobilitate gentis Brumanæ. Fratres habuit Christophorum, Tiburtinum, Camillum, & Ludovicum, & sorores Barbaram, & Hortensiam. Christophorus I. C. & Causidicus Collegiatus, sacris exinde initiatus fuit, Ecclesiæ Divæ Luciæ Præfectus, morum integritate, Legum cognitione, judicii acumine, responsorum prudentia maxime laudatur. Tiburtius, miles fortissimus, qui a Sanctissimo Pio V. vocatus fuerat, verum morte correptus, cœptum militare munus perficere non potuit, ingens quidem gloriæ specimen, & laudis avitæ in lucem, & omnium aspectum protulisset. De Camillo, & Ludovico nil memorabile mihi resultat. Barbara nupta fuit Francisco Zavæ, quam in 2. Tom. Epistol. Familiarium lib. sexto, extinctam deflet die 10. Junii 1572. ut in Epistola ad eundem Sigismundum, & inter alia habet, Barbaram sororem vestram nullo genere modestiæ, pudicitiæ, temperantiæ, frugalitatis, ulli veterum Matronarum cessisse, quæque vel apud Romanos, vel apud exteras nationes claruerit. Hortensia fuit in matrimonium copulata Joanni Baptistæ Cropello, viro patritio. Cæsarem Brumanum, Apostolicæ Cameræ Clericum, & Abbreviatorem de Parco Majori, aliisque titulis refertum, de quo fuit sermo, habuit consobrinum, &c.

SILVESTER COLLICOLA, Italus, ex Oppido Montis Sancti, Spoletanæ Dioecesis. Postquam Philosophiæ vacavit impiger studiis, Medicæ toto pectore facultati incubuit, talisque evasit, ut Urbani VIII. Pont Max. munificentiam promeruerit, Taddeoque Collicolæ patruo, de quo infra, in suimet Pontificis Medicum subrogaverit, ac in Romanæ Sapientiæ Cathedra suffecerit, cum hac gratia, ut in dicto Gymnasio nunquam, nec aliquo tempore, nisi arbitrio, & ad suæ voluntatis liberum beneplacitum legere teneretur; & quadringentorum quinquaginta scutorum annuum honorarium illi statutum fuit. Sed Urbano Pontifice e vivis sublato, Innocentius X. successor, Silvestro, quod aut e suggestu doceret, aut Lecturam dimitteret nuntiari jussit. Silvester autem, etsi doctus, eruditus, ac eloquens, ne (ut ajebat) Urbani munificentia, & favore abuteretur, maluit ex professorum albo dispungi, & honorario privari. Verum enim vero, Cardinalis Francisci Barberini, Urbani nepotis, magis hac de causa liberalitatem propitiam habuit atque utilem.

Fuse de Silvestro laudatus Cartharius in laudato Athenæo Romano mſ. Julius Cæsar Benedictus a Guelfalione inscripsit Silvestro Epistolam 3. Libri 3. Epistolarum Medicinalium. Epistolam quoque eidem expolito scripsit carmine Janus Nicius Erythræus, quæ legitur in Tom. 1. Epistolarum ad Tyrrhenum, Epist. 14. Ægidius Ghezzi æque Silvestro dicavit Opus Pauli Zacchiæ prænotatum *De' Mali Hipochondriaci*. Petrus Servius pariter eidem nuncupavit Cap. 9. Miscell. Antiq. Romanar.

SILVIUS ZEFFIRI, Italus, Romanus, ingenua stirpe natus, ingenuisque artibus instructus omnibus, Medicinæ professor exactissimus, sive praxim exquireres, sive theoricam; ob singularem industriam, indefessumque laborem unice concupitus, Magno in honore, ac nomine vi-

vixit Pauli III. Sum. Pont. Medicus, ac ſub tanti Pontificis clypeo edidit in lucem librum, cujus epigraphe eſt.

Sylvii Zephyri Romani, Philoſophi, & Medici Pontificii, de Putredine, ſive de protrahenda vita libellus. Romæ in Campo Floræ, in Ædibus Antonii Baldi Aſulani, menſe Novembri. M. D. XXXVI. in 4.

Ad ſcribendum librum hunc Silvium impulit quidam Tractatus de Putredine, a quibuſdam Patavinis Medicis, & Philoſophis compoſitus, in quo nullum recentiorum Medicorum, in re de putredine, ante ipſos, ſine manifeſtis erroribus, ſermonem feciſſe jactabant: quapropter dignos eos caſtigatione putavit Silvius; ſua namque ſententia, non bene, neque ſatis perarduam de Putredine quæſtionem explicatam cognovit, imo, ut ajebat, opinione magis, quam judicio hujuſmodi rem pertractaſſe.

Apud Amatum Luſitanum in Centuriis Curationum Medicinalium, Cent. I. Curat. LXXXI. ita legitur: *Zephyrus vir nobilis, & fidelis, & cui ob ſummas quas habet dotes, Paulus III. Summus Pontifex, Anconam civitatem commendaverat, illum Arcis Præfectum, quem Caſtellanum vulgo dicimus, conſtituendo. Is enim frater eſt, ætate ſenior Sylvii Zephyri Medici docti, & apud Summum Pontificem in maximo habiti honore.*

SIMON A CORDO, Italus, Genuenſis, qui diligentis, doctique Medici famam tulit, *felicis recordationis* (ſcripſit Auguſtinus Oldoinus in Opere Mſ. apud me, ſæpe allegato) *apud Romanos, quorum bonæ valetudini admodum dum vitam vixit ſtuduit, adfuitque Nicolao IV. Pont. Max. Medicus Sacerdoſque a Sacello.* Laudem apud poſteros conſequutus eſt ſcribendo Opuſculum, cui nomen dedit.

Clavis Sanitatis, in qua ſimplicia Medicamenta Latina, Græca. & Arabica ordine alphabetico mirifice elucidat. Recognitum, & Notationibus Plinii maxime, ac aliorum in margini-

ni-

nibus ornatum, per Georgium de Ferrariis de Varolengo Montis Ferrati. Venetiis. Apud Octavianum Scotum. 1510. in fol. *Apud Gregorium de Gregoriis.* 1514. in fol.

Contexuit etiam

Expositionem Glossæ marginalis ad Alexandri Tralliani Libros Medicinales. Lugduni. Apud Franciscum Fradin. 1504. in 4. *Papiæ*. 1520. in 8. &

Synonima Medica, quæ per Magistrum Mundinum abbreviata, asservantur in Bibliotheca Regia Gallica, teste Philippo Labbe in Bibliotheca Mss.

Ex Arabica in Latinam linguam vertit

Tractatus plures in Re Medica, & præsertim illum Serapionis, inscriptum de Simplicibus Medicamentis; adeo quidem docte (ajunt) & eleganter, ut si eum tolleres, magnam sane Medicinæ partem suis velut instrumentis privares.

Authores de Simone tractantes videas apud eundem Oldoinum, in alio tamen Opere, in Athenæo nempe Ligustico, sed adverte, quod ubi legitur Nicolao V. loco Nicolao IV. est error impressoris.

SIMON PASQUA, Italus, Nobilis Genuensis, Philosophiæ, Medicinæ, utriusque Linguæ callens, Theologiæque cognitione præditus, civilique prudentia in primis instructus. In Britanniam a Republica Genuensi, Philippo II. Hispaniarum Regi, & Mariæ uxori Patriæ nomine gratulatum missus. A Pio IV. Pont. Max. cui Medicus inserviit, Lunensis, & Sarzanensis Episcopus renunciatus, ejusdem Pontificis jussu Concilio Tridentino interfuit, ac propter doctrinam, & in Superos pietatem, acerrimamque contra hæreticos insectationem, inter S. R. E. Cardinales Presbyteros ab eodem Pio cooptatus anno 1564. post paucos vero menses defunctus, & ut erat vir frugi, sexaginta aureorum millia in numerata pecunia reliquit. Corpus

pus in Ecclesia S. Sabinæ, in patriam tamen transferendum, conditum est cum hac sepulchrali inscriptione.

SIMONI PASQVÆ
VIRO OMNI DOCTRINA
PROBITATE
MORVM SVAVITATE ORNATISSIMO
S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI S. SABINÆ.
QVI
ANNVM AGENS LXXII. MENS. X. DIES VII.
AN. SALVTIS MDLXV.
PRIDIE NONAS SEPTEMB.
RELICTO BONIS OMNIBVS
INCREDIBILI SVI DESIDERIO
AD MELIOREM VITAM COMMIGRAVIT.
GENVAM POST ANNVM
CVM MAIORIBVS SVIS
SEPELIENDVS TRANSLATVS.
STEPHANVS FRATER FRATRI GEMINO
FACIENDVM CVRAVIT.
ET OCTAVIANVS PASQVA
REFERENDARIVS APOSTOLICVS
FRATRIS FILIVS MOERENS
P.

Ossa deinde Simonis Genuam translata, majorum sepulchro in templo S. Mariæ de Pace, apud Minores de Observantia extra Genuæ portam, quæ nuncupatur ab Arcu, illata sunt. Stephanus vero germanus frater Sacellum, & Chorum elegantissimum, cum marmoreo sepulchro construxit, eique hanc inscriptionem affixit.

QVI DORMIVNT IN TERRÆ PVLVERE
EVIGILABVNT.
SIMONI GALEATII F. PASQVA
THEOLOGO ET PHILOSOPHO
ROMANA GRÆCAQVE FACVNDIA
CLARISSIMO
S. R. E. PRESB. CARD. S. SABINÆ

QVI

QVI
CVM PRÆCLARE DOMI FORISQVE
DE REPVBLICA MERITVS ESSET
ROMAM A PIO IV. PONT. MAX. ACCITVS
LVNENSIS PRIMVM EPISC. FACTVS
AC POST EGREGIE NAVATAM
DEI ECCLESIÆ
TRIDENTINO IN CONCILIO
OPERAM
IN AMPLISSIMVM ORDINEM
EST COOPTATVS.
VIRO INTEGERRIMO
ET IN SVMMA GRAVITATE
IVCVNDISSIMO
STEPHANVS
FRATER GERMANVS MOERENS
P.
VIXIT ANNOS LXXII. MENSES X. DIES XVII.
OBIIT ROMÆ PRIDIE NONAS SEPTEMB.
M. D. LXV.

Pro Posteris msſ. Simon reliquit
Relationem suæ Legationis Britannis.
Instructionem pro Patribus Concilii Tridentini.
De Podagra Opusculum. Extabat in Bibliotheca olim Ducis Urbini.

Consilium pro Immaculata Virginis Mariæ Conceptione, quo Sanctorum Patrum antiquorum, tum Græcorum, tum Latinorum sententiam in hac re exponit.

Contra Errores Græcorum Opusculum. Asservabatur olim in Bibliotheca Card. Sirleti.

Plura de Simone habent Ciacconius cum Auctariis, Tom. 3. novissimæ impressionis col. 962. Augustinus Oldoinus in Athenæo Romano, ac in Syllabo Scriptorum Ligurium. Ferdinandus Ughellus in Italia Sacra, Tom. 1. col. 923. & quotquot de S. R. E. Cardinalibus tractarunt.

Inter hujus familiæ decora memoratur, ceteris omissis, Octavianus Pasqua, nostri Simonis Cardinalis ex fratre

ſtre nepos, ſub Pio V. a Gregorio XIII. utriuſque Signaturæ Referendarius, mox Epiſcopus Hieracenſis, eruditiſſimus vir, venerandæque antiquitatis diligens perſcrutator, qui Epiſcoporum prædeceſſorum, ſummo ſtudio expiſcatus eſt memorias, eorundemque Catalogum concinnavit. Contexuit etiam ſeriem Rhegienſium Archiepiſcoporum cum Elogiis, aliaque ſcripſiſſe fertur; quem laudibus exornant laudati Oldoinus, & Ughellus, ille in Athenæo Liguſtico, iſte in Italiæ Sacræ Tom. 9. col. 552. Neque prætermittendus Julius Paſqua, nobilitatis tum ſuæ, cum aliorum ſtudioſiſſimus, qui Tractatum de Familiis Patritiis Genuenſibus, nec non Monumenta Comitum Lavaniæ perbelle ſcripſit, ex eodem Auguſtino Oldoino in Syllabo Scriptorum Ligurum.

SIMON TEBALDI, Italus, Nobilis Romanus, Medicinæ, ac Philoſophiæ ſuo tempore Doctor fulgentiſſimus, aliarumque bonarum artium diſciplina, & virtutum multarum ornamentis decoratus, Summorumque Pontificum Nicolai V. & Calliſti III. Medicus ſummus. Hujus Simonis frater eluxit Jacobus Tebaldi, inter S. R. E. Cardinales adlectus. De hac familia peſſime, modulo conſueto, locutus eſt mendaciſſimus Garimbertus, in volumine inſcripto, *La Prima Parte delle Vite, overo Fatti Memorabili d'alcuni Papi, e di tutti i Cardinali paſſati*, pag. 239. 336. Tamen Garimberto minime credendum, nam eſt ſcriptor dubiæ fidei, ſeu nullius, qui Pontifices, & Cardinales ſæpe injuſte maledictis onerat, quapropter ſui momoſcopus ævi nuncupatur. Sequentia, ad rem, ſunt verba, quæ in Opere Ciaconiano Vitarum Pontificum, & Cardinalium To. 2. poſtremæ editionis, col. 994. leguntur. *Jacobus Thebaldus, alias Theobaldus, civis Romanus, oriundus Oppido Collis Scipionis in Umbria, filius fuit Venturæ, & Marci Thebaldi, qui jacet Romæ in Templo S. Mariæ ad Martyres, cum hac ſepulcrali inſcriptione.*

HIC IACET MARCVS DE THEBALDIS
GENITOR D. CARDINALIS S. ANASTASIÆ
AC D. SIMONIS
ALMÆ VRBIS CANCELLARII PRIMI.
OBIIT AN. DO. MCCCCXIV.
IN DIE S. LVCIÆ.

In fratrem habuit Simonem, clarum illius ævi Philosophum, ac Medicum Nicolai V. & Callisti III. Hieronymus Garimbertus, Jacobum Cardinalem Thebaldum ex plebeja familia; Ludovicus vero Jacobillus in Vitis Sanctorum Umbriæ, e Dominis Collis Scipionis familiæ Rapazzonæ natum volunt; nos tamen cum Cardinali Papiensi, Gobellino, Aubery, & aliis, Jacobum hunc Thebaldum Cardinalem S. Anastasiæ, nobilem Romanum diximus, & quidem recte, contra Garimbertum; nam Jacobum Thebaldum avum paternum Jacobi hujusce Cardinalis, Civem Romanum de Regione Trivii, mensibus Aprilis, Maji, & Junii an. 1425. *Comestabuli illius Regionis munere functum fuisse constat ex monumentis antiquis, & ex Registris Martini V. quod munus non nisi nobilibus Romanis committebatur, & quidem si nobili progenie natus non fuisset Jacobus Cardinalis, non bene sepulcralis inscriptio a carmine illo initium duceret,*

Qui fuit Urbis honos generosa prole Thebalda.

Non enim generosa dicitur progenies illa, quæ natales suos adhuc inter plebejos respicit; neque tam cito Thebaldi arctam cognationem contraxissent cum familiis, generis claritudine in Urbe illustribus, videlicet, cum Crescentia, Capisucca, Astalla, de Valle, Cæsarina, & Capiteferrea, si obscuri generis homo, ut scripsit Garimbertus, alioquin obtrectator, Jacobus Cardinalis Thebaldus fuisset, qui Juris Civilis Doctor, Episcopus Montis Feretri, quare cognominatus Feretranus, benignitate insignis, & semper bonorum consiliorum sectator, Spoletano Præsidatui, hinc Perusinæ Urbi, Romanorum Pontificum jussu præfuit. Mox Presbyteris Cardinalibus titulo S. Anastasiæ adscriptus est a Callisto III.

ſto III. a quo & Archiepiſcopatum Neapolitanum poſt purpuram obtinuit, ut habetur in libris conſiſtorialibus Vaticanæ Bibliothecæ &c. Obiit Romæ die tertia, ſeu quarta menſis Septembris, anno 1466. hora decima ſexta, & jacet ſepultus in Æde S. Mariæ ſuper Minervam ſub lapide his verſibus exarato, & ab authore Nomenclatoris S. R. Eccleſiæ Cardinalium deſumptis.

Qui fuit Urbis honos generoſa prole Thebaldus,
Frigida marmoreo Jacobus tenet oſſa ſepulchro.
Cæſareas norat leges, Montiſque Feretri
Præſul erat, nullique fide, & pietate ſecundus.
Pauperiem tollebat humo, clariſque favebat
Ingeniis, juſtique pater, moderator & æqui,
Cujus virtutem admirans, animumque pudicum
Cardineo Divus decoravit honore Caliſtus.

QVI OBIIT ANNO CHRISTI
M. CD. LXVI.
DIE QVARTA MEN. SEPTEMBRIS
HORA DECIMA SEXTA.

In Opere Equitis Bartholomæi a Puteo Veronenſis, prænotato, *Ruolo Generale de' Cavalieri Geroſolimitani della Ven. Lingua d'Italia*, p. 13. mentio facta eſt Fratris Antonii Tebaldi Romani, Equitis S. Jo. Baptiſtæ Hieroſolymitani, an. 1446.

THADDÆUS COLLICOLA, Italus, e Monte Sancto, Spoletanæ Diœceſis. Priuſquam Medicinæ facultatem attingeret, utrique juri operam navavit. Legalibus ſtudiis mox derelictis, Medicinæ omnibus vacavit horis, nec ſine felici admodum eventu; ſui etenim ſeculi maximus Medicus, bonis omnibus, doctiſque carus, Urbani VIII. Pont. Max. Archiater emicans, Pontificis æque

munificentiam expertus eſt, Vaticanæ Baſilicæ Canonicus renunciatus, eccleſiaſticiſque reditibus aliis auctus permultis, ac in Romana Academia, Suggeſtu cohoneſtatus. In morbum ſatis moleſtum denique incidit, contractum, ut ipſe ajebat, quod annis tot, pluribus diei, noctiſque horis, ante Papam pedibus ſtetiſſet, ex quo obiit.

Eleganti calamo laudatur Thaddæus ab Equite Petro Franciſco Paoli in ſuis Carminibus Variis, pag. mihi 223. A Carolo Carthario in Athenæo Romano ms. A Joanne Benedicto Sinibaldi in Epiſtola nuncupatoria l. 8. Geneanthropoejæ. A Petro Caſtello in Opere de Abuſu Phlebotomiæ, pag. 16. Petrus Servius Thaddæo inſcripſit Inſtitutionum, quibus tyrones ad Medicinam informantur, Librum 3.

THADDÆUS FLORENTINUS, Medicus doctiſſimus, & ſummopere in pretio habitus, de quo ſcribit eruditus meus amicus Joannes Cinelli, in Hiſtoria ms. Scriptorum Florentinorum, *Taddeo Fiorentino nacque d'oſcuri parenti, e viſſe fino in 30. anni ſonnacchioſo, e pigro, campando di viliſſimi eſercizj. Svegliatoſi dipoi cominciò ad apparar i primi elementi delle Lettere, e andato a Bologna ſtudiò Filoſofia, e Medicina, e divenuto Lettor di quello Studio, e Medico celebre era chiamato per tutta Italia con ſalario di 50. Fiorini d'oro il giorno. Chiamato dal Papa volſe 200. Fiorini d'oro il dì, e guarito il Pontefice gli donò dieci mila Fiorini d'oro, quali tutti Taddeo eſſendo di buona vita ſpeſe in Chieſe, e Spedali in Bologna ove morì d'* 80. *anni nel* 1303. Audi vero Joannem quoque Nicolaum Paſchal. Alidoſium in Vol. cujus epigraphe, *Li Dottori Foreſtieri, che in Bologna hanno letto Teologia, Filoſofia, Medicina &c.* pag. 77. *Taddeo d'Alderotto da Fiorenza, del* 1265. *detto il Bologna, perchè vi abitò ſin'alla morte, che fu del* 1299. *Teſtò l'anno avanti. Fu Medico di Papa Onorio IV. in una ſua malattia, e ſino che durò detta malatia gli die-*

diede cento Fiorini il giorno, e come fu guarito glie ne donò dieci mila. Joannes Andreas Quenſtedt, in Dialogo de Patriis Illuſtrium Doctrina, & Scriptis Virorum, pag. 312. ita ſcribit: *Thaddæus de Florentia, qui omnium primus inter Latinos ſubtilioris Philoſophiæ notitiam cum artis Medicæ profeſſione conjunxit, & præterea ipſemet Medicinam feliciſſime & cum incredibili lucro fecit*. Alii dixerunt, quod avaritiæ magis, quam Medicinæ operam daret: aliique ajunt, peſſime omnium Medicorum audiebat Thaddæus avaritiæ nomine.

De eo inſuper Andreas Tiraquellus in Nomenclatura Medicorum, pag. mihi 146. Author Vitarum Pontificum, & Cardinalium, Tom. 2. noviſſimæ editionis, in vita Honorii IV. col. 247. Joannes Tarcagnota, *Iſtorie del Mondo*, par. 4. lib. quinquageſimo quinto, pag. mihi 152. Jacobus Philippus Bergomenſis, Cronic. lib. 13. pag. mihi 320. a tergo, & alii permulti. Scripſit Thaddæus ex Joan. Anton. Vander Linden,

Expoſitiones in arduum Aphoriſmorum Hippocratis volumen. In divinorum Prognoſticorum Hippocratis librum. In præclarum Regiminis acutorum Hippocratis Opus. In ſubtiliſſimum Joannitii Iſagogarum libellum. Joan. Bapt. Nicollini Salodienſis opera in lucem emiſſas. Venetiis. Apud Luc. Antonium Juntam. 1527. in fol.

In Cl. Galeni Artem Parvam Commentaria. Neapoli. 1522. in fol.

THOMAS CADIMUSTUS, Belga, Leodienſis. Poſt abſolutum domi humaniorum ſtudiorum curſum, Lovanii Philoſophiæ, Medicinæque annos plures operam (ſegnitiem fugiens) dedit. Doctoris obtenta laurea, Romam venit, & inter utiliſſimos, doctiſſimoſque Medicinæ profeſſores locum aſſecutus fuit. Extitit Secretarius Apoſtolicus, Medicuſque Pauli III. Summ. Pont. ut exploratum habeo ex ſepulchro, ac memoria inciſa Romæ in Eccleſia

S. Mariæ de Populo ad Portam Flaminiam, relata a Gaspare Alvero in Opere, *Roma in ogni stato*, *Parte Seconda*, pag. 20. En tenor.

THOMÆ CADIMVSTO
SECRETARIO APOSTOLICO
PAVLI III. PONT. MAX. MEDICO
VIRTVTE PROBITATE ET MORIBVS
INTEGERRIMO.
IOANNES BAPTISTA CADIMVSTVS B. M.
VIXIT AN. LXIV. ET MENSES IV.
OBIIT QVARTO IDVS FEB.
M. D. XLVIIII.

TIBERIUS PALELLA, Italus, Sabinus, Artium, & Medicinæ Doctor, qui omni conatu majoribus studiis incumbens, eo pervenit, ut ne dum theoricus, sed practicus eximius evaserit. Præstabat plantarum notitia; eratque optimis, atque doctissimis viris apprime deditus, & quotquot sua ætate virtutis, & eruditionis famam habebant usu, amicitiaque comprehenderat. In libro Statutorum Medicorum Collegii Almæ Urbis, pag. mihi 107. dicitur Pauli III. Pont. Max. Medicus. Medicus plane integer vitæ, pauperum juxta ac divitum salutis in primis amans, minimeque appetens alieni, æquitatisque jugiter diligentissimus cultor.

VICTORIUS MEROLLI, Protonotarius Apostolicus, Pauli V. Sum. Pont. Medicus, a Prospero Martiano, supremus nuncupatus Medicinæ arbiter, in opusculo prænotato, Brevis Annotatio super Expositionem Aphorismi Concocta Medicari Marsilii Cagnati &c. Eidemque dicavit Prosper librum, cujus titulus in Hippocratis Aphorismum 22. Sectionis primæ Expositio &c. Philosophiæ quidem, ac Medicinæ animum ita Victorius applicuit, ut præ-

præſtantiſſimum ſibi nomen vindicaverit, non ſolum ob ſcientiarum cumulum, ſed etiam ob vitæ integritatem, & in pertractandis negotiis dexteritatem maximam. Omnino Pontifici, Romanæque Aulæ ſe amabilem reddidit, reddiditque ſe dignum conſecutis muneribus, & præconiis.

VINCENTIUS ALSARIUS CRUCIUS, Italus, Ligur, quem Roma in Civem ſuum adſcivit, & Gregorius XV. Pont. Max. in Medicum; merito ſane, rei Medicæ etenim ac Philoſophiæ ſcientiſſimus erat. Medicinam publice, & laudabiliter, præſertim in Romano Archigymnaſio viginti, & amplius annis, mira facundia, eruditioneque docuit, atque in quibuſcumque morborum generibus medendis, ſanandiſque, omni ſolertia, ac diligentia cum omnibus utebatur. Semper in ore habebat (eximia namque in eo pietas elucebat) in primis memores eſse Medicos oportere, cum primum dignitatem Doctoris adepti ſunt, pauperum curam ſe gratis habituros jurejurando pollicitos fuiſse: quamobrem egeſtate æque ac ægritudine preſsos exquirens, ſine ulla mercede curabat, imo pecuniam illis diſtribuebat; omniumque ordinum Medicos paſſim ad hoc peragendum, non tantum exemplo, quam acri, ac vehementi oratione incitabat. Jure itaque Vincentium commendatum legi hiſce verbis, *Tu de omnibus Vincenti optime meritus es, tu opem indigentibus, ſalutemque tuliſti*; Commendant inſuper tantum virum Leo Allatius in Apibus Urbanis, & Auguſtinus Oldoinus in Athenæo Liguſtico, & alii apud eoſdem. Scripſit, ediditque

Opus de Invidia, & Faſcino Veterum. Lucæ.

Ephemeridum, hoc eſt diuturnarum obſervationum libros duos. Bononiæ.

De Epilepſia, ſeu Comitiali Morbo Lectiones Bononienſes lib. 3. Venetiis. 1603. Apud Danielem Zannettum. in 4.

Con-

Consilium de Asthmate pro Bonifacio Cardinali Cajetano.

Disputationem de Melonibus Hieronymi Rubei Ravennatis, cum Epistolis quibusdam ejusdem Vincentii, & aliorum, ad Cardinalem Gypsium. Venetiis.

Consilium de variis Symptomatibus in Principibus illustrissimis, ad Hieronymum Mercurialem. Venetiis.

De Verme admirando per nares egresso Commentariolum. Ravennæ. 1610. *Apud heredes Petri Joannelli.* in 4.

De Sugillatione, quam Greci, ὑπώπιον, *idest sub oculis vocant.*

Consilium de Catarrho. Ravennæ.

Dissertationem de Salis, ac Salitorum usu in febribus.

Præfationem de Medicinæ Practicæ Laudibus. Romæ.

Præfationem in Romano Gymnasio habitam die septima Novembr. 1612.

De Morbis Capitis frequentioribus, hoc est de Catarrho, Phrenitide, Letargho, Epilepsia lib. 7. *Inserta est Disputatio de Liquore Calcanthi, seu Vitrioli, ejusque abusu in febrium, & morborum calidorum curatione. Romæ. Apud Facciottum.* 1617. in 4.

De Quæsitis per Epistolam in Arte Medica Centurias. Venetiis. Apud Junctas. 1622. in fol.

De Morbis Pectoris frequentioribus, Hæmophtysi, Phtysi, Asthmate, Peripneumonia, Pleuritide, lib. 3. Editus vero est primus tantum Romæ, apud Facciottum.

Disputationem Generalem ad Historiam Fœtus nonimestris quidem, & organici, sed emortui, ac parvæ adeo molis, ut vix quadrimestris fuerit æstimatus. Romæ. Typis Gulielmi Facciotti. 1627. in 4.

Consultationem Medicam pro nobili adolescentulo, surditate secundum alteram aurem, subsurditie, & abauditione ex tinnitu secundum oppositam, nempe sinistram laborante. Romæ, Apud Facciottum. 1629. in 4.

Con-

Consilium Prophylacticum a lue pestifera grassante, pro Principe Francisco Columna. Romæ. Apud Facciottum. 1631. in 4.

Vesuvium Ardentem, sive Exercitationem Medico-physicam ad ῥιγοπύρετον, idest motum & incendium Vesuvii Montis in Campania 16. Mensis Decemb. 1631. lib. 2. Romæ. Apud Facciottum. 1632. in 4.

Provvidenza Metodica per preservarsi dall'imminente peste, Discorso Prattico, ove sono Rimedj preservativi, e curativi ancora, cavati col mezzo di Scopi Metodici dalla Cirurgia, Farmacia, e Dieta, per comune intelligenza di tutti in lingua volgare. In Roma. App. Paolo Masotti. 1630. in 4.

Reliquit in obitu mss. partim inchoata, partim non dum perpolita infrascripta Opera.

Consultationum Variarum Tom. I.

Ad Lucretii libros de Natura Commentarium Jatro-Physicum.

In Hippocraticam faciem Commentarium Jatro-physico-gnomonicum.

Librum Apologeticum, in quo Author cunctis penitus omissis dicteriis, ac lœdoriis, quæ de aliorum fama detrahant, se tantummodo, suaque modestissime tuetur, & expiat, tam in re medica, quam extra.

De Morbis Ventris. Opus, quod promittebat in Literis præmissis Libro De Hæmophthysi.

URSUS, Nicolai I. Summ. Pont. Medicus & domesticus, S. R. E. etiam Subdiaconus. Constat hoc mihi ex pervetusto ms. *in Biblioteca Vaticana*, numero 5696. fol. 184. a me lustrato, cujus author est Anastasius Abbas, & inscribitur his verbis. *Urso Ven. Subdiacono S. R. E. seu Medico, & Domestico Domini Nostri Papæ Nicolai, Anastasius exiguus Abbas Monasterii S. Dei Genitricis Mariæ Virg. siti Transtyberim, ubi olim circa Domini Nativitatem Fons Olei fluxit &c.*

xit &c. Memoraturque a Floravante Martinello in Opere, Roma ex Ethnica Sacra, pag. mihi 414. nec aliam de antiquissimo hoc Medico cognitionem assequutus sum.

LAUS DEO, BEATÆQUE MARIÆ VIRGINI, AC DIVO STEPHANO PONT. ET MART.

Si nobis denegatur diu vivere, saltem aliquid relinquamus, quo nos vixisse testemur.

INDEX ALPHABETICUS
COGNOMINUM
ARCHIATRORUM PONTIFICUM.

Gy-

FINIS.